


R. 27848

OPERV D. HIERONYMI
QUINTVS TOMVS,
COMMENTARIVS IN PROPHETAS QVOS MAIORES VOCANT, CONTINET.

UNIVERSITATIS
MADRID
1834
458



BASILEAE MDCCLV

Handwritten notes in Spanish, including 'el papa... de sanza... y el quito...'

*Simas...
Equitad*

*Ray...
de...*

*Antem...
par la...
Cof...*

BIBLIOTECA HOSPITAL REA
GRANADA
Sola: A
Fante: 22
MEXI: 3

879003

2177

2 400 40
MADE IN SPAIN




Handwritten notes in Spanish, partially obscured by a dark stain.

Handwritten notes in Spanish, partially obscured by a dark stain.

R. 27848

OPERV D. HIERONYMI
QVINTVS TOMVS,
COMMENTARIVS IN PROPHETAS QVOS MAIORES VOCANT, CONTINET.

Univ. de Salamanca
FX
15
458



BASILEAE M.D.C.LV.



Handwritten text in Spanish, likely a library or ownership note. It mentions 'Biblioteca de Sanza' and 'Biblioteca de Sanza de Salamanca'.

Signature: Simas / tro / quiza / of

Signature: Juan Pedro / de / de / de / de

Signature: Antonio / de / de / de / de

Zach. 1. c prophetam dicit, Angelus qui loquebatur in me. Et, Clamantes in cordibus nostris Abba, pater. Et, Audiam quid loquatur in me dominus deus. Vnde post historiae ueritatem, spiritualia ter accipienda sunt omnia: & sic Iudæa & Hierusalem, Babylon & Philistim, Moab & Damascus, Aegyptus & desertum mare, Idumæa & Arabia, ac uallis Sion uel uallis uisionis, & ad extremum Tyrus, & uisio quadrupedum, intelligenda sunt, ut cuncta quæramus in sensu: & in omnibus his, quasi sapiens architectus Paulus apostolus iaciat fundamentum, quod non est aliud præter Christum Iesum. Magnicq; laboris & operis est, omnem Esaiæ librum uelle edifficere, in quo maiorum nostrorum ingenia sudauerunt: Græcorum dico. Cæterum apud Latinos grande silentium est, præter sanctæ memoriæ martyrem Victorinum, qui cum Apostolo loquere poterat: Et si imperitus sermone, non tamen scientia. Scripsit enim in hunc prophetam iuxta editiones quatuor, usq; ad uisionem quadrupedum in deserto, Origenes triginta uolumina, è quibus uicesimus sextus liber non inuenitur. Feruntur & alij sub nomine eius De uisione τετραπόδιον, duo ad Græcam libri, qui pseudographi putantur, & uiginti quinq; Homiliæ & σημειώσεις, quas nos excerpta possumus appellare. Eusebius quoq; Pamphili iuxta historica explanatione quindecim edidit uolumina: & Didymus, cuius amicitijs nuper usi sumus, ab eo loco ubi scriptum est, Consolamini, consolamini populum meum sacerdotes, loquimini ad cor Hierusalem: usque ad finem uoluminis, decem & octo edidit tomos. Apollinaris autem more suo sic exponit omnia, ut uniuersa transcurrat, & punctis quibusdam atque interuallis, imò compendijs, grandis uia spatia præteruolet, ut non tam Commentarios quàm Indices capitulorum nos legere credamus. Ex quo animaduertis quantæ difficultatis sit, ut Latini nostri, quorum aures fastidiosæ sunt, & ad intelligendas scripturas sanctas naueant, plausuq; tantum eloquentiæ delectantur, mihi ignoscant si prolixius loquutus fuero, quum Esaias duodecim prophetis iuxta numerum uersuum, aut æqualis aut maior sit. Sicubi autem prætermisissis

Septuaginta de Hebraico disputauit: illud in causa est, quòd aut eadem aut similia sunt pleracq; cum cæteris, & duplici editione proposita, nolui libros explanationis extendere, qui etiam in simplici explanatione

modum breuitatis excedunt. Sed iam propositum exequamur.

ter. Et, Audiam quid loquatur in me dominus deus. Vnde post historiae ueritatem, spiritualia ter accipienda sunt omnia: & sic Iudæa & Hierusalem, Babylon & Philistim, Moab & Damascus, Aegyptus & desertum mare, Idumæa & Arabia, ac uallis Sion uel uallis uisionis, & ad extremum Tyrus, & uisio quadrupedum, intelligenda sunt, ut cuncta quæramus in sensu: & in omnibus his, quasi sapiens architectus Paulus apostolus iaciat fundamentum, quod non est aliud præter Christum Iesum. Magnicq; laboris & operis est, omnem Esaiæ librum uelle edifficere, in quo maiorum nostrorum ingenia sudauerunt: Græcorum dico. Cæterum apud Latinos grande silentium est, præter sanctæ memoriæ martyrem Victorinum, qui cum Apostolo loquere poterat: Et si imperitus sermone, non tamen scientia. Scripsit enim in hunc prophetam iuxta editiones quatuor, usq; ad uisionem quadrupedum in deserto, Origenes triginta uolumina, è quibus uicesimus sextus liber non inuenitur. Feruntur & alij sub nomine eius De uisione τετραπόδιον, duo ad Græcam libri, qui pseudographi putantur, & uiginti quinq; Homiliæ & σημειώσεις, quas nos excerpta possumus appellare. Eusebius quoq; Pamphili iuxta historica explanatione quindecim edidit uolumina: & Didymus, cuius amicitijs nuper usi sumus, ab eo loco ubi scriptum est, Consolamini, consolamini populum meum sacerdotes, loquimini ad cor Hierusalem: usque ad finem uoluminis, decem & octo edidit tomos. Apollinaris autem more suo sic exponit omnia, ut uniuersa transcurrat, & punctis quibusdam atque interuallis, imò compendijs, grandis uia spatia præteruolet, ut non tam Commentarios quàm Indices capitulorum nos legere credamus. Ex quo animaduertis quantæ difficultatis sit, ut Latini nostri, quorum aures fastidiosæ sunt, & ad intelligendas scripturas sanctas naueant, plausuq; tantum eloquentiæ delectantur, mihi ignoscant si prolixius loquutus fuero, quum Esaias duodecim prophetis iuxta numerum uersuum, aut æqualis aut maior sit. Sicubi autem prætermisissis

COMMENTARIORVM

HIERONYMI IN ESAIAM

PROPHETAM LIBER PRIMVS.



ISIO Esaiæ filij Amos quæ uidit super Iudam & Hierusalem, in diebus Osæ, Ioatham, Achaz, Ezechie regum Iudæ. Pro Iudæa, in quo significantur duæ tribus. Septuaginta & Theodotio posuere Iudæam, quæ tota terræ duodecim tribuum ostendit. Et pro eo quod nos ex Hebræo uertimus, sup Iudæ & Hierusalem, illi interpretati sunt contra Iudæam & Hierusalem: Symmachus more suo manifestè, de Iudæa & Hierusalem, ut nec prospera nec aduersa uelit titulo demonstrari, sed ea quæ de Iudæa & Hierusalem in utraque parte propheticus sermo prædixerit. Ergo Esaias principaliter de duabus loquitur tribubus, Iudæa & Benjamin: exceptis decem, quæ in Samaria erant, & uocabantur Ephraim & Israel: & quas sub Ozia rege Iudæa & Hierusalem, Phul rex Assyriorum uastare iussit cooperari. Denicq; quinque quagesimo & secundo impij eius anno, regnante apud Samariam Phaceæ filio Romelias, uenit Teglatphalasar rex Assyriorum, & cepit Ahion & Abel domum Maacha, & Ionaha & Cedec & Afor & Galaad & Galileam, omem terram Neptalim, & trāstulit eos in Assyrios. Ex quo ostendit, uicina uersio Samarie, in cōmitione duarum tribuum hæc uniuersa narrari. Osias aut ipse est q & Azarias, duplici nomine: & uno quod est atq; eodē tempore, Esaiæ, Osæ, Iohel & Amos, prophetas, ex regibus, q ponuntur in titulo cognoscimus, sed principium uerbi dñi fuit in Osæ filio Beer. Amos autē pater Esaiæ, non ut pleriq; autumant, tertius

4. Reg. 15

Osæ 1. a

Abel 1. a

1. Reg. 9. a

Psal. 2. a

Ibid. 12. a

Ioan. 4. c

Cant. 4. c

Matt. 6. c

Exod. 20. c



ESAIAS

ISIO ESIAIE FILII AMOS, quæ uidit super Iudam & Hierusalem, in diebus Osæ, Ioatham, Achaz, Ezechie regum Iudæ. Audi cœlum, & auribus percipe terra quia dominus loquutus est:

Filius

fomniat, referamus ad Christi ecclesiam, & ad eos qui uel propter peccata egrediuntur ex ea, uel ob poenitentiam reuertunt ad sedem pristinam. De qua & illud in hoc eodē propheta dicit arbitratur: Illuminare, illuminare Hierusalem, ut Esai. 60. a nit em lux tua, & gloria dñi super te orta est, & in te apparebit dñs, & gloria illius super te ostendetur, & gradientur reges in lumine tuo, & gētes in splendore tuo, quādo uenient oēs filij eius de longe, & filie illius in humeris portabuntur, & operient eam camelii Madian & E-

pha afferentes aurum & thus, & greges Cedar congregabunt in Hierusalem, & arietes Nabathorum pererabunt, & erunt placabiles hostie super altare dñi. Quod q; in titulo ponit prophetas eum sub Osæ & Ioatham & Achaz & Ezechia regibus. Iudæa non ut in alijs prophetis confusa intelligitur dñi est, ut nesciamus quid sub quo specialiter regem dicitur sit, sed usq; ad finem uoluminis scriptum referat, quid seorsum sub Osæ, & quid sub Ioatham, & quid sub Achaz, & quid sub Ezechia ei à dño reuelatum sit. Sciamus quoq; Ezechiam in Hierusalem duodecimo anno Romuli, qui sui nominis in Italia cōdidit ciuitatem, regnare coepisse: ut liquidò appareat quanto antiquiores sint nostræ historiae q; gentium ceterarum. Interpretat aut Esaias saluator domini Iudæ, confessio Hierusalem, uisio pacis: Osias, fortitudo dñi: Ioatham, dñi perfectio: Achaz, tenes sue robustus: Ezechias, imperium dñi. Qui igitur dñi presidēte saluat, & est filius Amos, id est, fortis atq; robustus, cernit spiritualiter uisionem cōfessionis, dum antiqua peccata deplāgit: & pacis, dum post poenitentiam transit ad lucē, & æterna pace requiescit, cunctaq; illius tempora trāseunt sub fortitudine dñi, & perfectio eius ac robore. Quicq; omnia fecerit, dicit illud euangelicū: Serui inuitiles sumus, quod em facere debuimus, fecimus. b Au di cœlum, & auribus percipe terra, etc.] Supra, quis propheta, cuius filius, quid contra Iudæam & Hierusalem, siue sup Iudæam & Hierusalem, & quo tempore uiderit, titulo demonstratum est. Nūc cœlum & terram ad audiendum uocatur. In celo supernas significationes angelicasq; uirtutes, in terra mortaliū genus μετωυμμάς ab his quæ continent ea quæ continent. Siue quia per Moysen testes uocauerat dñs cœlum & terram, dans populo Israel legē suā, & dixerat, Attēde cœlum quæ loquar, audiat terra uerba oris mei: post per uocationem populi, eosdē rursum in testimonium uocat, ut cuncta elementa cognoscāt, iuste dñm in ultionē mandatorum suorū ad iracundiam concitatū. Pro cœlo, Hebraicū צבאות cœlos sonat, plurali numero: maxime quū Audite, dixerit, id est, צבאות quod plurali efferit numero, nō singulari. Sed quidam uolūt pluraliter quidē dici Cœlos, sed singulariter intelligi iuxta illud quod singularis ciuitates Thebas & Athenas uocamus. Estq; Hebraici characteris idioma, ut omnia quæ in syllabis finiunt, masculina sint & pluralia: ut צבאות & צבאות. Et quæ in nō feminina & pluralia, ut צבאות. Et hoc notādū q cœlis dicat, audite terram, auribus percipite: ea em quæ excelsa sunt, maiorem habent intelligentiam: quæ humilia, terrenis sensibus inuoluunt. Vnde & saluator in euangelio, Qui habet (inquit) aures audiendi audiat, Si quis

Aligetur coelum est, & habet municipatum in caelestibus, audiat mystice quae dicuntur. Si quis terrenus, simplicem sequatur historiam. Illud quoque animaduertendum quod non dixerit, Audi coelum, & auribus percipe terra, quod tuis loquutus sit dominus, sed quod loquutus sit mihi: ut quod ego audiui in spiritu, uobis referam, qui ipsum loquentem audire non meremini. Quidam coelum & terram quasi animantia ad audiendum uocari putant: iuxta illud quod de terra in alio loco dicitur, Qui respicit terram, & facit eam tremere, quum hoc potestatis dei sit non terrenae intelligentia. **a** ¶ Filios genui, & exaltati, ipsi autem spreuerunt me. **b** ¶ Pro quo Symmachus & Theodotio ita uerterunt, Filios nutritiui & exaltati. Ab hoc loco narrat propheta quid dominus sit loquutus, quod populum Israel quos seruos communi lege condiderat, in filios uerterit, dixeritque, Filius primogenitus meus Israel. Denique & dominus in euangelio apostolis repromittit, quod si fecerint uoluntatem eius, iam non appellentur eos seruos, sed amicos. Quod si superbiuerit Israel, audies se esse primogenitum, intelligat primogenitum idcirco se dici, quia secundum filii significantur ex gentibus. Non enim appellatur unigenitus, quod excludat ceteros fratres: sed primogenitus, ut mostretur & alios sequuturos: & tamen iuxta mysteria scripturarum, non primogeniti accipiunt hereditatem, sed secundi. Primogenitus fuit Cain, sed Abel munera placuerunt deo. Primogenitus Ismael, sed Isaac accepit hereditatem. Primogenitus Esau, sed benedictionem patris Iacob supplantator praeripuit. Primogenitus Ruben, sed tamen benedictio seminis Christi transfertur ad Iudam. Itaque illi iuxta uocationis ordinem primi fuerunt, & appellabantur caput nos secundum quod dicebamus cauda, uerum sumus in caput, & dei appellamur filii. Quotquot enim receperunt eum, dedit eis potestatem filios dei fieri. Nec accepimus spiritum seruitutis in timore, sed spiritum adoptionis, in quo clamamus Abba pater, quia perfecta dilectio foras mittit timorem. Melius est autem iuxta Hebraicum legere, Filios nutritiui, quod genui: ne uideatur illi dicto quod in quarto epistola legimus esse contrarium, Omnis qui natus est ex deo, non peccat: ergo isti si nati sunt ex deo, quod peccare potuerunt: quum omnis qui ex deo natus est, peccare non possit. **b** ¶ Cognouit bos possessorem suum, asinus praesepe domini sui: Israel non cognouit, & populus meus non intellexit. ¶ Pro quo soli Septuaginta transtulerunt: Israel autem me non cognouit, & populus me non intellexit. Et iuxta ceteros & Hebraicum, Possessor suum Israel non cognouit, & praesepe domini sui populus non intellexit. Et est sensus perspicuus: Ego eos adoptaui in filios, & feci populum peculiarem, & partem meam ac funiculum hereditatis meae, appellauitque eos primogenitos: illi autem ne hoc quidem fecerunt quod bruta faciunt animalia, ut beneficium uincerent, & intelligerent pastorem ac nutritiui suum. Nec comparauit eos canibus, quod sagacissimum genus animantium est, & pro paruo cibo dominorum testa defendit, sed stolidioris sensus boui & asino: quorum alterum carpenta trahens, durissimas terrae glebas uertit uomere: alterum portat onera & hominum in gradiendo labore temperat: unde & iumenta appellatur, ab eo quod iuuat homines. Potest hic locus & de deo patre intelligi, sed magis refertur ad filium, quod non cognouit eum neque susceperit populus Israel. Cuius diogeni Abraham uidit & laetatus est, & in cuius aduentu omnium prophetarum uota pendebat. Qui & in euangelio ad Hierusalem loquitur, Quoties uolui congregare filios tuos sicut gallina pullos sub alas suas, & noluitis: Querimus ubi

Psalm. 103. d
Exod. 4. f
Ioan. 1. 5. b
Gen. 4. b
Ioan. 1. 4
Rom. 8. c
1. Ioan. 4. d
Ibid. 3. d
Ioan. 8. g
Matt. 23. d

pariter legerimus bouem & asinum: In Deuteronomio scriptum est, Non arabis in uiculis tuis, & asino. Et in hoc eodem Esaiam, Beatus qui seminat super omnem aquam, ubi bos calcet & asinus. Simul arat in boue & asino Hebraei dignus pro humilitate sensus, paupertate nominis sui, qui sic recipit euangelium, ut Iudaicam superstitionem quae in umbra & imagine praecesserunt, ceremonias non relinquat. Beatus est autem qui seminat in eloquijs scripturarum tamen ueris quae noui in strumeti, & calcet aquas occidentis litera, ut metat fructum spiritus uiuificantis. Bos iuxta anagogen refertur ad Israel, qui legis portauit iugum, & mundum animal est. Asinus peccatorum onere praegratuus, gentium populus accipitur, cui dominus loquebatur, Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis, & ego reficiam uos. Phariseis ergo & scribis non credentibus, quae habebat legis clauem notitiam, & uere appellabantur Israel, id est, mens uideus dei: credit pars populi Iudaeorum, ut una die tria milia simul crederet, & alia die quinque milia. Sapientibus quoque seculi non recipientibus. cruce Christi, in docta nationum turba suscepti. Unde & apostolus loquebatur, Videte uocationem uestram fratres, quae non multi sapientes secundum carnem, non multi potentes, non multi nobiles: sed quae stulti sunt mundi, elegit deus, ut confundat sapientes: & quae infirma sunt mundi, elegit deus, ut confundat fortia. Sed haec coacta, superior uera interpretatio est. **c** ¶ Vae genti peccatrici, & c. ¶ Hoc quod in ultimo posui, abalienati sunt retrorsum: Septuaginta interpretes non habent: & pro populo graui iniquitate, populo pleno peccatis: & per blasphemauerunt, scribitur in eis, iracundiam concitauerunt: & per femine nequam, semine pessimum: quod ceteri sequentes Hebraicum interpretati sunt, pessimum: ut non tam feminis uicium sit, ne boni & mali diuersa putetur esse natura, quae eorum malicia qui uoluntate propria dominum dereliquerunt. In principio uoluminis titulus est, personam, causam, tempusque commemorans. In secundo, intentos auditores facit. In tertio narrat quod loquutus sit dominus. In quarto, quasi in excessibus gentem increpat peccatricem & populum plenum uel grauem iniquitate. Non quod alia sit gens & alius populus (ut quidam putant) sed ipse Israel & gens appellat & populus & filii scelerati siue iniqui: ut qui primum per beneficium filii appellati sunt domini, postea uicio suo uocarentur filii iniquitatis, siue (ut reliqua sona uoce dixerunt) filii corrupti, id est ipsi diabolici. **d** ¶ Qui natura bonum suo uicio perdidit. Quod dicitur iungitur, Blasphemauerunt sanctum Israel: proprie de Iudaeis dicitur conclamantibus, Non habemus regem nisi Caesarem: Et, Nonne hic est filius fabri? Et: Daemonium habet: Et, Samaritanus est. Quia igitur dereliquerunt Christum & blasphemauerunt sanctum Israel, idcirco abalienati sunt retrorsum, ut qui appellabantur pars & filii dei, postea diceretur, Filii alieni mentiti sunt mihi. Praecipit saluator, ne apprehenso aratro respiciamus post tergum, ne imitemur uxorem Lot. Unde & apostolus extendens se in priora, posteriorum obliuiscitur. Quod autem dixit iuxta Septuaginta, populo pleno peccatis: ostendit nullam speciem peccatorum in Israel populo non fuisse. Sin autem legerimus ut in Hebraico est, Populo graui iniquitate: illius testimonij recordemur, quod iniquitates sedeat super talentum plumbi: & ex peccatoris persona dicatur in Psalmo xxxvij, Eleuatae sunt iniquitates meae super caput meum, quasi onus graue grauatae sunt super me. Manifesta transcurramus, ut in obscurioribus & his quae

Infr. 32.
Anagoge.
Matt. 11. d
1. Cor. 1. d
D
Ioan. 19.
Mar. 6. d
Ioan. 8. f
Psalm. 17. g
Luc. 9. d
Philip. 3. d
Zach. 5. d

A explanatione indigent immoremur. **a** ¶ In quo percussus uos, & c. ¶ Quo testimonio discimus idcirco dominum percussis delinquentes, ut percussos corrigat, & non tamen poena sit quae emendatio. Estque sensus: Non inuenio quam plagis uestris possim adhibere medicinam, omnia membra uestra plena sunt uulnerum, nullam partem corporis quae non sit ante percussa reperio. Vel certe hoc modo, nullas inuenio plagas quibus uestra fragam duritiam. Quam enim tormeta maioram, tanto magis crescit impietas & iniquitas, siue (ut Theodotio transulit) declinatio, ut recedatis & reclinetis ad dominum: quale est illud Hieremias, Sine causa percussus filios uestrorum, disciplinam non receperitis. Vni iratior loquitur per Osee, Non uisitabo super filias uestras cum fuerint fornicatae, & super nurus uestras cum adulterauerint. Et per Ezechiel: Zelus meus recedat a te, & non irascar tibi amplius. De quo & in psalms legimus, Non est in mammetu in in plaga eorum, & in laboribus hominum non sunt, nec cum hominibus flagellabunt. **b** ¶ Omne caput languidum, & c. ¶ Animi laetitia interdum dolore corporis mitigatur: quod si ad egritatem corporis accedat agnitione animi, duplicat infirmitas. Inter ipsos quoque sensus & omnia membra corporis, principalem locum obtinet caput, in quo uisus & odoratus, auditus & gustus est. Cum igitur caput doluerit, omnia membra debilia sunt. Et per metaphoram docet quod a principibus usque ad extremam plebem, a doctis usque ad imperitum uulgum in nullo sit sanitas, sed omnes ad impietatem pari ardore consentiant. **c** ¶ A planta pedis usque ad uerticem, & c. ¶ Seruat coepit translationem, A pedibus usque ad uerticem, id est, ab imo usque ad summum, ab extremis usque ad primos, toto consensu sunt corpore. Vulnerum (inquit) & liuor & plaga tumens, aut enim uerberibus, liuet corpora, aut plagis tumet, aut hiat uulneribus. Querimus cui haec temporum praedicta sint: Post Babyloniam captiuitatem sub Zorobabel & Esdra ac Neemia, Israel reuersus est in Iudaeam, & antiuicium recepit statum. Sub diuersis quoque principibus, ac regibus, templum augustius fabricatum est: in tantum ut etiam externarum gentium, Lacedaemoniorum & Atheniensium ac Romanorum mererentur amicitias. Ergo hoc quod dicit, Non est in eo sanitas: ad eam tremam refert captiuitatem, quam post Titum & Vespasianum & ultimam euerisionem Hierusalem, sub Aelio Hadriano usque ad praesens tempus nullum remedium est, impleturque quod scriptum est, Omnes declinauerunt, simul inuiles facti sunt: non est qui faciat bonum, non est usque ad unum. Quod dicitur in inferi, Non est in eo sanitas: uel in populo intellige, uel in corpore, uel in capite. **d** ¶ Non est circumligata, & c. ¶ Pro quo Lxx. transtulerunt, Non est malagma imponere, neque oleum neque alligaturas. Vique hodie uulnus & liuor & plaga tumens populi Israel, non est circumligata fasciis, nec curata medicamine. Quod Aquila interpretatus est, uolens, in teo la uidelicet, quae ad exiccandam saniem & purulentias extrahendas iniunguntur uulneribus. Neque fota oleo, ut eorum duritia lachrymis penitentiae molliretur. Pro fasciis quibus Israelis nequaquam circumligata sunt uulnera, Lxx. malagma transtulerunt. Iacet ergo confosus & contrucidatus Israel, quia interfecit medicum, qui ad curandam uenerat domum Israel. Unde & in Hieremia propheta *τρωμα* sub persona Babylonis loquentis angelus, Querimus Babylonem, & non est sanata. Urbem uidelicet confusionis atque uisum, Et in euangelio legi-

mus, Descendentem de Hierusalem in Hiericho a latronibus uulneratum, curatumque a Samaritano, & post auferitatem uini infusam uulneribus eius olei mollitudinem. ab eo ergo loco ubi supra dixerat, In quo percussam uos: & omne caput languidum: usque ad hoc quod infert, Non est curata medicamine, neque fota oleo, translationis similitudo seruat, & irremediabilitum descriptio uulnerum, aeternam captiuitatem exprimit Iudaeorum. **e** ¶ Terra uestra deserta, & c. ¶ Haec sub Babylonis ex parte coepta sunt, incendio templo, subuersa Hierusalem, quam regionem decem tribuum Samaritanis possederunt, & in tantum redacta est terra repromissionis solitudinem, ut a leonibus uisitare. Plenius autem atque perfectius quod futurum sit sub Romana captiuitate describit, quam uicissim Iudaeam Romanus uastauit exercitus, ciuitatesque succensae sunt, & regionem eorum in praesentiarum alieni deuorant, usque ad finem mundi perseverabit uastitas Iudaeorum. Possumus autem haec tropologicè de peccatoribus accipere, quod de sanctitate pristina corruerunt, postquam contrariis fuerint traditi potestatibus, quod omnia eorum bona uenit ad deserta, & prioris iustitiae deus non recordetur, & igne diaboli omnia succedant, & sint pabulum bestiarum: de quibus & in alio loco scriptum est, Ne tradas bestiis animam confidentem tibi. **f** ¶ Derelinquetur filia Sion sicut umbraculum, & c. ¶ Quod uinea appellatus sit omnis Israel, idem in consuetudinibus. propheta testatur, dicens, Uinea enim domini sabaoth, domus est Israel, & homo Iuda, nouella plantatio atque dilecta. Et in psalmo, Uinea de Aegypto transtulisti, eieciisti gentes, & plantasti eam. Haec uinea quaedam uerberosissima atulit fructus, habuit custodiam deum. De quo scribit, Non dormitabit neque dormiet qui custodit Israel. Postquam uero uindemiauerunt eam omnes transientes suam domum, & uastauit eam aper de Syria, reliquit templum uiuam dominus, iratusque consergens ait: Surgite ab eam hinc. Et, Relinquetur domus uestra deserta. Et per Hieremiam, Relinquetur domum meam, dimissi hereditatem meam. Facta est hereditas mea mihi, sicut leo in Syria, dedit super me uocem suam, propterea odisti eam. Similitudo autem uastationis templi & Hierusalem sumpta est ab agricolis, qui quam diu uinea uuarum plena est, ponunt custodes in umbraculis. In cucumerario quoque quod Septuaginta pomorum custodiam uocant, paruulae sunt casulae, propter ardorem solis ac radios declinandos, & inde uel homines uel bestias quae in diari solent natis frugibus abigunt. Cum autem ablata fuerint istiusmodi genimina, remanent amentia fructuum umbracula, casulaeque recedente custode, quia non habet ultra quod seruet. Ergo & omnipotens deus dereliquit templum, & urbem fecit esse desertam: quod non necesse est sermonibus approbare nobis, praesertim qui uidemus desertam Sion & ueram Hierusalem, templumque usque ad solum dirutum. Quod autem filiam Sion uocat, clementissimi parentis monstrat affectum. Nec mirum si Sion appelletur filia, cum etiam Babylon sapientissime filia nuncupetur. Omnes enim natura filii dei sumus, sed nostro uicio alieni efficiuntur. Iuxta anagogen, uinea dei & pomorum paradysus, anima nostra appellari potest: cui si mens, id est praeseruerit, habet custodiam mentis deum: sin autem uitia nos quasi quaedam bestiae fuerint depradata, relinquitur a custode deo, & omnia nostra redigent ad solitudinem.

Hier. 2. f
Osee 4. d
Ezech. 17. a
Psalm. 27. a
Metaphora
Rom. 3. b
Hier. 5. d

Luce.
Psalm. 73. d
Psalm. 79. b
Ibid. 120. d
Matt. 23. d
Hier. 12. b
Psalm. 136
Anagoge

A 4 ¶ Argētum tuū uersum est in scoriā. Ad ciuitatē loquitur Sion, in qua prius requieuit iustitia: q̄ argētum illius, doctrina uidelicet scripturarum, de qua in psalmis legitur, Eloquia dñi, eloquia casta, argētū igne exanimatū, pbatū terræ, purgatū septuplū, uersum sit in scoriā: quod Hebraice dicitur *רַבְּרָב* rubigo uidelicet metallorum, siue purgamenta & sordes, quæ igne excoquantur: ut quia argētū nominauerat, seruet metaphorā. Pōt autē & hoc dici, q̄ iusti & sancti uiri q̄ pri⁹ in urbe uersati sunt, postea in sordes uersi sunt peccatorū. b ¶ Caupones tui miscēt uino aquā. Pro quo Symmachus trāstulit, Vinū tuū mixtū est aqua. Et est sensus, Lex dei pura atq̄ syn-cera & (ut ita dicam) mera ueritate subnixā, uiolata est traditionibus Phariseorū: q̄ dñs in euāgelio plenius docet, Omisit e eos legē dei, & sequi mandata hominū. Omnisq̄ doctor qui austeritatem scripturarū per quā potest audientes corripere, uertit ad gratiam: & ita loquitur, ut non corrigat sed delectet audientes: uinum sanctarū scripturarum uiolat atq̄ corrumpit sensu suo. Hæretici quoq̄ euāgelicā ueritatem corumpunt prauo intelligentia: & sunt caupones pessimi, facientes de uino aquam: cum ecōtrario dominus noster aquas in uinū uertit, & tale uinū quod miretur archidiclinus, quale & regina Saba in Solomonis est mirata cōuuiuo, pinernas eius & ministros uini, sua uoce collaudans. Sed & Ecclesiastes ministeria uini atq̄ conuuij sui, mystico sermone describit. Vnde p uino, Aquila *συμποσιον*, i. conuuiuium, interpretatus est: quod apud Græcos *αποπρω*, apud nos à conuictu rectius appellatur. c ¶ Principes tui inobedientes, socij furū. Pro inobedientibus, Aquila recedentes, Symmachus declinantes, interpretatus est. Principes autē scribas & phariseos uocat, qui à dōmīno recedentes, imō ueritatis semitā relinquentes, peruerso ambulauerunt itinere, & socij fuerūt proditoris furisq̄ Iudæ. Quod quidē & nos cauere debemus, ne accipientes ab hominib. seculi munera, qui per rapinas miserorum q̄ lachrymas, diuitias cōgregāt, nō tam ipsi fures, quā socij furū appellemur: diciturq̄ de nobis, Videbas furē & currebas cum eo, & cū adulteris portionem tuam ponebas. d ¶ Omnes diligūt munera, sequuntur retributiones: pupillo nō iudicant, & causa uiduæ non ingreditur ad illos. In catalogo uitiorū numerant etiam hi qui diligūt munera. Non dixit, qui accipiūt: hoc enim sæpe necessitate fit: sed qui nō putant amicos, nisi à quibus dona perciperint: nec eos cōsiderāt amicorū, sed manus: & eos sanctos iudicāt, quorū exhaustū marsupium: de quibus & Ecclesiastes loquitur, Qui diligūt pecuniam, non implebitur pecunia. Istiusmodi sequuntur retributiones, ut laudēt eos à quibus aliquid acceperint, uel certe nulli quippiā tribuāt, nisi à quo se recepturos putauerint. Pro retributionibus, Symmachus uicissitudines uel ultiones interpretatus est, ut hi quoque in culpa sint, qui reddūt malum pro malo, & dentem pro dente, oculum pro oculo: & non imitantur illud Dauidicum, Si reddidi retributionibus mihi mala. Et Hieremias de iusto dicit, Dabit percussitē se maxillam suam, saturabitur opprobrijs: ut impleat euāgelicum uirum, cui dicitur, Qui te percussit in maxillam, præbe ei alterā. e ¶ Propter hoc ait dominus exercituum, fortis Israel. Pro forti Israel, quod omnes similiter transtulerunt, soli Septuaginta,

nescio quid uolētes, posuerunt, *δὲ αὐτὸ ἰσχυρὸς ἰσραηλ*. id est. Vē fortes Israel: q̄ nos sic edisserere possumus, ut dicamus principes quoq̄ corripit atq̄ robustos: de quib. scriptū est, Potētes potenter tormenta patiētur. Et, Cui Sap. 6.4 plus datur, plus exigitur ab eo. Abutimurq̄ hoc testimonio, si quādo opus fuerit aduersum ecclesiā principes, q̄ suā destruunt operi b⁹ dignitatē. f ¶ Heu consolabor super hostibus meis, et uindicabor, etc. Rursum & hoc q̄ in Hebraico non habetur, ponunt Lxx. *ὦ πᾶσι τοῖς ἐχθροῖς μου*, id est, Non cessābit enim furor me⁹ contra inimicos meos. Corripit autem scribas & phariseos, de quibus & in Euangelio loquitur, Vā nobis scribæ & pharisei. Et in alio loco: Generatio adultera & puerfa signū querit, & signum non dabitur ei, nisi signū Ionæ propheta. Plangit autem clementissimus pater principes delinquentes, & hostes suos uocat & inimicos appellat, quod pereant, eo quod nolint agere penitentiam, quod se uenientem non susceperint. Appropinquans enim Hierusalem, fleuit & dixit: Hierusalem Hierusalem quæ occidis prophetas, & lapidas eos qui ad te missi sunt, quoties uolui cōgregare filios tuos, sicut gallina pullos suos, & noluiti. Cōsolatio ergo dei super hostib. eius & inimicis est, ut qui non senserūt beneficicia, supplicijs corriganter. g ¶ Et conuertā manū meam ad te, & excoquam ad purū scoriā tuā, & auferā omne stannū tuum. Pro scoria, quod interpretatus est Symmachus, & Aquila *σέμυλα*, id est, uinacea: Theodotio *τὸ γινεργίον*, id est, acinum uivæ interpretatus est: soli Lxx. incredulos uel inobediētes, sensum magis quā uerba uertentes. Quia enim suprà dixerat, Argentum tuum uersum est in scoriā: nunc seruat metaphorā: ut conuertat super eam, id est extendat manū suam ad puniendum atq̄ purgandum, & excoquat omnes sordes ac uitia peccatorū, ut separato stanno, purum argentum remaneat: quod absq̄ igne fieri non potest, per quod significat eos passuros esse tormenta. Legimus & in Malachia de domino, Ipse egredietur quali ignis cōflatorij, & quasi herba sullonū, & sedebit constans & emundās sicut argentum & aurum, & emundabit filios Leui, ut postquā mandati fuerint, dicatur de eis: Et erunt domini offerētes uictimas in iustitia. Ezechiel quoq̄ omnē domū Israel ære & ferro & plumbo & stanno dicit esse cōmixtam, & post ea purgandā, ut postquam purgata fuerit, cognoscat quia ipse sit dominus. Sed & in euāgelio sub alia metaphora idem sensus ostendit: Cuius uentilabrū in manu eius, & purgabit arēā suā, & mūdabit triticū, & cōgregabit frumentū in horrea, paleas autē comburet igne inextinguibili. h ¶ Et restitua iudices tuos ut fuerunt prius, & consiliarios tuos sicut antiquitus. In ciuitate fidelī Sion, quæ postea facta est meretrix: & pro iusto siue iustitia habitauerunt in ea homicidæ: ideo dominus cōuertit manū suā, ut excoquat eam ad purum, & auferat omne stannum eius, & restitua iudices illius sicut fuerūt à principio, & consiliarios sicut antiquitus. Iudices priores fuerūt Moyses & Iesus filius Naue, & cæteri à quibus etiam liber sacre scripturæ nomē accepit, & postea Dauid, & alij iusti reges. Restituet ergo iudicum similitudinem, uel post captiuitatem Babylo-nicā (ut Iudæi uolunt) Zorobabel, Esdras & Neemias, & ceteros principes qui usq̄ ad Hircanum populo præfuerunt

10an. 2.4
2. Par. 9.4

Psal. 49.4

Eccl. 5. c

Tren. 3. d

Matt. 5. f

Luc. 11. f
Math. 12. e

ibid. 23. d

Malac. 3. 4

Ezech. 22. d

Math. 3. c

A præfuerūt, cui Hero des successit in regnū. Vel certē meritis & rebus, apostolos & qui per apost. crediderūt ecclesiā: q̄ principes constituti sunt: sicut in principio huius diximus uisionis: quod d' cōminatio & repromissio pertinet ad tēpus dñicæ passionis, & ad fidē quæ post passionē eius fundat ecclesiā. a ¶ Post hæc uocaberis ciuitas iusti, urbs fidelis. Hæc perspicue de ecclesia quæ in dño creditura est tã de Iudæis q̄ de gentib. ppheticus sermo completur. Vrbs autē iusti, hoc est, dñi saluatoris, siue ipsa iusta uocabitur, de qua dictū est: Non potest ciuitas abscondi super montē posita. Fidelē quoq̄ appellās, uel meropolim, iuxta Lxx ostendit ad his esse appellandā, qui in dño credituri sunt. b ¶ Sion in iudicio redimetur, & cetera. Nō omnes rediment, nec oēs salui fient, sed reliquæ: de quibus & suprà dictū est. Reducēt autē in iustitia, cū scelerati & peccatores cōtriti fuerint, & qui dñm reliquere consumpti. Cūq̄ saluati fuerint, cōfundent qui idolis prius sacrificauerāt, & erubescēt in hortis quos elegerāt. Significat autē loca luxuria, lucos & nemora. c ¶ Erunt enim quasi terebinthus defluentibus folijs, & uelut hortus sine aqua. Vtq̄ hodie Iudæi legentes scripturas sanctas, terebinthus sunt, siue quercus, ut interpretatus est Symmachus: & iuxta euāgelium, ficus quæ aruit in qua cū dominus pomā quæsiisset & nō inuenisset, æterna ei ariditate maledixit. Sed & ipsa folia & poma uerborum nunc apud eos esse cessarunt: hortus quoq̄ irriguus, id est, scientia scripturarū siue paradisi diuersarum arborum, qui absq̄ gratia spiritali est, nec olera quidē affert: de quibus Apostolus loquitur: Qui infirmos uidet, olera manducet: sed siccat radicib. omnis uiror in ariditatem uersus est ac squalorem. d ¶ Et erit fortitudo uestra ut fauilla stupæ, & cetera. Pro fauilla, *κεκτηνη γυναι* interpretatus est Symmachus: quando stupa peditur, & quicquid fordidum habet, proicitur. Omnis igitur fortitudo & superbia peccatorum & sceleratorum Israel, qui dereliquerunt dominū: & idcirco cōsumpti sunt: & sacrificauerunt idolis, & erubescēt in hortis quos elegerunt, redigentur in purgamenta stupæ, quæ leui uorantur incendio. Sequitur enim: Et opus eius, id est, fortitudinis uestræ siue idololatritia in qua erraueratis, paruula scintilla cōsumet. e ¶ Et succendetur utrumq̄ simul. Et scientia uidelicet Iudæorum, & omnia opera quæ faciunt, siue & idolum & Hierusalem in qua idolum fuit. Et succedente domino, nullus extinguere poterit. Quæ omnia de contrarijs quoq̄ dogmatibus accipere possumus, q̄ & magistrī & discipuli pariter pareant, & omne opus eorū ignis pabulū sit.

Math. 5. b

ibid. 27. d

Rom. 1. 4. d

Malac. 3. 4

Ezech. 22. d

Math. 3. c

ibid. 23. d

Malac. 3. 4

Ezech. 22. d

Math. 3. c

ibid. 23. d

Malac. 3. 4

Ezech. 22. d

Math. 3. c

ibid. 23. d

Malac. 3. 4

Ezech. 22. d

Math. 3. c

ibid. 23. d

Malac. 3. 4

Ezech. 22. d

Math. 3. c

& principes Sodomorū ac populus Gomorra, & ciuitas meretrix, & cætera istiusmodi, sensum magis q̄ uerbū interpretati sunt: & hic quæ fatim prospera promittuntur: Erit in nouissimis dieb. manifestus mōs dñi, & domus dei in summitate montū: nō cōtra Iudæā & Hierusalem, sed de Iudæā & Hierusalē prophetiā intellexerūt: cum & in illa legerimus post cōminationem prospera, Restitua iudices tuos ut fuerūt prius, & consiliarios tuos sicut antiquitus: post hæc uocaberis ciuitas iusti, urbs fidelis. Et in ista, post prospera, truculēta sit cōminatio: Ecce dominator dñs exercitūū auferet ab Hierusalem & ab Iudæa ualidum & fortem, omne robur panis & omne robur aquæ, & reliqua. Ergo ista Hebraicum, & in illa uisione & in isto sermone quæ uidit Esaias filius Amos, de Iudæa & Hierusalem intelligendum est: non contra Iudæam & Hierusalem, uel pro Iudæa & Hierusalem, ut Symmachus transtulit: sed ab Iudæa & Hierusalem, in quo possunt & lata & tristitia contineri. Et hoc considerandum, quia ibi uisionem uideat: hic uerbum, quod erat in principio apud deum: & in illa, Iudæis cōminans ad gentium ueniat salutem: in ista, à gentiū salute incipiens, punito Israel ex utraq̄ uocatione credentes in Christi ecclesiā congreget. g ¶ Et erit in nouissimis diebus preparatus mons domus domini, & cetera. Nouissimos dies & in Genesi legitimus, quod uocante Iacob filios suos atque dicente: Venite ut annunciem uobis quid futurum sit in nouissimis diebus: postea ad Iudam, de cuius semine ortus est Christus, dixerit: Non deficiet princeps ex Iudæa, neque dux de femoribus eius, donec ueniat cui repositum est, & ipse erit expectatio gentium. In his nouissimis diebus erit hora nouissima: de qua Iohannes apostolus loquitur, Filioli mei nouissima hora est, in qua abscessit lapis de monte sine manibus creuit in montem magnum, & repleuit omnem terram. A quo & princeps Tyri in Ezechiele dicitur uulneratus. Hic mons in domo domini est, quam propheta suspirat, dicens: Vnum petiui à domino, hoc requiram, ut inhabitem in domo domini omnes dies uitæ meæ. Et de qua Paulus scribit ad Timotheum: Sin autem tardauero ut scias quomodo oporteat te conuersari in domo dei, quæ est ecclesia dei uiuentis, columna & firmamentum ueritatis. Hæc domus edificata est super fundamentum apostolorum & prophetarum, qui & ipsi montes sunt quasi imitatores Christi. De hac domo & Hierusalem Psalmista conclamat, dicens: Qui confidunt in domino, sicut mons Sion, non commouebitur in æternum, qui habitat in Hierusalem. Montes in circuitu eius, & dominus in circuitu populi sui. Vnde & super unum montium Christus fundat ecclesiam, & loquitur ad eum, Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo ecclesiam meam, & portæ inferi non præualebunt aduersus eam. Simile quid ad desiderantem animam suam, & impatientem domum dei uidere cupientem, sanctus loquitur: Quare tristis es anima mea, & quare cōturbas me? Et iterum, Hæc recordatus sum, & effudi in me animam meam, quoniam pertransibo in locum tabernaculi admirabilis usq̄ in domum dei, in uoce exultationis & confusionis sonus epulantium:

ibid. 27. d

Rom. 1. 4. d

Malac. 3. 4

Ezech. 22. d

Math. 3. c

ibid. 23. d

Malac. 3. 4

Ezech. 22. d

Math. 3. c

ibid. 23. d

Malac. 3. 4

Ezech. 22. d

Math. 3. c

ibid. 23. d

Malac. 3. 4

Ezech. 22. d

Math. 3. c

ibid. 23. d

Malac. 3. 4

Ezech. 22. d

Math. 3. c

ibid. 23. d

Malac. 3. 4

Ezech. 22. d

Math. 3. c

A aquilonē, ascendam super nubes, ero similis altissimo. *psal. 18.4* Qñ ex ore infantū & lactentū perficiet laus, ut destruatur inimicus & ultor. *a* ¶ Et super oēs cedros Libani, &c. ¶ Et in xxviii, psalmo canit: Vox dñi cōterētis cedros, cōteret dñs cedros Libani, & cōminuet eos quasi uultū Libani. Et in xxxvi, psalmo: Vidi impiū exaltatū, & eleuatū quasi cedros Libani: & transiit & ecce non erat, & quasi uultū eū, & nō est in uētus locus eius. Quercus quoq; Basan, quas Aquila *apud*: Symmachus & Theodotio *βαλαβος*, interpretati sunt, glādiferas nouimus, quæ est fecerint fructus, porcorū sunt alimētā nō hominū. Basan regio est Arabia: cui imperauit Og, q̄ appellatus est rex Basani: & interpretat̄ *אֹג הַבְּשָׁן*, id est, ignominia, quā si confusio ē trāsferre uoluerimus, magis *אֹג הַבְּשָׁן*, id est, Babylonē significat q̄ Basan. Sup oēs ergo qui erigunt in superbiā, & faciūt opera ignominia, atq; in cœno libidinū uoluant, dñi uindicta cōsurget. Qd̄ si prudēs lector quæserit, cur in tēplo dñi cedrina ligna sint posita: & in centesimo tertio psalmo legitur iuxta Hebraicā ueritatē: Saturabunt ligna dñi, & cedri Libani quas tu plantasti, ibi passerēs nidificabūt. Et inter cætera ligna etiā cedri ad laudes dñi, p̄uocent: Et in aduētū saluatoris, qñ oēs arbores & ligna cāpi applaudēt ramis suis, scriptū sit: Pomā in terra aquosa cedrū & buxū, & cypressum & pinū: Et nūc diem domini super cedros Libani sermo propheticus cōminetur: Hoc dicēdum est, q̄ ex eodem genere hominū, alij sublimēnt ad regnū, alij detrahant ad pœnā, & cedri Libani quæ propter superbiā conterent, eligant cū boni odoris fuerint, & cum apostolo dixerint: Christi bonus odor sumus deo. *b* ¶ Et super oēs montes excelsos, &c. ¶ Sicut in bonā partē pro uarietate uirtutū, mōtes appellātur & colles, sic inter impios pro diuersitate uiciorū, & maxime superbiā, alij montes sunt, alij colles, super quos erit dies dñi, de quib; in Ezechiele scriptū est: Hæc dicit adonai dñs montib; & collibus, ecce ego inducā super uos gladiū, & dissipabunt excelsa uestra, & cōterentur aræ uestræ, & reliqua. *c* ¶ Et super oēm turrim excelsam, &c. ¶ Qui ad Vespasiani Hadrianiq; hæc referunt tempora, corporaliter dicunt impleta quæ scripta sunt, quod nō turris excelsa, non firmissimus murus, non ulla nauū multitudo, & negociationis industria, aduersum uim Romani exercitus potuerit præualere: sed in tantā habitatores Iudææ uenisse formidinem, ut ipsi cum coniugibus & liberis, auro & argento quæ sibi auxilio fore existimabant, in foueas terræ demersi sint: & profundissima antra sectati. Si em̄ uoraciū & luxuriosorū uenter est deus: quare non auari aurum & argentū appelletur deus? Alij hæc ad Babylonia referūt tēpora. Ego iuxta Tropo, tropologia leges singula quæq; percurram. Turris uel ob munitionē urbis ædificatur, uel ob speculam, ut lon

Luc. 14. f ge ueniens cernatur hostis. Vnūquisq; ergo nostrū debet ædificare turrim, prius sumptib; supputatis: ne iuxta euangelicā parabolā cum explere opus nequiuērit, rideat: Hæc turris bene constructa persistit. Sin autē erecta in superbiā firma non habuerit fundamenta, cadet super eum à quo edificata est, sicut illa in Selsa, quæ decē & octo homines interfect. Vnde & dominus loquit̄ ad audientes: & uos si nō egeritis pœnitentiā, similiter peribitis. In consequētibus quoq; lecturi sumus, quod

Esaiæ 5. a deus in uinea sua ædificauerit turrim, & fecerit torcular

1 Cor. 2. d penitus conterentur.

Ezech. 6. c Et introibūt in speluncas petrarum, & in uoragines terræ

Luc. 11. g a facie formidinis domini, & à gloria maiestatis eius, cū surrexerit percutere terrā.

Luc. 11. g In die illa projiciet homo idola argenti sui, & simulachra auri sui quæ fecerat sibi, ut adoraret talpas & uespertilioes, & ingrediet̄ in fissuras petrarum, & cauernas saxorum à facie formidinis domini, & à gloria maiestatis eius, cū surrexerit percutere terram.

Luc. 11. g Quiescite ergo ab homine cuius spiritus in naribus eius, quia excelsus reputatus est ipse.

Luc. 11. g non audens proferre quod male finxerat: secūsdū profectus est, ut prius celata p̄iciat, & in se esse nō patiat̄. Pro talpis quas nos interpretati sumus, Lxx. uana, id est, *אֵימָה מַרְוֵלִים*, Aquila, la, *הַבְּרָבָא*, Symmachus infuētiosa: Theodotio ipsum uerbum Hebraicū posuit *מַרְוֵלִים הַבְּרָבָא*. Est autē animal absq; oculis, quod semper terram fodit, & humū egerit, & radices subter comedēs frugibus noxium est, quod Græci *ἀνθάλασσα* uocant. Vespertilio autem nocturna auis, quæ congruum ab eis nomen accepit *νυκτερίς*, eo q̄ in nocte uolitet, paruū animal est, & murium simile, nō tam uoce & cantu resonās, q̄ stridore: quod cum uideatur uolare, lucifugum est, & solem uidere non patitur. Istiusmodi animantibus idola cōparata sunt, quæ cæca

Luc. 11. g & tenebrosa coluntur à cæcis: & omnia dogmata cōtraria ueritati: quæ cum in die domini fuerint derelicta, ingrediet̄ur hi qui proiecerint ea in fissuras petrarum cauernasq; saxorū, ut nō in terra puluere & uili luto, sed in firma ratione uersentur: & inueniant sibi diuersa uirtutū foramina, per quæ ad ueritatem ualeant peruenire. Hæc iuxta anagogē ut potui breui sermone perstrinxī, quæ Hebrai ad Babylonia referūt tēpora & subuersionem Hierusalem, quando surrexit dominus terram percutere Iudæorum. *b* ¶ Quiescite ergo ab homine cui, &c. ¶ Hoc prætermisere Lxx. & in Græcis exemplaribus ab Origine sub asteriscis de editione Aquilæ additum est, quod in Hebræo ita legitur: *אֵימָה מַרְוֵלִים הַבְּרָבָא מַרְוֵלִים הַבְּרָבָא מַרְוֵלִים הַבְּרָבָא*. Vbi nos diximus: Excelsus reputatus est ipse, Aqla interpretatus est, in quo reputatus est ipse. Verbum Hebraicum *בָּרָבָא* uel *בְּרָבָא* dicitur, id est excelsus, quod & in Regnorū libris & in Ezechiele legitur: uel certe in quo, & cisdē literis scribitur *בָּרָבָא*: ac pro locorū qualitate, si uoluerimus legere,

Luc. 11. g ac pro locorū qualitate, si uoluerimus legere,

Luc. 11. g ac pro locorū qualitate, si uoluerimus legere,

Luc. 11. g ac pro locorū qualitate, si uoluerimus legere,

Luc. 11. g ac pro locorū qualitate, si uoluerimus legere,

Luc. 11. g ac pro locorū qualitate, si uoluerimus legere,

Luc. 11. g ac pro locorū qualitate, si uoluerimus legere,

Luc. 11. g ac pro locorū qualitate, si uoluerimus legere,

Luc. 11. g ac pro locorū qualitate, si uoluerimus legere,

Luc. 11. g ac pro locorū qualitate, si uoluerimus legere,

Luc. 11. g ac pro locorū qualitate, si uoluerimus legere,

Luc. 11. g ac pro locorū qualitate, si uoluerimus legere,

Luc. 11. g ac pro locorū qualitate, si uoluerimus legere,

Luc. 11. g ac pro locorū qualitate, si uoluerimus legere,

Luc. 11. g ac pro locorū qualitate, si uoluerimus legere,

Luc. 11. g ac pro locorū qualitate, si uoluerimus legere,

Luc. 11. g ac pro locorū qualitate, si uoluerimus legere,

Luc. 11. g ac pro locorū qualitate, si uoluerimus legere,

Luc. 11. g ac pro locorū qualitate, si uoluerimus legere,

Luc. 11. g ac pro locorū qualitate, si uoluerimus legere,

Luc. 11. g ac pro locorū qualitate, si uoluerimus legere,

Luc. 11. g ac pro locorū qualitate, si uoluerimus legere,

Luc. 11. g ac pro locorū qualitate, si uoluerimus legere,

Luc. 11. g ac pro locorū qualitate, si uoluerimus legere,

Luc. 11. g ac pro locorū qualitate, si uoluerimus legere,

Luc. 11. g ac pro locorū qualitate, si uoluerimus legere,

Luc. 11. g ac pro locorū qualitate, si uoluerimus legere,

Luc. 11. g ac pro locorū qualitate, si uoluerimus legere,

Luc. 11. g ac pro locorū qualitate, si uoluerimus legere,

Luc. 11. g ac pro locorū qualitate, si uoluerimus legere,

Luc. 11. g ac pro locorū qualitate, si uoluerimus legere,

Luc. 11. g ac pro locorū qualitate, si uoluerimus legere,

Luc. 11. g ac pro locorū qualitate, si uoluerimus legere,

Luc. 11. g ac pro locorū qualitate, si uoluerimus legere,

Luc. 11. g ac pro locorū qualitate, si uoluerimus legere,

Luc. 11. g ac pro locorū qualitate, si uoluerimus legere,

Luc. 11. g ac pro locorū qualitate, si uoluerimus legere,

Luc. 11. g ac pro locorū qualitate, si uoluerimus legere,

Luc. 11. g ac pro locorū qualitate, si uoluerimus legere,

Luc. 11. g ac pro locorū qualitate, si uoluerimus legere,

Luc. 11. g ac pro locorū qualitate, si uoluerimus legere,

Luc. 11. g ac pro locorū qualitate, si uoluerimus legere,

Luc. 11. g ac pro locorū qualitate, si uoluerimus legere,

Luc. 11. g ac pro locorū qualitate, si uoluerimus legere,

Luc. 11. g ac pro locorū qualitate, si uoluerimus legere,

Luc. 11. g ac pro locorū qualitate, si uoluerimus legere,

Luc. 11. g ac pro locorū qualitate, si uoluerimus legere,

Luc. 11. g ac pro locorū qualitate, si uoluerimus legere,

DIVI HIERONYMI PRESBYTERI IN SECVNDVM Commentariorum Esaiæ ad Eusto chium Prologus.

Inito in Esaiam primo uolumine, quod ut potui, non ut uolui, celeri sermone dictaui, sensum potius scripturarum, quam compositæ orationis uerba perquirens, nūc transcendam ad secundum, & quicquid in me uirium est, pronāq; in dominum uoluntatis, offeram ei, qui per prophetam loquutus est: Ego uisiones multiplicauī, & in manibus prophetarum assimilatus sum. Vnde obsecro te uirgo Christi Eusto chium, ut nobis in scripturarum explanatione certantibus, tu cum Moysē ad dominū eleues manus, ut qui exeuntes de Aegypto, mare trāsiiimus rubrum, uincamus Amalec, qui interpretatur deuorās & clingens, & possimus tecum dicere: Benedictus dominus deus meus qui docet manus meas ad prælium, & digitos meos ad bellum.

Commentarij primi in Esaiam finis.

A causam reor & adolescentulas uidas iuberi ab aposto- lo, ut accipiant maritos & matres familias sint, & educet liberos suos: quia multae retro abierunt post satanam. Et cum luxuriatae fuerint in Christo, nubere uolunt, habent res damnationem, quia primam fidem irritam fecerunt.

1 Tim. 3. b

Luc. 10. c

Gal. 1. e

pueros principes eorum. Et effeminati dominabunt eis. Et corruet populus uir ad uirum unusquisque ad proximum suum, tumultuabit puer contra senem et ignobilis contra nobilem. Apprehendet enim uir fratrem suum, domesticum patris sui. Vestimentum tibi est, principis esto noster, ruina autem haec sub manu tua. Et respondet in die illa dicens: non sum medicus, & in domo mea non est panis, neque uestimentum, nolite constituere me principem populi. Ruit enim Hierusalem & Iuda concidit, quia lingua eorum & adinventiones eorum contra dominum, ut prouocarent oculos maiestatis eius. Agnitio uultus eorum respondit eis, & peccatum suum quasi Sodoma praedicauerunt, nec absconderunt. Vae animae eorum, quoniam reddita sunt eis mala. Dicite iusto, quoniam bene, quoniam fructum adinventionum suarum comederunt. Vae impio in malum, retributio enim manuum eius fiet ei.

quem comparatione sui locupletorem intelligit, principem habere desiderat: sic qui eligitur considerans paupertatem & imbecillitatem suam, indignum se esse delato honore testatur: nec posse mederi uitijs, id est curare languentes, esurientibus cibum tribuere, uestire nudos, qui ipse se sustentare uix ualeat. Ergo non statim multitudinis acquiescimus iudicio: sed ele-

la sunt, meæ subijciam potestati. Quomodo cepi Samariam cum idolis suis: sic & Hierusalē capiam: quia eorūdem ueneratur deos. Pro Charcamis autem Lxx. aduidentes de suo regionem trans Babylonem interpretati sunt, & Chalane ubi ædificata est turris: Arphad penitus relinquētes. Post sumus autem iuxta translationem eorū & Tropologiē dummodo pia sit accommodare: ex eo q̄ ait, populo meo præcipiam ut faciat spolia & prædam, & conculcet ciuitates & ponat eas in puluerem, etiā hoc dicere, q̄ quoti die populo suo præcipiat dominus ut aduersariorum ciuitates quæ eriguntur cōtra scientiā dei, & hereticorū nimio labore constructæ sunt, in puluerē redigat & nihili esse demonstrat: Qui intelligens infirmitatē cordis humani, & q̄ mortali carne circumdatus, non possit perfectā uirtutum habere uictoriā, nec omnes gentes capere, licet eum alij admirentur & dicāt: Tu solus es princeps: respondit eis, Multa sunt quæ destruere debeo & adhuc destruere non potui, scio quod nescio. Et quamquam multa aduersariorum argumenta superauerūt: tamen sunt pleraque quæ adhuc superanda sunt. Simulq̄ spe futurorū

S E P T. Væ Assyrijs, uirga furoris mei ipse est in manibus eorum, iram meam in gentem iniquam mitam, & populo meo præcipiam, ut faciat spolia & prædam: & conculcet ciuitates & ponat eas in puluerem, ipse autem non sic cogitauit & non ita arbitratus est, sed ut conterat mens eius, & disperdat gentes plurimas. Quod si dixerint ei, tu solus es princeps: respondebit, Non tui regionem quæ est supra Babylonem & Chalane ubi turris ædificata est. Tui autem Arabiam & Damascum & Samariam: sicut has cepi, sic omnia regna capiam. Vltimate sculptilia in Hierusalem & Samaria, sicut enim feci Samariæ & idolis eius, sic faciam Hierusalem & simulacris illius. Et erit cum compleuerit dominus cuncta opera sua in monte Sion & in Hierusalem, uisitabo super fructum magnifici cordis regis Assur, & super gloriam altitudinis oculorū eius. Dixit enim, in fortitudine manus meæ feci, & in sapientia meā intellexi, & abstuli terminos populorum, &c.] Septuaginta, pro fructu, sensum uel mentem magnā interpretati sunt, id est τὸν νοῦν μέγαν. Post captiuitatem Samariæ, & Assyriorum uictoriam, & comminationem aduersum Hierusalem, quia simulacra imitata Samariæ, simili sit feriēda sententiā, nunc aduersum ipsum Assyrium qui elatus est in superbiā, & suæ fortitudinis putauit esse quod uicit, propheta loquitur. Dixit enim Assyrius, cordis tumore se iactans, quōd in fortitudine manus suæ cunctas uicerit nationes, & incredibili

ex his quæ superauit, etiam cæterorum sibi uictoriam repromittit. Iubentur autem ululare simulacra Hierusalem & Samariæ, non ipsa quæ facta sunt, sed hi qui ea finxerunt: μετανοήσαντες hi qui fecerunt per ea quæ facta sunt: ut non solum hi qui in hæresibus idola fabricati sunt: sed qui in ecclesia per ignorantiam defendunt pro ueritate mendacium, ululatu & poenitentia se errasse testentur. b ¶ Et erit cum compleuerit dominus cuncta opera sua in monte Sion & in Hierusalem, uisitabo super fructum magnifici cordis regis Assur, & super gloriam altitudinis oculorum eius. Dixit enim, in fortitudine manus meæ feci, & in sapientia meā intellexi, & abstuli terminos populorum, &c.] Septuaginta, pro fructu, sensum uel mentem magnā interpretati sunt, id est τὸν νοῦν μέγαν. Post captiuitatem Samariæ, & Assyriorum uictoriam, & comminationem aduersum Hierusalem, quia simulacra imitata Samariæ, simili sit feriēda sententiā, nunc aduersum ipsum Assyrium qui elatus est in superbiā, & suæ fortitudinis putauit esse quod uicit, propheta loquitur. Dixit enim Assyrius, cordis tumore se iactans, quōd in fortitudine manus suæ cunctas uicerit nationes, & incredibili

facies dux Sennacherib, & in ea fecit quæ in posterioribus idem propheta commemorat. Secundū Tropologiā: cum Samaria & Hierusalem domini iram sustinerint, & in fabricatione idolorū errasse se senserint: Tunc destruetur sensus magnus Assyrius: qui in tantam contra dominū inflatus est superbiā, ut sapientiā suę existimauerit cuncta celsura: & quauis excelsa dogmata, & diabolica arte munita, cōcutienda & penitus destruenda: in tantam ut in similitudinē pullorū auium non ualeat in sublime confurgere, & necdum animata insensibilia esse atq̄ torpenta, quod ouorum demonstrat exemplū, & ne mutare quidem, & conuere linguā contra rationem & fortitudinem sui sermonis audere. ¶ Numquid gloriabitur securis contra eum qui secat, &c.] Contra Sennacherib, siue ut multi putant, Nabuchodonosor gloriantē atq̄ dicentē, In fortitudine manus meæ feci, & in sapientia mea intellexi, & reliqua, sanctus propheta respondit: O stultissime mortalium: dei iram, tuam putas esse sapientiā: & illius iussione ad tuam refers fortitudinem: Quomodo si securis gloriatur cōtra eum qui securim tenet, & terra contra illum a quo trahitur: & dicant cuncta opera quæ per securim & ferram sunt, sua arte perfecta: Et si eleuet quispiam uirgā: & exaltet baculum ad percutiendum quem uoluerit, & ipsa uirga ac baculus gloriatur & dicant a se percussum esse qui percussus est: Sic & tu cum organum dei fueris uoluntatis, erigeris in superbiā: & cuncta quæ geruntur, tuæ gloriæ esse uirtutis. Quicquid autem Assyrio dicitur, & ad hereticorū superbiā & ad diabolium referri potest, qui securis & terra & uirga in scripturis appellatur: eo quod per illum infructuosa arbores succidantur, & diuidantur atq̄ ferretur in credulorum duritia, & percussantur uirga qui non recipiunt disciplinam. Hæretici quoque quorum os in cœlum ponitur, & lingua eorum pertransit in terram: sensu quem a deo in bonam partē ac-

חלל

Tropol.

Tropol.

A sapiētia omnium possederit terminos. Et iuxta Lxx. tantę potētia fuerit: ut bellatorū hominū urbes funditus subruerit: totumq̄ orbem quasi nidum apprehenderit: & quasi derelicta oua a matribus in suam prædā uerterit. Et quia semel metaphorā ab auibus, nido & ouis sum-

operarū eius. Dixit enim, in fortitudine manus meæ feci, et in sapiētia meā intellexi, & abstuli terminos populorum, et principes eorū deprædatus sum, et detraxi quasi potens in sublime residentes, & inuenit quasi nidū manus meæ fortitudinē populorū, & sicut colliguntur oua quæ derelicta sunt, sic uniuersam terrā ego congregaui, & nō fuit qui moueret pennā & aperiret os atq̄ ganniret. Nunquid gloriabitur securis contra eum qui secat in ea, aut exaltabitur terra cōtra eum a quo trahitur? Quomodo si eleuetur uirga contra leuantē se, & exaltetur baculus qui utiq̄ lignū est. Propter hoc mittet dominator dominus exercituum in pinguibus eius tenuitatem, & subtus gloria eius succensa, ardebit quasi combustio ignis. Et erit lumen Israel in igne, & sanctus eius in flamma, & succedetur & deuorabitur spina eius, & uepres in die una. Et gloria saltus eius, & Carmeli eius ab anima usq̄ ad carnē cōsumetur, & erit terrore profugus, & reliquie ligni saltus eius præ paucitate numerabunt, & puer scribet

usq̄ ad carnem omnis Assyrii gloria consumetur: Tunc spoliatus exercitus fugiet: quod idem in consequentibus propheta testatur, & de tam innumerabili multitudine quæ carmelo & saltui comparata est, ad tantam ueniet paucitatē: ut puer paruulus eos possit numerare & describere. Tradunt em̄ Hebræi decē tantū de eius exercitu remansisse, nostrorū quidā uolunt hūc regē, typū esse aduersaria fortitudinis. Et quōd in Daniele legitur? Principes regni Persarū: & regni Medorū, & regni Græcorū, sic & principem esse Assyriorū, qui propter superbiā sensus magnus uocetur & in die iudicij gehenna tradatur ardoribus, quæ preparata est diabolo & angelis eius. Et lumen Israel & sanctus: hoc est ipsum dñm succedere uepres ac spinas Assyrii, omnemq̄ illius potētiam, & innumerabiles populos ad nihil deducēdos. Tūc enim timore perterriti, quasi colubrū tortuosum & fugitiuū, imminētēs pœnas uelle uitare. Qui autē de saltu & cōfusione eius lignisq̄ perituris potuerit euadere, eos dignos existere, qui numerentur & describantur a puero: cuius principatus in humeris eius est. Hoc ipsum & ad hæreticos referri potest, Quod postquam ecclesiastica doctrina illuxerit & oēs eorū decipula patuerint, tunc ad tantā ueniant solitudinē, ut de saltu & infructuosis arboribus & innumerabili eorū multitudine quæ hæretica fraude deceperant uix pauci resideant qui eorū sequantur errorem. Pro eo quod nos uertimus: mittet dñs in pinguibus eius tenuitatem, Lxx. transtulerunt, ἀποσταλάσκει εἰς τὴν σὴρ τὸ πλὴν ἀπαιών, id est, mittet dominus in honore tuum ignominia. Et pro eo quod nos diximus, Et sanctus eius in flamma: illi uerterunt, καὶ ἀπύρσος αὐτόν, id est, & sanctificabit eum in igne: per quod quidā intelligi uolūt pœnas atq̄ tormēta ad hoc adhiberi peccatoribus ut diuino igne purgentur. Quodq̄ nos diximus, Et gloria saltus eius & Carmeli eius: illi interpretati sunt, ἀποσβεσθήσεται τὰ ἔρη καὶ οἱ βουνὶ καὶ οἱ ἀγροί, id est, extinguentur montes & colles & saltus, quo omnis Assyriorum claritas & superbia, & multitudo humiliter extinguitur.

ceperunt: abutuntur in cōtrariū atq̄ peruersum: ut loquantur contra eum a quo cōditi sunt, & lingua ministeriū quo laudandus est dñs, uertant in blasphemiam. b ¶ Propter hoc mittet dominator, &c.] Quia ista fecisti & locutus es quæ supra narraui: propterea mittet dñs angelum suū & una nocte centū octoginta quatuor milia de tuo orient exercitu: ita ut potētissimi quique quos pingues appellat, redigant in tenuitatem & in nihilū: & sicut Hebræi tradunt: illis uertit. Assyriorū, corpora occulto cremēt ardore: tūc lumen Israel & sanctus: hoc est angelus, erit in igne & in flamma: & omnes spinæ ac uepres Assyriorū, id est, malicia consumentur: nō longo tempore sed uno die atque momento. Et quomodo saltus & Carmelus, qui est mons in Galilæa nemoribus cōstitus, supposito igne uelociter cōcrematur: sic ab anima

usq̄ ad carnem omnis Assyrii gloria consumetur: Tunc spoliatus exercitus fugiet: quod idem in consequentibus propheta testatur, & de tam innumerabili multitudine quæ carmelo & saltui comparata est, ad tantam ueniet paucitatē: ut puer paruulus eos possit numerare & describere. Tradunt em̄ Hebræi decē tantū de eius exercitu remansisse, nostrorū quidā uolunt hūc regē, typū esse aduersaria fortitudinis. Et quōd in Daniele legitur? Principes regni Persarū: & regni Medorū, & regni Græcorū, sic & principem esse Assyriorū, qui propter superbiā sensus magnus uocetur & in die iudicij gehenna tradatur ardoribus, quæ preparata est diabolo & angelis eius. Et lumen Israel & sanctus: hoc est ipsum dñm succedere uepres ac spinas Assyrii, omnemq̄ illius potētiam, & innumerabiles populos ad nihil deducēdos. Tūc enim timore perterriti, quasi colubrū tortuosum & fugitiuū, imminētēs pœnas uelle uitare. Qui autē de saltu & cōfusione eius lignisq̄ perituris potuerit euadere, eos dignos existere, qui numerentur & describantur a puero: cuius principatus in humeris eius est. Hoc ipsum & ad hæreticos referri potest, Quod postquam ecclesiastica doctrina illuxerit & oēs eorū decipula patuerint, tunc ad tantā ueniant solitudinē, ut de saltu & infructuosis arboribus & innumerabili eorū multitudine quæ hæretica fraude deceperant uix pauci resideant qui eorū sequantur errorem. Pro eo quod nos uertimus: mittet dñs in pinguibus eius tenuitatem, Lxx. transtulerunt, ἀποσταλάσκει εἰς τὴν σὴρ τὸ πλὴν ἀπαιών, id est, mittet dominus in honore tuum ignominia. Et pro eo quod nos diximus, Et sanctus eius in flamma: illi uerterunt, καὶ ἀπύρσος αὐτόν, id est, & sanctificabit eum in igne: per quod quidā intelligi uolūt pœnas atq̄ tormēta ad hoc adhiberi peccatoribus ut diuino igne purgentur. Quodq̄ nos diximus, Et gloria saltus eius & Carmeli eius: illi interpretati sunt, ἀποσβεσθήσεται τὰ ἔρη καὶ οἱ βουνὶ καὶ οἱ ἀγροί, id est, extinguentur montes & colles & saltus, quo omnis Assyriorum claritas & superbia, & multitudo humiliter extinguitur.

Dist. 10. 4

A ¶ Et erit in die illa, non adiciet residuum Israel, &c. conuertentur reliquiae in qua iacob ad dominum fortem, &c. Vbi in Graeco dicitur: Conuertentur reliquiae iacob ad deum forte: pro deo forti, in Hebraeo scriptum habetur, *יָצַח לַיְהוָה* duo nomina de sex nominibus, quibus paruulū puerū & filiū qui datus est nobis supra legimus appellatū. Et pro eo quod scriptum est: Reliquiae conuertentur: pro eo dicitur in Hebraeo numero singulari: quod reliquū est conuertitur: id est, *הַיְהוָה יִשְׁמְרֵנוּ*: in Hebraeo scribitur *יְהוָה יִשְׁמְרֵנוּ* Et ex hac occasione sermonis putant Iacob sub filium Esaię in signū saluandū ex Israel populi praecessisse. Quando ergo lumē Israel, & sanctus, Carmeli saltū uepresq; consumpsit, & rex Assyrius cum paucis fugerit: tūc residui Israel qui cū Ezechia principe captis caeteris Iudae urbib. obsidebant in Hierusalem, nequaquā cōfidēt

4. Reg. 16. b

in Assyrio: sicut nunc faciūt sub Achaz rege, qui misit nuncios ad regem Assyriorū dicens: Seruus tuus ego sum: ascende & libera me de manu regis Syriae, & de manu regis Israel, qui cōsurrexerunt aduersum me, quando tulit aurum & argentū quod inuentū est in thesauris domus dñi & in domo regia, & misit regi Assyriorū munerā: audiuitq; eum rex Assyrius, & uenit in Damascum & cepit eam & trāstulit, & Rasin interfecit: sed liberatū ab ipso Assyrio percussore qui prius amicus & postea hostis extiterat, innitentur atq; cōfident super dominum sanctum Israel: nequaquā falsō ut sub prioribus fecerant regibus, sed in ueritate. Quod sub Ezechia factum legimus: ita ut idolis derelictis conuertentur ad cultū dei. Et quia dixerat reliquias esse saluandas, transit ad posteriora tempora, & plenā saluationem futuram dicit esse sub Christo, Quod & apostolus Paulus intelligens scribit ad Romanos. Esaiās autem clamat pro Israel: Si fuerit numerus filiorū Israel tanquā arena maris reliquiae saluae fient. Verbum enim consumens & breuians in aequitate: quia uerbum breuiatū faciet dñs super terram.

Rom. 9. f

Esai. 2. c

Et sicut dixit Esaiās: Nisi dñs sabaoth reliquisset nobis semē, sicut Sodoma facti essemus, & Gomorrae similes fuissēmus. Vbi ergo tanti uiri praecedit auctoritas, cesset alia omnis interpretatio. Et reuera si legamus Iosephū,

Ioseph. li. 10.

cap. 2 & quāta hominū in Hierusalē & in Iudaea fuerit multitudo quādo passus est dominus, intelligimus uix paucos in apostolis & in apostolicis uiris ex Iudaeis esse saluatos. Abbreuiatus autē atq; perfectus sermo euangelicus est: qui pro cunctis lacinosae legis ceremonijs, dedit praecipū breuissimū dilectiōis & fidei: ut quod nobis fieri noluerimus ne fecerimus alteri. Vnde & dñs in euāgelio. In his, inquit, duobus mandatis pendet omnis lex & propheta. Nonnulli hoc capitulū ad illa tempora referūt, quando sub Zorobabel filio Salatiel & Iesu filio Iosedech, & Esdra & Neemia quādā pars populi reuersa est in Iudaeā. Quibus respōdebimus, non eos seruare ordinē historiarū, maxime cū ea quae sequūtur non

Matth. 22

aduersum Babylonios: quorū rex Nabuchodonosor fuit, sed aduersum Sennacherib regē dicantur Assyriorum. **b** ¶ Propter hoc haec dicit dominus deus exercitū, &c. iuxta plagam Madian in petra Oreb, &c. Pro petra, quod iuxta Hebraicū interpretatus est Aquila, Symmachus & Theodotio ipsum uerbū posuerunt Hebraicū *עֲרֵב עֲרֵב* Pro quo Lxx. interpretati sūt, locum tribulationis, de quo in suo dixerunt loco. Difficile, inquit, tibi uidetur dō habitator Sio: ut cū dñs in circuitu ab Assyrio gentibus subitū gatis: tu solus de eius manib. libereris. Auctulca quē dico: Noli timere populus meus quod Assur uincente capiaris. Licet em̄ an no quarto decimo regis Ezechiae ascensurus sit Sennacherib rex Assyrius super omnes ciuitates Iudae munitas ut capiat eas, & missurus Rablacē q̄ obfessum in Hierusalem populū terreat: tamen hoc scire

debes, quod non te gladio sed uirga percussurus sit: & perges cōtra Tarachā regē Aethiopiae, & Aegyptios ac mare rubrū per uia Aegypti baculū tantū suum eleuet cōtra te, & ferire non possit. Adhuc enim paululū, & reuersus de Aegypto cū infinita exercitus multitudine, atq; obfidiere te cupiēs: statim mea indignatione ferietur, & flagellū illud sup eū suscitabo, quod quōdā aduersum Madianitas sub Gedeone, qui altero nomine uocabatur Ierobaal, suscitauit quādo Oreb & Zebae principes Madianitarū occisi sunt super petra durissimā, id est, silicē quae Hebraice appellatur *עֲרֵב* ita ut ex petra & ex rege qui in ea occisus est, locus petrae Oreb nomē accepit. Leuabit ergo uirgā suā super mare rubrū pergens aduersus Aethiopes, & leuabit reuertens ad te per uia Aegypti: sed statim ut de Aegypto uenerit, auferetur onus de humeris tuis & iugum imperij eius, ac seruire desistes. Quod iugū, id est potētia Assyrij: a facie olei, id est, dei misericordiae cōputrefcet. Postumus autē hoc quod dixit in uirga percutiet te, & baculū suū leuabit super te in uia Aegypti, Et rursum, Et uirgā suam super mare, & leuabit eam in uia Aegypti: etiam sic intelligere: quod idcirco percusserit plurimos de tribu Iuda, & in circuitu regni Hierusalē ceperit ciuitates: quia non in deo, sed in Aegyptijs habuerint fiduciam. Vnde & Rabfates exprobrat eis dicens: Ecce confidis super baculum harundineum contractum, super Aegyptum: Cui si innixus fuerit homo, intrabit in manum eius & perforabit eam: sic Pharaon rex Aegypti omnibus qui confidunt in eo. Historia Madianitarum in Iudicum libro scripta est, quā & in psalmo legimus: Pone principes eorum super Oreb & Zeb & Zeb & Salmana. Errant ergo qui putant illud significari tempus, quando in libro Numerorum Madianitae caesi referuntur ab Israel a deserto Sur usque ad montem dei Oreb, quae alijs apud Hebraeos scribuntur literis: cum eo tempore non fuerint in monte Oreb, sed in solitudine Sethim. Iuxta Anagogen praecipitur populo in ecclesia commoranti ne timeat

4. Reg. 11.

Iudic. 7. c

Psal. 82. b

Num. 23.

A timeat aduersarios qui ad pugnandum semper parati sunt, & multa disputatiōe sua animas subuerterūt. Ideo em̄ eos contra populū dei pauillū accipere potestare, & nō tam gladio percutere q̄ uirga: id est, non occidere sed minari: quia in uia ambulauerint Aegypti, & non in dño sint cōfisi. Cum autē ad deum reuerſi fuerint & reliquerint iter Aegypti, tunc flagellū dei iudicio suscitandū cōtra aduersarios: Madiā em̄ interpretat ex iudicio: ut spiritu oris eius & oleo misericordiae, iugum hostiū cōputrefcat. **a** ¶ Veniet in Aioth: transibit in Magro, &c. Multū in hoc loco Lxx. ab Hebraico discrepat: Quam obrem utranq; editionem posuim: ut qd nobis uideat in singulis, Christo si memurimus inspirate dicamus. Describit sermo ppheticus Assyrij iter pōpamq; redeuntis de Aegypto Hierusalem, & quanto strepitu quantoq; cursu ad oppugnandum eā ueniet. Et primū, inquit, ueniet in Aioth: ubi praefestatione nimia nolēs manere, transibit in Magron, tantamq; capiendae urbis habebit fiducia, ut apud Machmas cōmendet sarcinas suas, quasi cito subuerſa urbe rediturus: quib. depositis, transibit eam cursim & in Gabee habebit diuersoriū: quo paululū ibi dē subsistente, ut lassum refoueat exercitū, Rama urbs uicina terribitur: Gaba Saulis quōdā ciuitas fugiet: tūc & filia Galim quae Hebraice dicitur *גַּלִּים* ita euilabit ut equorū arbitreris hinnitū. Vnde dē Laifa, & paupercula uel obediens huic humilis Anathoth: trib. em̄ mo dñs interpretari potest: diligenter attendite & declinate currētis impetū si potestis: migravit em̄ iam de sedib. suis urbs Medemena. Vos autē qui habitatis in collibus, qd interpretat Gebim: tuti locorū altitudine, cōfortamini, id est arma corripite. Adhuc tantū supererat dici: ut stans in oppidulo Nob & pcul urbē cōspiciens Hierusalē, agitare manu suā atq; cōcuteret super montē Sio, uel despiciēs eā atq; cōtemnēs, uel in saltis & cōminans, & admirans quod toto sibi oriētē subiecto, tā parua ciuitas potētia suę audeat repugnare. Hęc iuxta Hebraeos ut nobis ab eis traditū est breui sermone perstrinximus. Nunc quid iuxta Lxx. editionē ecclesiastici uiri de hoc loco sentiāt subijciamus: Cum iugū Assyrij, siue ut quidā male arbitratū Babylonij, ablatū fuerit de humeris tuis atq; corruptū: fugiēs Assyrius Sennacherib, cū paucis reliquijs ueniet in Aggai, quae in Hebraico nō habetur. Et tanta erit fugientis trepidatio, ut ibi manere non audeat, sed trāstibit in Maggedo: quā & ipsam scriptura nō cōtinet. Et quae sarcinis suis praepeditus uelocius fugere non poterit, deponet uasa in Machmas, & gradu cōcito transibit uallē, quā & ipsam Hebraeus sermo nō resonat, & rursum uenit in Aggai, quae bis in hoc loco ponit, & in Hebraico nō habet. Ad sonitū fugae eius cōtremiscent Rama ciuitas Saul: Quod perspicue falsum est. Ciuitas enim Saul appellatur Gaba, ut in Hebraico continetur,

Deinde ueniet in Galli: audiet Laifa, audiet Anathoth, cōtremiscent Medemena. Habitatores autē Gebim & colles qui sunt in Hierusalē: id est, excelsi quiq; uiri, puocātur ad cōsolandā Hierusalē: nō longo post tempore, sed in praesentiarū, & eadem die dum in uia est Assyrius: ut

H E B. " Veniet in Aioth, transibit in Magron, apud Machmas cōmēdabit uasa sua. Transierūt cursim Gabee sedes nostra, (siue ut a libi scriptū reperimus, mansione manserūt) obstupuit Rama, Gaba Saulis fugit. Hinni uoce tua filia Galim, attende Laifa, paupercula Anathoth, migravit Medemena, habitatoresge bim confortamini, adhuc dies est ut in Nob stetur, agitabit manum suam super montem filiae Sion, collem Hierusalem. **b** Ecce dominator dominus exercitū confringet lagunculā in terrore, & excelsi statura succidentur, & sublimes humiliabuntur, & subuertentur cōdensa saltus ferro, & Libanus cum excelsis cadet.

S E P T. Veniet enim in ciuitatē Aggai & transibit in Maggedo, & in Machmas ponet uasa sua, & transibit uallē & ueniet in Aggai, Timor apprehēdet Rama ciuitatem Saul, fugiet filia Gallim, attende Laifa, audietur in Anathoth, obstupuit Medemena, et habitatores Gebim. Consolamini hodie in uia ut maneat, Consolamini montem filiae Sion & collem Hierusalem. **a** **b** Ecce dominator dominus exercitū confringet lagunculā in terrore, & excelsi statura succidentur, & sublimes humiliabuntur, & subuertentur cōdensa saltus ferro, & Libanus cum excelsis cadet.

ceantq; ne fugiat, sed maneat in uia, & dei praesolentur misericordiae, & non solū cōsolari fugientem, sed in bonis operibus filia Sion reuocare a luctu, & ad salutē pōnitentiae prouocare, & hos esse colles in Hierusalem, de quibus in posteriore parte huius pphetae legimus, Cōsolamini, cōsolamini populū meū sacerdotēs: loquimini ad cor Hierusalē. Haec dixit, quia rei ueritate constrictus aliud quod diceret nō habebat. **b** ¶ Ecce dominator dominus exercitū confringet lagunculam in terrore, & excelsi statura succidentur, & sublimes humiliabuntur: & subuertentur cōdensa saltus ferro, & Libanus cum excelsis cadet. Putant quidā hunc locum adhuc dici de Assyrio, quod illo contrito omnes in circuitu nationes, quae ditioni illius subiecebant, succidantur & humiliantur, & saltus densissimus subuertatur: per quem *μεταφορικῶς* populū & principes intelligi uolunt. Libanum quoq; cum excelsis suis cadere, ut nihil omnino Assyriae residueat potestatis. Alij uero ab hoc loco uolunt principium esse de Christo, maxime cum & ea quae sequuntur, & nos de illo, & circumcisio scripta fateatur. Dixerat supra nomen de uirgine pueri nascituri quod appellaret Emmanuel, & postea prophetae conceptus utero uocaretur, accelera, spolia derahae, festina praedari, & ipse esset lapis offensionis & petra scandali duabus domibus Israel: Cuius principatus esset in humero eius, & uocaretur sex nominibus: admirabilis, & cōsiliarius, & deus, & fortis, & pater futuri seculi, & princeps pacis, & quod multiplicaretur eius imperium, & pacis non esset terminus. Nunc in prologo aduentus eius prius quā dicatur quod de Iesse & David sit genere nasciturus, per translationem fractae lagunculae passio illius demonstratur: quod uolente deo idcirco caro eius morti tradita sit, ut Iudaeorum sublimitas destruat: & excelsi quondam in terram corruant, & Libanus cum suis cedris succidatur, de quo in Zacharia legimus, Aperi libane portus tuas, & comedat ignis cedros tuas: ulula abies, quia

Zach. 11. a

quia

A quia cecidit cedrus, qm magnifici uastati sunt. Qd aut a patre cōtritus & percussus esse dicatur, & illud in dicio est, Percutiā pastorē & oves dissipabunt. Et aliud testi-
Zach. 13. e moniū. Qm quē tu percussisti, ipsi percuti sunt. Verbū Hebraicū *Psal. 68. f* *אֶרְבֵּא* quod Aquila *נִפְרָא* interpretatus est, Theodotio Symmachusq; uerterunt, *אֶרְבֵּא*, id est, torcular, quod & ipsum iuxta inscriptionem trium psalmorū dominicā significat passionē, i-
Esai. 63. a plo dicente in Esaiā: Torcular calcuui so-
 lus: & de gentib. nū est uir meū. Lxx. aut p̄torculari, nouū fen-
 sum inferētes: glorio-
 fos interpretati sunt.

E T egredietur uirga de radice Iesse, et flos de radice ei⁹
 ascēdet, Et requiescet super eū spūs dñi, spūs sapien-
 tiæ & intellect⁹, spiritus cōsiliij & fortitudinis, spiritus sci-
 entia & pietatis, & replebit eum spirit⁹ timoris domini.
 HEB. *b* Non secundū uisio-
 nē oculorū iudicabit, neq;
 secundū auditū aurium ar-
 guet, sed iudicabit in iusti-
 cia pauperes, & arguet in
 aequi-

requeiuit super eū, & dixit illi: Fili mi in omnibus pro-
 phetis expectabā te ut uenires & requiescerē in te. Tu es
 enim requies mea: tu es filius meus primogenitus qui
 regnas in sempiternū. Qui spiritus dñi appellatur & spi-
 ritus sapientia. Omnia em̄ per ipsum facta sunt, & sine
 ipso factum est nihil
 quod factum est. Et
 in psalmis canitur:
 Quām magnificata
 sunt opera tua dñe,
 omnia in sapientia fe-
 cisti. Et Apostol⁹ scri-
 bit, Christus dei uir-
 tus & dei sapientia. Et
 in p̄uerbijs legitur,
 Deus in sapientia sua
 fundauit terrā, & pa-
 rauit caelos in pru-
 dentia. Et quō idē ser-
 mo dei uocatur lux & uita & resurrectio: sic spiritus sa-
 pientia & intellectus, cōsiliij & fortitudinis & scientia &
 pietatis & timoris dñi nuncupatur, non q̄ diuersus sit
 iuxta differentias nominū: sed unus atq; idem cuncta-
 rum uirtutum fons sit atq; principij. Absq; Christo igitur
 nec sapiens quis esse p̄t nec intelligēs, nec cōsiliari⁹,
 nec fortis, nec eruditus, nec pius, nec plenus timoris dei.
 Et hoc notandū quod spiritus domini sapientia & in-
 tellectus, cōsiliij & fortitudinis, & scientia & pietatis &
 timoris dñi: id est septenari⁹ numerus, qui septem ocu-
 li in uno lapide dicuntur in Zacharia: requiescat super
 uirgā & florem qui de Iesse ac per hoc Dauid stirpe sur-
 rexit: Specialiter aut spiritus timoris dñi impleuerit eū
 p̄pter eos qui timore dñi indigent, quia paruuli sunt,
 quem foras mittit perfectio dilectio. Qui em̄ timet, p̄-
 nā habet & non est perfectus. Vnde & Apostolus loqui-
 tur ad credentes: Non enim accepistis spiritū seruitutis
 iterū in timore, sed accepistis spiritū adoptionis in quo
 clamamus abba pater. Et in Malachia legitur: Si pater
 ego sum: ubi est gloria mea? & si dominus ego sum, ubi
 est timor meus? de quo timore cantatur in psalmo: Ve-
 nite filij audite me: timorē dñi docebo uos. *b* ¶ Non se-
 cundū uisionē oculorū iudicabit, etc.] Hęc nos ad primū ad-
 uentū referimus saluatoris. Iudaei in fine mundi cōten-
 dunt futura. Porro Lxx. translulerūt: Non secundū glo-
 riā iudicabit, neq; iuxta sermonē arguet: sed iudicabit
 humili iudicio & arguet humiles terrā. Nullius em̄ per-
 sonam accipit in iudicio, sed scribis & pharisais ac prin-
 cipib. loquitur, Vā uobis hypoctrita. Et auferetur a uo-
 bis regnū dei, & dabitur genti facienti fructus eius. Nec
 secundū sermonē & auditū aurij corripuit. Illis enim di-
 centibus: Magister scimus quia uerax es, & uia dei in ue-
 ritate doces, & non ad te pertinet de aliquo: neq; em̄ ui-
 des in faciē hominū: sciens maliciā eorū, respondebatur:
 Quid me tentatis hypocritae? & cetera his similia. Iudi-
 cabat autē in iusticia pauperes spiritu quorū est regnū
 dei. Et arguebat in aequitate mansuetos & humiles ter-
 rā, dicens ad apostolos, Adhuc & uos insipientes estis.
 Et iterū. Necdum scitis neq; intelligitis: Et ad Petrū spe-
 cialiter: Modica fidei quare dubitasti? Vel certe pro hu-
 milibus atq; mansuetis alios arguebat qui eos oppri-
 mere conabantur. Percussit quoq; omnia terrena ope-
 ra uirga: sicut uel Lxx. translulerūt, uerbo oris suis loquēs
 in euangelio: Nolite putare quia uenerim mittere pacē
 sup terrā: nō em̄ ueni mittere pacē, sed gladiū. Et spiritu
 labiorū suorum interficiet impiū, de quo in nono psal-
 mo legimus, Increpasti gentes & peristi impius, nomen
 eorū delesti in seculū & in seculū seculi. Et Paulus ap̄s
 scribit, Quē dñs Iesus interficiet spiritu oris sui. Percussio
 autē impio accinctus est dñs iusticia & ueritate & fide.
 Ipse

C A P. XI.

E T egredietur uirga de radice Iesse, etc.] Vl̄q; ad princi-
 piū uisionis uel ponderis Babylonis quod uidit
 Esaias filius Amos: omnis hęc p̄phetia de Chri-
 sto est, quam per partes uolumus explanare: ne simul
 p̄posita atq; dispersa, lectoris cōfundat memoriā. Virgā
 & florē de radice Iesse, ipsum dñm Iudē interpretantur,
 q̄ scilicet in uirga regnātis potentia, in flore pulchritu-
 do monstrē. Nos aut uirgā de radice Iesse, sanctam Ma-
 riam uirginē intelligamus: quā nullū habuit sibi fructi-
 cem coherentē: de qua & supra legim⁹: Ecce uirgo cōci-
 piet & pariet filiū. Et florē dñm saluatorē: q̄ dicit in Can-
 tico canticorū: Ego flos cāpi & liliū cōuallij. Pro radice,
 quā soli Lxx. translulerūt: in Hebraico scriptū habetur
 q̄ Aquila & Symmach⁹ & Theodotio *נִפְרָא* interpreti-
 pretati sunt, id est truncū. Et p̄ flore q̄ Hebraice dicit *אֶרְבֵּא*
 germē translulerūt: ut ostenderēt q̄ multo post tēpore
 Babylonice captiuitatis, nullo de stirpe Dauid antiq;
 regni gloriā possidente, quasi de trūco Maria, & de Ma-
 ria Christus exortus sit. Illud q̄ in euangelio Matthai
 oēs quārūt ecclesiastici, & nō inueniūt ubi scriptum sit
 Qm Nazareus uocabit, eruditi Hebraeorū de hoc loco
 assūptū putant. Sed sciendū q̄ hic *אֶרְבֵּא* per x literā
 scribat: cui⁹ p̄prietatē & sonū inter z & s Latinus sermo
 non exprimit. Est em̄ stridulus, & stridens dentib. uix lin-
 guæ impressione p̄fertur: ex qua etiā Sion urbs scribitur.
 Porro Nazareus: quos Lxx. sanctificatos: Symmach⁹ se-
 paratos, translulerūt, per 7 semper scribunt elementū.
 Super hunc cigitur florē, qui de trunco & radice Iesse per
 Mariā uirginē repente cōsurget, requiescet spiritus dñi,
 quia in ipso cōplacuit omnem plenitudinē diuinitatis
 habitare corporaliter, nequaquā per partes ut in ceteris
 sanctis: sed iuxta euangelij eorū quod Hebraeo sermo-
 ne cōscriptū legunt Nazareus, Descendet super eum om-
 nis fons spiritus sancti. Dñs aut spiritus est, & ubi spiri-
 tus dñi, ibi libertas. In eodem Matthai uolumine legi-
 mus illud quod in consequentibus scribitur, Ecce puer
 meus quem elegi: electus meus in quo cōplacuit anime
 meæ, ponā spiritū meū super illū, iudiciū gentibus pro-
 feret: ad saluatoris referri intelligentiā, in quo requieuit
 spiritus dñi, id est aeterna habitatione p̄manit: nō ut a-
 uolaret & rursum ad eum descēderet, sed iuxta Ioannis
 baptistae testimonium iugiter permaneret, qui ait: Vidī
 spiritū descendētē quasi columbā de caelo & manentē
 in eo, & ego nesciebā illum: sed qui misit me baptizare
 in aqua, ille mihi dixit: Sup quem uideris spiritum de-
 scendentē & manentē in eo, ipse est qui baptizat in spiri-
 tu sancto. Porro in euangelio, cuius supra fecimus men-
 tionem, hęc scripta reperimus, Factū est aut cum ascen-
 disse dñs de aqua, descendit fons omnis spūs sancti, &

Cath. 2. a

Math. 2. c

Ioan. 1. c

A Ipse enim factus est nobis a deo sapientia & iustitia &
 sanctificatio & redemptio: qui & in euangelio loquitur,
 Ego sum lux & uita & ueritas. Et de quo in psalmis dici-
 tur, Veritas de terra orta est, & iusticia de caelo prospe-
 xit. Vnde & apostolus hortat Ephesios, State ergo luc-
 cincti lūbos uestros
 in ueritate, & induti
 lorica iusticie. Quōd
 si pro ueritate fides
 legitur, illud dicēdū
 q̄ cingulū dñi quo
 cinctus est & Hiere-
 mias, fides creditū
 sit. *a* ¶ *Habitabit lupus
 cum agno, etc.*] Hęc
 quoq; Iudē & nostri
 Iudaizantes iuxta li-
 terā futura cōtēdūt,
 ut in claritate Chri-
 sti quem putāt in fi-
 ne mundi esse uentu-
 rum, oēs bestia redi-
 gant in mansuetudi-
 nē, & pristina feritate
 depolita, lupus & a-
 gn⁹ pascentur simul,
 & cetera cū ceteris,
 quā nūc uidemus si-
 bi esse cōtraria. Quos
 interrogare debem⁹,
 si omnia p̄sentis loci sic accipiuntur ut scripta sunt,
 & nihil referatur ad intelligentiā spiritalē, iuxta illud Apo-
 stoli q̄ ait, Benedictus deus & pater dñi nostri Iesu Chri-
 sti qui benedixit nos in omni benedictione spiritali in
 celestibus in Christo: ergo & radix & uirga & flos non
 referantur ad sensum: terraq; percussa uerbo dei, & in-
 terfectus impius spiritu labiorum eius, sic intelligantur
 ut scripta sunt, & docere cogantur quōd rebus incorpo-
 reis iusticia & ueritate, renes dñi circumdēt. Sed & hoc
 eos interrogemus, quid dignū sit dñi maiestate, ut lu-
 pus & agnus pascant simul, & pardus cum hœdo accu-
 bet, & leo paleas comedat, & puer paruulus mittat ma-
 num suam in foramine alpīdum? Nisi forte iuxta fabu-
 las poetarū, aureū nobis Saturni seculum restituent, in
 quo lupi & agni pascent simul, & multo uino plena cur-
 rent flumina, & de folijs arborū stillabunt mella dulcissi-
 ma, laetisq; fontibus omnia complebuntur. Quōd si
 responderint pro beatitudine temporū hęc futura, & ut
 absq; cuiuscūq; noxa, homines bonis omnib. perfruant,
 audiant a nobis nihil esse bonū nisi uirtutē, & nihil malū
 nisi uitij, dicente psalmista. Quis est homo q̄ uult
 uitā, & diligit dies uidere bonos? Cōpescē linguā tuā a
 malo, & labia tua ne loquantur dolum. Declina a malo &
 fac bonū. Diuitia aut & sanitas corporis & rerū omniū
 abundantia: & his cōtraria, paupertas, infirmitas, & in-
 opia: etiā apud philosophos seculi, nec inter bona repu-
 tant, nec inter mala: sed appellantur in differentia. Vn-
 de & Stoici qui nostro dogmati in plerisq; cōcordant,
 nihil appellant bonū, nisi solam honestatē atq; uirtutē:
 nihil malū, nisi turpitudinem. Hęc breuiter diximus, ut
 Iudaizantes nostros grauissimo somno stertere cōuin-
 camus. Ceterū iuxta uiuificantē spiritum facilis intelli-
 gentia est. Lupus enim Paulus qui primū persequeba-
 tur & lacerabat ecclesiam: de quo dictū est, Benjamin lu-
 pus rapax, habitauit cum agno: uel Anania, a quo ba-
 ptizatus est: uel Petro apostolo, cui dictum est, Pasce a-
 gnos meos. Et pardus qui prius non mutabat uarieta-
 tes suas, lotus in fonte domini accubuit cum hœdo, nō
 qui a similitudine est, sed qui immolatur in pascha domini.
 Hier. 10. 5

2. Cor. 1. a

Rom. 8. c

Malach. 1

Math. 21

Psal. 33. c

Acl. 10. b

Gen. 4. 9. d

Ioan. 21. d

2. The. 2. a

Et hoc notandū q̄ non agnus & hœdo habent & ac-
 cubent cum lupo & pardo, sed lupus & pardus, agni &
 hœdi imitentur innocentiam. Leo quoq; prius ferocis-
 simus, & ouis & uitulus pariter morabunt. Quod quo-
 tidie cernimus in ecclesia, diuites & pauperes, potentes
 & humiles, reges at-
 que priuatos pariter
 cōmorari, & a pueris
 paruulis quos apo-
 stolos intelligim⁹ &
 apostolicos uiros, im-
 peritos sermone, sed
 nō scientia, regi in ec-
 clesia. Qui quū inter
 se disciplina domini
 fuerint cōderati, ita
 ut eorū quoq; fami-
 liā cōiungantur, tūc
 complebit, Simul re-
 quiescent catuli eorū,
 rum. Leo quoq; non
 carnes comedet, sed
 paleas, quo scilicet
 uescat cibo simplicī.
 Et hic obseruandum
 q̄ nō bos carnes, sed
 leo paleas comedat.
 Paleas puto in scri-
 pturis sanctis, uerba
 simplicia intelli-
 genda: & interiorē medullā, sensum q̄ inueniē in li-
 tera: & frequēter euenit ut homines seculi, mystica nesci-
 entes, simplici scripturarum lectione pascentur. Infans
 quoq; qui malitia paruulus est, mittet manū in forami-
 ne alpīdis, & de obfessis hominū corporibus fugat da-
 mones. Qui autē ab lactatus est, & nequaquā lacte nutrit
 infantia, sed iam solido uescit cibo: iste in reguli cauer-
 nam mittet manū, hoc est, in ipsius satanae habitaculū,
 & inde eū extrahit. Vnde & apostolis potestas data est,
 ut calcaret super serpentes & scorpiones, & super omnē
 fortitudinē inimici. No cere aut & occidere nequaquā po-
 terūt uenenata prius animalia eos qui habitauerunt in
 monte sancto dei, quod interpretat ecclesia: de quo in
 euangelio dicit, Non potest ciuitas abscondi super montē
 polita. Ac ne hoc putemus dici de monte Sion iuxta He-
 braeorū errorē, sequēti uersiculo euāgelicā p̄dicatio-
 nis sacramenta mōstrant. Quia repleta est terra scientia
 dñi, hoc est illud quod supra dicebat obscurius, Habī-
 tabit lupus cū agno, & pardus cū hœdo accubabit. Et
 iuxta consuetudinē suā propheta in fine uerba pan-
 dunt. Sicut aqua (inquit) maris operietes. Quō aqua
 maris operiūt, p̄funda maris: hoc est, terrā quā aperta
 est fluctibus, sic scientia dñi omnis terra cōplebitur. Quā
 diuersorū prius morū cōiunctionē, etiā beatus aposto-
 lus Petrus in uase linteo, quod de caelo dimissum est, se
 uidisse testatur, habente quatuor principia: quā qua-
 tuor mundi plagas intelligimus, ut repletam terrā dei
 scientia cognoscamus: In quo uase erant quadrupedia
 & serpentes, & bestia & uolatilia coeli: ut quod arca in
 diluuiō, hoc ecclesia p̄stet in mundo. *b* ¶ *Et erit in die
 illa radix Iesse, etc. in ipso gentes sperabunt, etc. erit requies eius ho-
 nor.*] Pro requie eius, in Hebraico positum est *אֶרְבֵּא*
 quod omnes similiter translulerunt. Pro honore quoq;
 in Hebraeo legitur *אֶרְבֵּא* quod perspicuē gloriā sonat.
 Et est sensus: erit mors eius gloriosa: ut impleatur illud
 quod saluator in euangelio deprecatur, Pater glorifica
 me gloria quam habui prius quā mundus esset a-
 pud te. Dictum est de natiuitate eius, dictum est de car-
 teris in medio sacramentis, uenit ad mortem, quā non
 e consueto

S E P. b

Luc. 10. c

Math. 5. b

Acl. 10. b

Ioan. 17. a

A consueto mortaliū nomine, sed quia in Christo erat uita perpetua, requies appellatur. Nos autem ut manifestum legenti sensum faceremus, pro dormitione & requie: altero uerbo, sed eodem sensu, sepulchrum uerimus. In tempore igitur illō quādo Christi in toto mundo euāgelii corulca rit, & repleta fuerit omnis terra scientia dñi, sicut aquę maris terrā operientes: erit radix Iesse, & qui de eius stirpe conscendet in signū omnīū populorū, ut uideat populū signū filij hominis in celo. Qui habet cornua in manibus suis, in quibus abscondit fortitudo eius, ut exaltatus omnia trahat ad se. Siue ut Septuaginta transtulerunt, resurget a mortuis ut princeps sit omnīū nationum, & uniuersę gentes sperent in eo. Quod etiam Iacob de tribu Iuda, mystico sermone testatur: Non deficiet princeps ex Iuda neque dux de foemorib. eius, donec ueniat cui repositū est, & ipse erit expectatio gentiū. *a ¶ Et erit in die illa, adijcet dominus secundō manū, etc.* In die illa, hoc est, in illo tempore de quo supra dictū est, quū surrexerit radix Iesse in signū populorū, siue ut dominetur gentiū, apponet dominus secundō manū suam, ut nequaquā iuxta nostros Iudaizantes, in fine mundi quum intrauerit plenitudo gentiū, tunc omnis Irael saluus fiat: sed hæc omnia in primo intelligamus aduentu: Neque enim postsumus quū una dies dicatur & nūc & supra, illā referre ad primū aduentū, & istā ad secundū: ne per hæc quę sequuntur & illa quę præcesserunt ad eum referenda sint Christum, quę Iudæi necdū uenisse, sed uenturū esse cōtendunt. Post uocationē igitur gentiū quę quondā in caudam reputatę sunt; Irael in caudā reputabitur, ut apponat dñs secundō manū suā, & possideat residuū populū sui: de quo & supra legimus, non omnem Irael, sed reliquias esse saluandas, quę relicte fuerint ab Assyrijs & ab Aegypto, & a diuersis per circuitum nationibus. Primū em̄ duodecim apostoli, & septuaginta & centū uiginti animę, & quingenti, quibus pariter cōgregatis dñs apparuit: dein de tria milia & quinq; milia Iudæorū in dñm crediderūt. Iacobus quoq; ad Paulū apostolum loquitur, qui & ipse de reliquijs erat, Vides frater quāta milia sint Iudæorū credentiū: hi omnes æmulatores legis sunt. Et in eodē uolumine legimus: Erant autem in Hierusalē habitantes Iudæi uiri timorati, de uniuersis gentibus quę sub celo sunt, qui omnes mirabatur atq; dicebat: Nonne isti Galilęi sunt, & quōd nos audiuimus unuquisq; linguā nostrā in qua nati sumus: Parthi & Medi & Elamitę & habitantes in Mesopotamia & Syria, Cappadocia, Ponto & Asia, Phrygia & Paphlagonia: Aegypto & Libya & Cyrene, & aduenę Romani, Iudæi & profelyti, Cretes & Arabes, audiuimus loquentes eos nostris linguis magnalia dei. De his igitur uniuersis gentibus per apostolos Irael reliquias saluabuntur. Tradunt ecclesiastica historia, quōd apostoli in toto orbe dispersi euāgelii prædicarint: ita ut quidam Persas Indosq; penetrarent, & Aethiopia daret

Rom. 11. c

Cap. 10. c

Ath. 2. g

Ath. 21. d
Ibid. 2. a

manus suas deo, & trans flumina Aethiopię inde Christo munera deferrentur. Ac ne solū orientales populos significare uideatur, iungit & reliqua. Et ab insulis maris. Insulas autē maris occidentalē plagā significat, quę Oceani ambitu clauditur. Leuabit igitur signū crucis in uniuersas nationes, & de synagogis Iudeorū primū Irael populū congregabit, ut apostoli præceptum saluatoris impleat, qui dixerat, Ite ad omnes gentes, ut in insulis congregaretur. *Matt. 10. a* Deniq; & Paulus ad incredulos loquitur ex Iudæis: *Ath. 13. g* Vobis oportebat primū loqui uerbū dei, sed quoniā repulistis illud & indignos uos iudicatis æternę uitę, ecce conuertimur ad gentes, sicut præcepit nobis dominus. Quatuor autem plagas, orientem & occidentē, meridiē & septentrionē significat, ut per hæc mūdī uocatio demonstraretur. Eo tempore, inquit Esaias, nequaquā Ephraim & Iudas, qui nūc me prophetante inter se hostili odio dissiidēt, inimici erunt: sed iuxta Ezechielis prophetiā, duę uirgę in unā uirgā copulabunt, & iungent in Christi ecclesiā qui prius fuerāt separati, ita ut in gentibus cōmuni labore desudent, & uolēt in humero Philistinum per mare, hoc est primū maritimis prædicet Palestinis, & per mare uoluci cursu pergant ad ceteras nationes: siue iuxta Septuaginta interpretes, *πεταθήσονται εν πλοίοις ενδραφύλων, βαλκωνων & μα προνομιονσται, id est, uolabunt in nauib. alienigenarū, mare simul prædabuntur: quod de unius Pauli apostoli exemplo intelligamus, qui p̄ Pamphiliā & Asiā & Macedoniā & Achaiā, & diuersas insulas atq; prouincias, ad Italiam quoq; & (ut ipse scribit) ad Hispanias, alienigenarum portatus est nauibus. Igitur Ephraim & Iudas, id est, qui de duodecim tribubus in Christum crediderunt ex Iudæis, simul prædabunt orientem: & in Idumęa & Moab extendent manus suas: iuxta illud quod sub persona Dauid Christus mysticē loquit, In Idumęa extendā calciamentum meū, mihi alienigenę seruient. Hęc enim gentes eo tempore quo Esaias prophetabat, aduersarię erant populo Iudæorū: & idcirco nūc dicit, q̄ postq; surrexerit radix Iesse ut regnet in gentibus, & uexillū crucis ob salutē totius orbis fuerit eleuatū, tunc etiā Idumęa & Moab & filij Ammon, omnis scilicet Arabię latitudo dent apostolis manus, & in locis idololatrię Christi ecclesię suscitant. *b ¶ Et desolabit dominus, etc.* Quomodo Idumęa & Moab & filij Ammon tradent manus suas apostolis ut obediat euāgelicę prædicationi: sic ipse dñs qui in apostolis suis illa perfecit, desolabit non mare iuxta Septuaginta, sed iuxta Hebręos linguam maris Aegypti quę prius cōtra dñm blasphemabat & superstitioni Aegyptię præerat. Vnde & in psalmis legimus, Hoc mare magnū & spatiosum, ibi reptilia quorū nō est numerus. Quibus inferitur, Draco iste quem plasmasti ut illuderet ei. Desolabit igitur siue interficiet, hoc est aduersarię, ut Theodotio, Aquila & Symmachus transtulerunt, lingua maris Aegypti, & leuabit manū suā super flumina Aegypti in fortitudine spūs sui, uel spiritu uiuificatiſſimo*

Matt. 10. a

Ath. 13. g

Ezech. 7.

Ath. 14. d

Rom. 11. c

Psal. 59. b

Psal. 103. a

A lentissimus, quod regnū intelligimus Romanorū. Regnante em̄ Cæsare Augusto, quando flos de radice Iesse cōscēdit, & in orbe Romano prima facta est descriptio: potētissimū prius regnū Aegyptiorū, quod multis diuauit ætatibus, Cleopatrę morte destructū est, & percussus est amnis Aegyptius in septē riuus siue in septē uallibus. Nilus enim aquarū multarū qui prius uno fluebat aluco, & intransibilis erat, in septē ualles humilimas & riuos diuisus est atq; cōcisus est, ut calcietis pedib. transtretur. Hoc autē tropologicē significat, q̄ gentē Aegyptiorū intātum idololatrię & uanisimę superstitioni deditā, ut accipitres, noctuas, canes & hircos & asinos diuino nomine consecrarent, de infinita regni potentia per singulos Romani imperij iudices distituerit, ut aliū iudicē habeat Thebę, aliū Lybię, aliū Pentapolis, aliū Aegyptus, aliū Alexandria, & diuersę regiones quas *uibus Aegyptij* uocant. Propterea autē sub metaphora, Nilus diuisus in partes est, & scissus in riuos, ut possit absq; ullo impedimento euāgelicus sermo discurrere, & ad populos Aegypti ultimos peruenire. Et quomodo temporibus Moyſi rubrū siccātū est mare, ut populus de Aegypto fugeret: sic econtrario Aegypti flumina siccabuntur, ut reliquię populi dei quę ab Assyrijs & diuersis gentibus saluabuntur, transeant in Aegyptū: nequaquam fugientes eam, sed capientes & suo calcantes pede. Prudens & Christianus lector, hanc habeat reprobationis prophetaliū regulam: ut quę Iudæi & nostri, imō rion nostri Iudaizantes, carnaliter futura contendunt: nos spiritualiter iam transacta doceamus, ne per occasionē istiusmodi fabularum & inextricabiliū iuxta apostolum questionum, Iudaizare cogamur.

CAPVT XII.

Et dices in die illa, confitebor tibi domine quoniā iratus es mihi, cōuersus est furor tuus, & cōsolatus es me. Ecce deus saluator meus, fiducialiter agam & non timebo, quia fortitudo mea & laus mea dominus deus, & factus est mihi in salutem. *b* Haurietis aquas in gaudio de fontib. saluatoris. *c* Et dicetis in illa die, cōfitemini domino & inuocate nomē eius, notas facite in populis ad inuentiones eius, mementote quoniā excelsum est nomen eius. Cantate domino quoniam magnificē fecit, annunciate hoc in uniuersa terra. *d* Exulta & lauda habitatio Sion, quia magnus in medio tui sanctus Irael.

CAPVT XII.

Et dices in die illa, confitebor tibi domine quoniā iratus es mihi, quando ascendisti de terra Aegypti, & mare siccātū est rubrū: Cantemus dño, gloriose enim magnificatus est: & reliqua. Nunc percussa lingua maris Aegypti, & flumine illius arefacto atq; cōciso & humiliato, glorificate dominū & dicite, Confitebor tibi dñe, quoniā qui iram merui & furorē tuū, misericordiā consequutus sum: tu es enim saluator meus, id est, Iesus: & nequaquā fiduciā habebō in idolis, nec timebo quę nō sunt timenda: sed tu es fortitudo mea & laus mea, qui factus es mihi in salutē. Audiat sceleratissima hæresis, factū dominū his qui saluantur, & quorū prius dominus non erat: ut creationem in scripturis sanctis atque facturam, non semper conditionem eorum quę non erant, sed interdum gratiam in eos qui meruerint

Tropol.

Exod. 15. a

sibi deum fieri intelligamus. *b* ¶ Haurietis aquas in gaudio de fontibus saluatoris. ¶ Quem supra Emmanuel: deinde, spolia detrahe, festina prædari: & reliquis appellarat nominibus: ne uideretur alter esse præter eum quē Gabriel uirgini nunciauit, dicens: Et uocabis nomen eius Iesum, ipse enim saluum faciet populū suū: nūc uocat saluatorē, & de eius fontibus aquas prædicat hauriēdas: nequaquā de aq̄s fluminis Aegypti, quę percussę sunt, neque de aquis fluminis Rafin: sed de fontibus Iesu: hoc em̄ Hebręorū lingua saluator exprimitur. Vnde & ipse clamabat in euāgelio, Qui sitit, ueniat ad me & bibat: qui crederit in me, sicut dicit scriptura, flumina de uentre eius fluent aquę uiuę. Hoc autē (inquit euāgelista) dicebat de spiritu sancto, quem credentes in eum accepturi erant. Et in alio loco ipse loquitur euāgelij, Qui bibit de aqua quam ego dederō ei, non sitiet in æternum, sed aqua quam ego dabo ei, fiet in eo fons aquę salientis in uitā æternā. Fontes saluatoris, doctrinā intelligamus euāgelicam, de qua in LXXVII. psalmo legimus, In ecclesijs benedicite deo domino de fontibus Irael. *c* ¶ Et dicetis in illa die, cōfitemini, etc. ¶ Hęc præcipiuntur ab apostolis & reliquijs Irael, his qui de gentibus crediderunt, ut soli confiteantur domino, & idolis derelictis inuocent nomen eius, & cuncta opera eius prædicent in fidelibus, ut sciant, quoniam solus excelsus est, cui cantandum sit quōd magnificē fecerit, & in omni orbe illius misericordiā prædicetur. *d* ¶ Exulta & lauda habitatio Sion. ¶ Primum dicendum iuxta literā: O habitatio Sion, exulta & lauda deum tuum, quōd qui tuus ante uidebatur deus, & modicis Iudæę terra clauderetur angustijs, nunc repleuerit omnē terrā scientia sua: & de morte cōsurgens, regnet in gentibus, & ipsum nationes deprecentur atq; adorent: ita duntaxat, ut adijciat secundō manū suam ad possidendum quod reliquum est populū sui, & congregandos profugos Irael, & dispersos Iuda colligendos a quatuor plagis terrę, quia seminarium euāgelij per apostolos qui ex Iudæis erant, percussit a fontibus Irael. Melius autem est, ut Sion, id est, speculam in sublimibus collocatam, interpretemur ecclesiā: de qua & quinquegessimus psalmus canit, Benignē fac domine in bona uoluntate tua Sion, & ædificetur muri Hierusalē: ut acceptabile fiat in ea deo sacrificium iusticię, oblationes & holocausta. Et uultus, quē filio pœnitenti, pater clementissimus immolauit.

Matt. 1. d

Ioan. 7. f

Ibid. 4. a

Commentarij quarti in Esaiam prophetam Finis.

DIVI HIERONYMI PRESBYTERI IN QVINTVM Commentariorum Esaię ad Eustochium uirginem Proœmium.



PLVRES anni sunt quōd a sanctę memorię uiro Amabili episcopo rogatus, ut in decem Esaię scriberem uisiones: pro angustia illius temporis quid mihi uideretur in singulis breui sermone perstrinxi, historiam tantum quod petebat, edifferens: nunc ad te φλογηνωτάρη Eustochium cogor in totum prophetam cōmentarios scribere, & interim orationib. tuis ad Babylonem usq; peruenimus, quę prima decem uisionū est, de quibus antē iam dixi. Superfluum autem mihi uisum est, aut eadem rursus iterare, aut in

A uno opere diuerfas sententias promere. Vnde quintus in Esaia hic liber est, qui quondam solus e...

EIVSDEM AD AMABILEM EPISCOPVM IN EXPLANATIONEM decem uisionum Esaia Prologus.

nomen eius. Nec pastores ibi requiescant: angeli uideant qui humano praesunt generi, & quotidie uident faciem patris, sed requiescant ibi bestiae, & dracones, & struthiones, & pilosi, & ululae, & sirenae: quas omnes bestias in figura intelligimus angelorū, uel demonum, & eorū quibus tradimur ad puniendū. Et in domibus quondam uoluptatis, ubi erat latiticia & gaudiū: fit plācēt ululātū, & lamentabilis uox Sirenarum: quae auditores suos ducit ad mortē. Tempus autē imminere iudicij & diē summationis Babyloniae non elongari, nequaquam mirabit, quod quotidie per sanctos uiros in his qui credunt in dño, subuertit uiderit Babylonē, & aeternitati comparatam, omnē longitudinem esse uicinam. De generibus bestiarum imō monstrorū breuiter diximus, quā in priori libro iuxta historiam ex parte perstricta sunt. Hoc quoque cōsiderandum, quod postquam ecclesiasticus sermo & doctrina saluatoris urbem confusionis euerterit, ita ut Sodomā & Gomorram comparetur, non habitet a sanctis uiris: nec pastores requiescant in ea, qui Christi gregem pascere cōsueuerunt: sed e contrario requiescant ibi bestiae & dracones, & struthiones, & pilosi latent in ea. Quicquid enim haeretici loquuntur in synagogis Satanā, non est doctrina domini, sed ululatus demonū & pilosorū, quos imitabatur Elau. Et Sirenae requiescent in delubris uoluptatis: quae dulci & mortifero carmine animas pertrahunt in profundum: ut saeuente naufragio, a lupis & canibus deuorentur. Prope est ergo & instat quotidie tempus ruinae haeticorum, & non differret eorum subuersio. **Miserere enim dominus Iacob, & elige ad huc de Israel, & requiescere eos faciet super humum suam: adiungetur aduenā ad eos, & adheret domui Iacob. Et tenebunt eos populi, &c.]** Pro aduenā, id est, ἀνομοίωτος, Lxx. γυῖον in interpretati sunt: qui Hebraicē γυῖον dicitur. Vnde puto & Moyse filium, qui aduenā erat in terra, nominatum a patre Gersan. Ergo gioras non est Graecum uerbum, sed Hebraicum, Graeca consuetudine declinatum: licet quidam Hebraei sermonis ignarus, Graecam in eorumymologiam exprimere conetur, ab eo quod terrenae rei curam habeat: γυῖον enim, inquit, terra appellatur, & ἄνομοίωτος, id est sollicitudo. Rursum pro γυῖον quam Aquila & Symmachus & Theodotio parabolā transtulerunt, quod & nos sequuti sumus, Lxx. τὸν θῆτον, id est, plantā cū interpretati sunt. Est autē ordo: Postquam Babylon deferta fuerit in aeternum, ita ut habitatio bestiarum sit miserere dominus Iacob, eius uideletur qui uitia supplantat.

Exod.

A supplantauit, & eligit Israel, eum qui mente conspiciat deū. Et nota uerborū proprietate: Iacob qui adhuc in lucta positus est miserabit: Israeli uero qui post uictoriam nomen accepit, non misericordia, sed electio coaptatur. Requiescere quoque eos faciet super terrā suā: de qua **Matt. 5. a** saluator loquitur: Beati mites, quoniam ipsi possidebunt terram. Et: Credo uide re bona dñi in terra uiuentiū. Adiuget quoque domui Iacob, qui electi sunt per apostolos gentiū multitudō, & tenebunt reliquias domus Israel, & adducent eos in locū suū, ut habitent in tabernaculis eorū: & possidebit eos domus Israel super terrā domini in seruis & ancillas. Prodest quippe malis, ut bonis seruiant. **Psal. 26. d** Vnde & Elau dicit: Seruus fratri tuo. Et ad Iacob: Seruus tibi frater tuus. Et accipiet eos qui se sophismatibus ante deceperant: & exactores suos qui omnia lucri causa faciūt, redigēt in seruitutē. Postquam autem reuerit Iacob & Israel a labore suo, quo multū cōtra seculū & haeticos pugnando laborauerat: & a cōfusione & seruitute sua qua maligna interpretatione & falsis dogmatibus ante seruierat: tunc sumet plantā atque parabolā cōtra regē Babylonis: sermonē uideletur haeticis erroris & confusionis, & dicit quae sequuntur. Locū istū Iudaei interpretantur carnaliter: postquam reuerit sunt de Babylone, factū esse docere nō poterunt. Neque enim Babylonij seruerūt eis qui eos prius ceperant: nec uictis Babylonij domus eorum possederunt: neque habuerunt eos in seruis & ancillas. Restat igitur ut iuxta fabulas suas de imperio hoc putet futurum esse Romano: quibus superatis in ultimo tempore, seruiturae sint eis gētes, quibus ante seruierunt: quod si sequentes literā, spe se falsa decipiunt, quis eis concedet ut Roma uocetur Babylō, & Nabuchodonosor rex Romani imperij. **Quomodo cessauit exactor, qui uenit tributum, cōtriuuit dominus baculum impiorum: uirgam dominantium, cædentē in indignatione, &c.]** In Petri epistola legimus: Tempus est, ut incipiat iudiciū a domo dei. Et in Ezechiele tortoribus dicit: A sanctis meis incipite. Pro diuersitate quippe peccati, iudicij ordo disponitur: ut qui minus deliquerint, ante purgentur. Nouissimus autem inimicus, destruetur mors. Ergo cum Israel de seruitute dura fuerit liberatus, sumet parabolā cōtra regem Babylonis: quae debemus intelligere ut parabolam. Si enim contra Nabuchodonosor sermo est: & simplex historiae expositio: quomodo parabola dicitur, quae nulli alteri ἠνολόγηται, id est, cōparatur: Mirat ergo Israel quomodo cessauerit exactor, qui exigere cōsueuerat usque ad nouissimum quadrantē. Exigere autē consuetos non alios nisi debitores qui dicunt in oratione dominica: Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Huic exactori debitores traduntur a iudice, qui eos mittit in carcerē, & exegit usque ad peccatū minimū. Denique & Paulus apostolus in Corinthos fornicantē, qui uxorem patris acceperat: nec non Phygellus & Hermogenem tradidit exactori. Et de his exactoribus etiam supra dicitur: Populus meus exactores uestri depredantur uos: & qui repetitū dominantur uestri. Pro tributo,

Quomodo cessauit exactor, qui uenit tributum, cōtriuuit dominus baculum impiorum: uirgam dominantium, cædentē in furore gentes: persequente crudeliter. Conquieuit & stultus super te et cedri Libani: ex quo dormisti, non ascendet succidat nos: infernus subter cōturbatus est, in occursum aduentus tui suscitauit tibi gigantes. Omnes principes terrae surrexerunt de solijs suis: omnes principes nationū: uniuersi respondebunt, & dicent tibi: Et tu uulneratus es sicut nos: nostri similis effectus es. Detracta est ad inferos superbia tua: cōcidit cadauer tuū: subter te sternetur tinea, putredo & operimentū tuum erūt uermes. **Quo-** rat: intantū ut abietes & cedri Libani latēretur: de quibus in psalmis scriptū est: Vineā de Aegypto transtulisti, ciecisti gētes & plantaisti eam. Operuit montes umbra eius: & arbuta eius cedros dei. Has cedros dei, quia aliquādo peccauerūt, tradidit dñs supplicij conterendas. Vnde in alio psalmo dicitur: Cōteret dñs cedros Libani. Abietes autē excelsi quicquid, & in dñi seruitute sublimes debent accipi: quae cōsona uoce dixerunt: Ex quo tu dormisti. Nota quod & mortis mors appelleret dormitio. Nō ascendet qui succidat nos. Vincto enim forti & directis uasis eius, etiā ceteri satellites corruerunt. Vnde & dñs loquitur in euāgelio: Ite in ignē aeternū, qui praeparatus est diabolo & angelis eius. Quantos isti lignorum arborūque caesores suis securibus succiderūt & fecerunt corruerunt: Infernus quoque conturbatus sicut uersus in amaritudinē, in occursum aduentus ueri Nabuchodonosor: locus suppliciorū atque cruciatū est: in quo uidentur diues purpuratus: ad quem descendit & dñs, ut uinctos de carcere dimitteret. Possumus infernū occursum tem dicere, & eū angelū qui in feris poenis praepositus est: qui suscitauit omnes gigantes: pro quo alij Raphaim, alij Titanas transtulerūt. Gigantes autē uocantur iuxta ethnicorū cōsuetudinē, qui eos terrigenas existimant, quos terra genuerit. Nos autē gigantes (iuxta Graeci sermonis etymologiam) eos appellare possumus, qui terrenis operibus seruierūt. Denique sequitur: Omnes principes terrae surrexerunt de solijs suis, in aduentu quondā principis sui: ut quem prius honorabant pro potentia, postea mirarentur in poenis & dicerent: Et tu uulneratus es sicut & nos, nostri similis effectus es. Quae uerba hunc sensum habent: Putabamus nos pro imbecillitate nostra non potuisse resistere potētiae dei, & te esse solū, qui in tua altitudine permaneres: sed ut rebus ostēditur, & tu uulneratus & captus es, nostrique similis effectus: ut quos in terra dignitas separauit, apud inferos poena cōsociet. Detracta est ad inferos superbia uel gloria tua, & cōcidit cadauer tuū: sicut uti Lxx. transtulerūt ἠνολόγηται ἢ ἠνολόγηται, id est, multa laetitia tua, qua prius subiectis tibi gentibus laetabar. Subter te sternetur putredo, & operimentū tuum erunt uermes. Haec requies diaboli: iste lectus tentatoris: qui in tantā erectus est superbia: ut etiam dominū auderet tentare, dicens: Haec omnia tibi dabo, si procides adoraueris me. Putredo & tinea & operimentū uermium, uel poena intelliguntur aeternae, quas

Psal. 79. b

Ibid. 28. a

Matt. 25. d

Luc. 16. f

Matt. 4. b

A quas propria gignit cōficiētia : uel suppliciorū materia, quae ex proprijs peccatis nascitur. Sicut enim quandiu cadaueris materia est, & aliqs humor in cadauere, uermes nascuntur ex putredine : sic ex ipsa materia peccatorum supplicia gignuntur. Vnde & apostolus Paulus interfecta morte, ad quā per. Ofce sermo ppheticus loquebatur : Ero mors tua o mors : ero mors tua us inferne : loquitur ad eam : Vbi est mors cōtentio tua? Vbi est mors stimulus tuus? Illa enim mortua nō est qui succidat nos : nequaquā em̄ crit peccatū quod succidentium sit : Quia stimulus mortis peccatum sit. a ¶ Quomodo ceci disti de caelo Lucifer, qui mane oriebaris, &c.] Pro Lucifero, qui Hebraice dicitur

1. Cor. 15. b

Luc. 10. c

Psal. 13. d

Matt. 10. c
Ioan. 17. b

Hier. 1. c

HEB. ^a Quomodo cecidisti de caelo Lucifer, qui mane oriebaris? corruisti in terrā, & uulnerabas gētes.

b Qui dicebas in corde tuo : in caelum ascendam, super sidera dei exaltabo solium meum : sedebo in monte testamenti in lateribus Aquilonis : ascendam super altitudinem nubium : ero similis altissimo.

HEB. ^c ueruntamen ad infernum detraheris in profundum lacu.

Pro Lucifero, qui Hebraice dicitur Aquila transfuit ululantē aurorę filiu. Verē enim ululare debuit & eiulare, qui propter superbiam suam de caelo in terrā praecipitatus est, atq; cōtritus est. Vnde & saluator ad discipulos loquitur : Videbā fatanam quasi fulgur de caelo cadentē. Non modo uideo sed prius uidebā quando corruit. Et si ille propter superbiam de tanta magnitudine cecidit : uos quoq; non debetis gloriarī, quia uobis demonia subiecta sunt : sed quia nomina uestra scripta sunt in caelo : ut unde ille cecidit per superbiam, uos ascēdatis per humilitatē. Iste est princeps sculi, qui inter stellas ceteras mane oriebat, & suo uitio de Lucifero uesper effectus est : & non oriens, sed occidens : qui uulnerabat gentes, siue qui mittebat ad gentes satellites suos : ut oēs sua fraude deciperet. Isti sunt falsi apostoli, operarij mendaces, qui transfigurant in apostolos Christi : qui bono semini lolii supersemināt, dormientib. ecclesiarū magistris, & nolentibus aut nequeuntibus eorū malicia resistere. Iacob autē & Israel cuius miser est, & quē elegit dñs, hęc adhuc loquitur ad diabolu : siue ut Lxx. uolunt, de diabolo, id est, non ad secundam personā, sed ad tertiā. b ¶ Qui dicebas in corde tuo, in caelum ascendam, super, &c.] Vel anteq̄ de caelo corrueret, ista dicebat : uel postea q̄ de caelo corruit. Si adhuc in caelo positus, quomodo dicit, ascendā in caelum? Sed quia legimus, Coelum caeli dño, cum esset in caelo, id est in firmamento, in caelum ubi solium dñi est, cupiebat ascendere : non humilitate, sed superbia. Sin autem postquam de caelo corruit, loquitur ista uerba, arrogantiam debemus intelligere : quod nec praecipitatus quiescat : sed adhuc sibi grandia reprimittat : nō ut inter astra, sed super astra dei sit. Cum q̄ dñs loquatur ad apostolos : Sufficit discipulo ut sit quasi magister : & seruo sicut dominus suus : & dicat ad patrem : Pater sancte, da ut sicut ego & tu unum sumus, ita & isti in nobis unum sint. Iste intantum sibi arrogat, ut super stellas caeli, quae non corruerunt, solium suum positurum esse se iacet. Quōdque infert : Sedebo in monte testamenti in lateribus Aquilonis : pro quo Lxx. translulerunt : ἐν ὄρει ὀφθαλμοῦ, ἐπὶ τῆ ὀφθαλμοῦ τῆ ἀπὸ βῆβαι, id est, in monte sublimi : super montes excelsos, qui sunt ad Aquilonem : ad illud referamus quod in Hieremia dicitur : Ab Aquilone exardescunt mala super omnes habitatores terrae. Et quod olla succensa a facie aquilonis accenditur. Iste est Aquilo uentus durissimus : a quo suos uult dominus liberare captiuos, & reducere in ciuitatē sanctam, dicens : Dicam Aquiloni adhuc, & Aphrico nolī

prohibere adhuc filios meos de terra longinqua : Illud autē quod huic potest esse contrariū, montes Sion, latera Aquilonis, ciuitas regis magni, facile soluitur. Hieronimus qui quondā erant in lateribus Aquilonis durissimī : postea per penitentiam in ciuitate dei esse ceperunt.

SEP. Quomodo cecidit de caelo Lucifer, qui mane oriebat? cōtritus est in terrā qui mittebat ad oēs gētes.

SEP. T. nunc autem in infernum descendes : & ad fundamenta terrae.

Qui nus ne pluāt super Israel imbrē : & ad quas peruenit ueritas dñi : cui loquit & Abdias : Si exaltatus fueris ut aquila : & inter sydera caeli posueris nidum tuū : inde te detrahā, dicit dñs. Infelix Iudas, qui quasi nubes cum alijs apostolis mittebatur ut plueret super Israel imbrē : & quasi stella inter ceteras stellas erat : quibus dñs loquebatur : Luceat lumen uestrū corā hominibus : uitio suo suscepit ascensorē diabolu : qui ut superbia uerba cōpleret, etiā hoc ausus est dicere : Ero similis altissimo : ut quōd Christus habet prophetas & apostolos suos, sic & ego habeā pseudo pphetas & pseudo apostolos. Hęc autē omnia referenda sunt ad haereticos, qui cum deorsum sint, cū principe suo excelsos se esse iactāt. c ¶ Verē duntamen ad infernū detraheris, &c.] Non ad infernū sponte descēdes : hoc enim domini saluatoris est, ut uinctos de inferis liberet : sed ad infernū detraheris inuitus : ut qui per uirtutes poterat ad excelsa cōscēdere, per uitia detraharis ad pœnas. Sancti pennas habēt a quila & pennas columbar, & possunt dicere : Volabo & requiescam. Impij autē & Aegyptiorū similes, demersi sunt quasi plumbum in aquis uehementissimis, & demersi sunt in profundū sicut lapis. Vnde & iniquitas, siue ut melius habetur in Hebraeo, impietas super talentū plumbi sedere cōspicitur. Ergo illud quod alibi legimus : Omnis qui se exaltat, humiliabitur : etiā rex confusionis passus est, ut detraheretur in fundamenta terrae : siue ut uerius in Hebraeo habetur, in profundū lacu. De fundamentis terrae in Deuteronomio scribitur : Ignis succensus est in furore meo : ardebit usq; ad infernū nouissimū. Deorabit terrā & fundamēta eius : eos uidelicet qui terreni sunt. De lacu quoq; quod per eum profunda significentur inferni, illa sunt testimonia. Alsimilatus sum cum descendentibus in lacum. Et : Posuerūt me in lacum nouissimū. Sicut enim lacus aquas ad se descendentes, ita infernus animas suscipit : ad quem lacum descendit Banaia tempore niuis & frigoris : & interfecit in eo leonem. Vnde & haeretici relinquunt fontem aquae uiuentis, dominū : & fodiunt sibi lacos contritos qui aquam non ualeant continere. De his lacis, qui feruorem non habent spiritus sancti : nec Hieremiae prophetae similes sunt : qui iuxta Septuaginta interpretes loquebatur : Inueni aquam calidam in deserto : sed refrigerante charitate, calorem sancti spiritus perdidit. Ille est lacus, de quo idem Hieremias loquitur : Sicut refrigerat lacus aquam, sic refrigerat malicia habentes se. Qui utinam (iuxta Apocalypsum Ioannis) aut calidi essent, aut frigidi : id est, aut crederent, aut omnino

Psal. 47. a

Matt. 5. i

Deut. 32. d

Psal. 51. b

Exod. 17. d
Zach. 14. d
Luc. 11. b

Deut. 32. d

Psal. 145. b
Prou. 5. d

Matt. 13. c

Deut. 32. d

Apo. 1. d

noa

A non crederēt, ne per teporē & simulationē fidei a domi no rejicerent. a ¶ Qui te uiderint, ad te inclinabuntur, &c. ¶ uinctis eius nō aperuit carcerē.] Siue ut Lxx. translulerunt : eos qui ducebant non soluit. Qui uiderint Nabuchodonosor regē Babyloniu nō o colorū, sed cordis intuitu de celo ad inferos corruif

Psal. 9. d

Matt. 13. d

Psal. 81. b

Exech. 28. d

Gen. 3. d
Prou. 2. 1. a

Psal. 7. 2. a

Eph. 6. b
Matt. 7. d

Psal. 145. b
Prou. 5. d

Matt. 13. c

Deut. 32. d

¶ Qui te uiderint, ad te inclinabuntur, teq; prospiciēt. Nū quid est uir qui conturbauit terrā? qui concussit regnā? qui posuit orbem desertum, & urbes eius destruxit : & uinctis eius non aperuit carcerem?

HEB. ^b omnes reges gentiū uniuersi dormierunt in gloria, unusquisque in domo sua. Tu autē proiectus es de sepulchro tuo sicut sanies : pollutus inuolutus cū interfectis & cōfossis gladio descendit ad lapides lacu.

¶ Quasi cadauer putridum nō habebis cōsortium neque cū eis in sepultura. Tu enim

uidelicet qui audiunt cum Adam : Terra es, & in terram ibis : & concussit regna siue reges : quorum cor in manu domini est. Concussit, inquit, non subuertit. Vnde & uir de his qui concussi fuerant, & tamen non ruerat, loquebatur : Mei autem penē moti sunt pedes. Et Apostolus loquitur ad credentes, ut arripiant armaturam dei, & stent contra insidias diaboli. Domus autem quae supra petram fundata est, nulla tempestate concutitur. Sequitur : Qui posuit orbem terrarum desertum : Siue ut iuxta Hebraicum, praeter Septuaginta, omnes alij translulerunt, quasi desertum. Vitijs enim suis atq; peccatis, orbē qui Hebraice dicitur hāc fecit esse desertum, ut nullam haberet uirtutem. uel eisdem subiaceret uitijs, quibus gentium plena est solitudo. Urbes quoque eiusdem destruxit orbis : ut de ecclesijs Christi faceret synagogas diaboli : & munditiam uerā fidei haeretica forde pollueret. Sed & uinctis eius, id est orbis, non aperuit carcerem. Nos omnes uincti eramus & clausi tenebamur in carcere : quibus uinctis dixit saluator, exi te, & his qui erant in tenebris, reuelamini. Dominus enim soluit compeditos. Qui liberati ab eo gratias referunt, dicētes : Tu dissoluisti uincula mea. Funibus enim funes atq; uincula soluere possunt & apostoli imitātes magistrum suum qui eis dixerat : Quaecunq; solueritis super terram, erunt soluta & in caelo. Soluit autem eos apostoli sermone dei, & testimonijs scripturarū, & exhortatione uirtutum. b ¶ Omnes reges gentium uniuersi dormierunt in gloria, unusquisq; in domo sua, &c.] Reges gentium, quibus deus secundum canticum Deuteronomij gentes crediderat gubernandas : qui concussi sunt a Nabuchodonosor, & tamen non subuersi : quorum nequam regnat peccatum : sed quia cor eorū in manu dei erat, minime corruerunt. Etenim saluator : quomodo deus deorū appellat, sic dominus dominantium, & rex

regū. Isti igit reges uniuersi requieuerunt in gloria sua : C unusquisq; in domo sua. Diuersa quippe apud patrem sunt mansiones : & pro uarietate uirtutū, habitationū differentia. Porro Nabuchodonosor proiectus est de sepulchro suo : nec in morte a cruciatibus conquiuit. Proiectus est autem quasi sanies, quae Hebraice dicitur quā Aquila ἄσπης interpretatus est, tabē uidelicet & pedorem, quē Symmachus ἄσπης, id est abortiuū, Lxx. νεκρῶν, mortuū : Theodotio γερμένον : quāquam hoc ipsum uerbū supra, ubi de Christo legitur : Egre dietur uirga de radice Iesse, & flos de radice eius ascendet, Lxx. ἀβθῶν, id est flos : Theodotio βλαστόν, id est germē, Aquila ἀνεγμῶν, id est uirgultū, interpretati sunt. Pro-

proiectione autē Nezer dicitur uirgultū, quod ad radices arborum nascitur, & ab agricolis auulsum quasi inutile proficitur : unde & nos stirpem inutilem tranulimus. Igitur Nabuchodonosor quasi stirps inutilis incēdio preparatus : uel sicut sanies pollutus & inuolutus his qui ab eo interfecti sunt gladio, & descendit usq; ad fundamenta lacu, detrahetur in profundum, & ne cum his quidē habebit confortiū sepulturae quos interfecit. Alterius enim poena est autor delicti : & alterius qui ab autore cōpulsus est. Iste est gladius quo uulnerati sunt plurimi & interfecti, de quo in septimo psalmo legimur : Nisi conuersi fueritis, gladius suum uibrabit : arcū suum tendit, & parauit eum : Et in ipso parauit uasa mortis : sagittas suas ardentibus effecit : his uidelicet, qui in suū cor ignita diaboli iacula susceperunt. Porro iuxta Lxx. cadauer Nabuchodonosor cū plurimis interfectis pollutum atq; confossum iacebit in superbia montibus, & deducetur ad inferos. Fundamenta autem lacu, pro lapidibus lacu interpretatus est Symmachus, ut alijs uerbis, profundū & tartarū significaret inferni. c ¶ Quasi cadauer putridū nō habebis cōsortiū neque cū eis in sepultura. Tu enim terrā tuam disperdidisti, populum tuum interfecisti.] Quia multum inter se Hebraicum distat & Septuaginta editio, se paratim de singulis disseram. Sicut cadauer putridū, siue ut Aquila transfuit, conculcatū : non habebis confortium sepulturae, nec cum his quidem quos interfecisti. Tu enim magister es, illi fuere discipuli : & cui plus creditum est, plus exigitur ab eo. Tu enim terram tuam disperdidisti : populum occidisti : eos uidelicet qui tibi crediti sunt gubernandi. Vnde ad saluatore aude dicitur : Hęc omnia mihi tradita sunt, & dabo tibi ea : si proci-

Ioan. 14. d

Matt. 4. b

Psal. 37. d

Psal. 132. d

Cant. 2. d

Rom. 16. c

A sub pedibus uestris uelociter. Et dñi uerba, dicētis, Quali
 P^{sal.} 17. f. luti platearū delebo eos. Iste q̄a terrā sibi creditā per
 didit, & commissum sibi populū trucidauit, nequaquā eos
 uiuos referuās deo, sed socios suā preparās sepulturā:
 propterea nō erit, nec uocabit̄ in aeternū semē pelsimo-
 rū. Porro iuxta Lxx. hūc habet sensum, d
 lucifer q̄ mane orie-
 baris, qui q̄n habe-
 bas opera uirtutis &
 luminis uestimentū
 eras dei: & de te dici
 poterat, Amictus lu-
 mine sicut uestimen-
 to: q̄a multos inter-
 fecisti gladio, q̄ de-
 scēderūt ad infernū,
 & eorū pollutus es
 sanguine, nequaquā
 uocaberis uestimen-
 tū dei, sed uestimen-
 tū cruore permixtū:
 nō maculatum atq̄
 pollutū, ut aliquid
 mūdi habere uidear-
 is, sed totū sangui-
 ne cruentatū. Et hoc
 notandū q̄ ad dia-
 bolū dicat̄: Sicut uesti-
 mentū cōmixtum
 sanguine nō erit mundū, sic & tu non eris mundus. Vbi
 sunt ergo qui dāt diabolo poenitentiā, & dicūt illū posse
 mūdari: Nec statim fatemur hāeresim quā diuerfas asse-
 rit esse naturas: & aliā esse quā nunquā recipiat sanitatē.
 Nō em̄ hoc uestimentū per se immundū est: & ita a deo
 B conditū quo olim deus uestiebat̄: sed quia cōmixtū est
 sanguine, & totū se polluit suo uitio & malis accedentibus,
 non erit mundum. Et propterea non erit mundū,
 quia terram domini perdidit, populum eius interfecit,
 terram Iudææ & terram confessionis, & sanctos quosq̄
 perdens atq̄ interficiens, & ideo non manebit in perpe-
 tuum. Vnde & in Euangelio dicitur: Ite in ignem aeternū
 qui preparatus est diabolo & angelis eius. Quo-
 modo aut̄ sanctus uestimentū dei est, & uestimentū no-
 uum, & uestitur tunica salutis atq̄ lætitiæ, dicēs: Exultet
 anima mea in domino. Induit enim me uestimento sa-
 lutis: & tunica lætitiæ circumdedit me. Sic ecōtrario pec-
 cator qui portat imaginē ueteris hominis atq̄ terreni,
 meretur audire: Ecce omnes uos quasi uestimentū uete-
 rascentini, & tinea deuorabit uos. Qui autē profecerit
 in scelere, & uetustatē noluerit emundare nouitate, ne-
 quaquā ueteri uestimento, sed panno menstruatae mu-
 lieris cōparabitur, dicēs: Errauimus & facti sumus im-
 mundi omnes nos, sicut pannus menstruatae uniuersa
 iustitia nostra. a ¶ Semē pelsimorū, etc.] Pro semine pelsi-
 mo, quod Lxx. translulerunt, in Hebraico scriptum est
 דורא דרעא quod ceteri semeni pelsimorū interpretati
 Gen. 1. d. sunt: Non quod ipsum semē per se ipsum malū sit. Deus
 em̄ omnia fecit bona: sed ab his qui sua uoluntate sunt
 pelsimi, semen ortū sit malum: quod uoluntate fit, non
 Dan. 13. f. natura. Vnde & in Daniele legimus: Semen Chanaam
 1. Cor. 4. d. & non Iuda. Et de bonis filijs dicitur ab Apostolo: In
 Ioan. 1. d. Christo Iesu per euāgelium ego uos genui. Et in Euan-
 gelio: Quotquot eum receperunt, dedit eis potestatem
 ut filij dei fierent. Omnis enim qui facit peccatū, de dia-
 bolo est. Huic igitur precipit̄ semini ut filios suos, oēs
 scilicet cogitationes pelsimas, & opera mala preparat
 occisioni, quā ex impijs nata sunt patrib⁹, haud dubiū
 q̄ cōtrarias significet fortitudines: q̄ pelsimi filij ideo

trucidant in iniquitatibus patrū suorū: ne ultra cōsurgāt
 & possideāt terrā, quā a sanctis possidēda est & implē-
 da, ut ciuitates in ea dñi construant. Et quia nō est ho-
 minū pfecta uictoria: Nisi em̄ dñs custodierit ciuitatē,
 in uanū uigilabunt qui custodiūt eā. Ideo dñs ipse con-
 surgat aduersus fili-
 os pelsimorū: & dis-
 sperdet de cōfusione
 nomē eorum & reli-
 quas, & omne ger-
 mē & progeniem, ne
 ultra pullent in ur-
 bib. dñi. Legimus in
 Euangelio, q̄ diabo-
 lus ab initio mēdax
 sit, & pater ei⁹, id est,
 mēdaci⁹: quod mul-
 ti nō intelligētēs, pa-
 trē diaboli uolūt es-
 se draconē, q̄ regnet
 in mari, quē Hebraei
 appellāt 𐤇𐤃𐤁. Et hoc
 putāt loco cōuenire
 praesenti iuxta Lxx.
 interpretes qui dixe-
 rūt: pro peccatis pa-
 tris tui: cū respicue-
 rit in Hebr̄o 𐤇𐤃𐤁 nō
 patris tui, sed patrū
 suorū significet.
 b ¶ Et ponā, etc.] Cū perdidit dñs exercitū nomē Ba-
 bylonis, & reliquias, & germē, & uniuersam progeniē,
 nō erit eius perditione cōtētus, nisi dederit eam posse-
 sionē hericij, & paludes aquarū: & scopauerit eā nō leuiter
 & fortuito, sed terens ut nihil in ea antiquarū forditiū
 residat. In Actibus apostolorū scribitur, in uase illo lin-
 reo quod quatuor demissum principijs pen debat ē coe-
 lo, omnia genera quadrudedū, & reptiliū, & uolatiū
 cōtineri: q̄ postea Apostolus dixerēs: Deus, inquit, o-
 stēdit mihi nullū hominē immundū dicere. Mores er-
 go hominū in diuersis animantibus monstrabātur: si-
 cut Pharisaei & Sadducei propter nequitiam appella-
 tur genimina uiperarū: ppter dolos, Herodes uulpes
 dicit: & luxuriosū pronic⁹ ad uoluptatē, equi appellan-
 tur, insaniētes in foeminas. Et, Nolite fieri sicut equus &
 mulus, in quibus non est intelligētia. Econtrario inno-
 centes columbae uocātur & oues. Igitur iuxta doctrinā
 domini saluatoris, qui curas istius seculi & seductionē
 diuitiarū spinas appellauit, hericius mihi uideatur, qui
 iuxta Apostolum, gaudet in incerto diuitiarū, & arma-
 tum se non armatura dei, sed spinis atq̄ peccatis huius
 mundi esse confidit, cui rectissime dicitur illud euange-
 licū: Stulte hac nocte auferetur anima tua a te, quā au-
 tem parasti cuius erunt? Tales habitatores habet Baby-
 lon deserta uirtutibus, ubi nō est ager irriguus, qui asse-
 rat fructus diuersorū seminū, sed paludes infertiles & li-
 mosae ac lutosae, in quibus, ceno gaudētia reptant ani-
 malia. Quāobrē clementissimus dominus scopauit eā
 uehementissime terēs, & quasi quodā uerriculo ad pu-
 rum usq̄ mundauit, ut Babylonia semina pereant, & a
 solis habitent hericij. Quādo uiderim⁹ aliquē diuitia-
 rum immerium luto, & ut Lxx. interpretati sunt, sēdēpē,
 hoc est, pfunda uoragine, & quasi cenosa palude circū-
 dari, nō dubitemus eū appellare hericiū, habitatorē de-
 sertae Babylonis. c ¶ Iurauit do. etc.] Postq̄ hericius habi-
 tauerit in deserta Babylone, & pro agris irriguis ac ferti-
 libus paludes cūcta operuerint, ita ut nihil pristini semi-
 nis & abū dāte in Babylone residat, iuramentū dñi cō-
 plebitur, & eueniet qd̄ mente tractauit, ut conterat̄
 syrius

A Syrius in terra eius: & in montibus illius cōculcetur. Ho-
 stis quippe temerarius non solum terram dei & humi-
 liora quāq̄ occupare festinat: sed etiam eos qui in dei
 seruitute uirtutibus profecerunt: ita ut montibus com-
 parentur, & dicatur de eis: Fundamenta eius in monti-
 bus sanctis. Et nota
 proprietatē. In terra
 conteritur, in monti-
 bus dei ab ipso do-
 mino conculcat. Cū
 enim omnes inimi-
 ci positi fuerint sub
 pedibus Christi: ita
 ut nouissima destru-
 atur mors: tunc aufe-
 ret̄ a sanctis grauissi-
 mū iugū Assyrii, quo
 eos ante depresserat,
 & onus, siue ut Lxx.
 translulerunt, 𐤇𐤃𐤁
 id est gloria, ab
 humero eorū tolle-
 tur, ut sublato iugo
 Assyriorum uideant
 requiem, quia bona
 est: & terrā, quā uber-
 rima est: et supponat̄
 ceruicis suas iugo
 Christi ad laboran-
 dū, & sicut uiri agri-
 cola. Vñ & Isachar, q̄
 interpretat⁹ est mer-
 ces, ex uirtutibus no-
 men accepit. Et in p-
 pheta legimus, & merces
 his qui seruiūt domino. Et in alio loco: Ecce do-
 minus, & merces eius cum eo, qui reddet unicuiq̄ secū-
 dum opus suum. Quod autem conterantur & concul-
 centur Assyrii, id est cōtrariae fortitudines, & illud euan-
 gelicum docet: Ecce dedi uobis potestatem calcandi su-
 per serpētes & scorpiones, & super omnem uirtutē ini-
 mici. Et Apostoli uerba testantur: Deus conteret satanā
 sub pedibus uestris uelociter. a ¶ Hoc consiliū quod cogita-
 uit super omne terrā, etc.] Pro omni terra, Septuaginta uni-
 uersum orbem interpretati sunt. In fine oneris uel uisio-
 nis contra Babylonē, quod latebat aperitur, deum cogi-
 tasse consiliū super omne terram, id est orbem ter-
 rarum, & non contra terram tantum Chaldaeorū & re-
 gem Assyriū atq̄ Chaldaem: Et extentam siue eleua-
 tam manum eius super omnes gentes, & nō super unā
 gentem Babyloniā. Ex quo ostēditur, cuncta quā di-
 cta sunt, non ad unam prouinciā specialiter, sed con-
 tra orbem terrarum generaliter pertinere. Quodq̄ di-
 citur: Quis poterit infirmare, & quis auertet eam? Non
 pro difficili debemus accipere: sicut illud legitur: Quis
 sapiens & intelliget hęc? Et, Quis puta est fidelis & pru-
 dens dispensator: & cetera his similia: sed pro impossibi-
 bili. Nullus enim poterit domini infirmare consiliū,
 & manum eius extentam siue sublimem ne percutiat,
 auertere. b ¶ In anno quo mortuus est rex Achaz, factum est onus
 istud, Ne lateris Philistea omnis tu, quoniam comminuta, etc.] Mor-
 tuo Achaz, qui interpretatur uirtus, id est, obtentio
 siue possessio, quem regem impiissimum legimus: fit
 pondus istud super Philistinū siue uerbū. Viuent enim
 illo & regnate in peccatoribus, nec pondus contra alie-
 nigenas, nec sermo dei fieri poterat ad pphetā. Quod
 quidem & supra dixisse me memini, quādo Ozia mor-
 tuo, uidit Esaias dominū sedentem super thronum ex-
 celsū & eleuatū. Et in Exodo legimus, quod postquā

mortuus est rex Aegypti, ingemuerint filij Israel ab ope-
 ribus suis, & exclamauerint, & ascēderit clamor eorum
 ab operibus, & exaudierit dominus gemitus eorū. Nisi
 enim esset mysticū quod dicebatur, illo magis regnan-
 te clamare debuerant: quando luto & lateribus defere-
 uebant. Praecipitur
 ergo Philistinū, quos
 nunc Palaestinos uo-
 cant, & semper a Se-
 ptuaginta ἀλλόφρονες,
 id est, alienigenę tra-
 feruntur: & dicit̄ eis,
 ne gau deant neq̄ læ-
 tentur, quoniam cō-
 triuerint uirgam uel
 iugū percussoris sui.
 Quem enim diligit
 dominus, corripit: &
 castigat omnem fili-
 um quē recepit. Et
 quali filios nos eru-
 dit deus, quando ui-
 sitat in uirga iniqui-
 tates nostras, & in fla-
 gellis peccata nostra,
 ut misericordiā non
 auferat a nobis. Hęc
 est uirga de qua in a-
 lio psalmo scribitur:
 Virga tua & baculus
 tuus ipsa me conso-
 lata sunt. Hęc est uir-
 ga, & hoc iugū quod
 ceruicibus omnium
 uult saluator impo-
 nere: ut deposito iugo Nabucho donosor, portent iu-
 gum Christi. Quod si quis abierit atque contriuerit,
 statim de semine siue radice serpentis, qui est coluber
 tortuosus, egredientur regulus & aspidēs, & de aspi-
 dibus exibunt serpentes uolantes: siue qui absorbeant
 uolucres. Abiecto autem iugo dei, & contrita domini
 disciplina: primum in cogitationibus nostris semen co-
 lubri radicitur: secundo de semine pelsimo nascitur re-
 gulus, qui rex serpentium est: & afflatu suo atq̄ conspe-
 ctu homines occidere dicitur: siue genimina aspidū:
 de quibus in psalmo dicitur: Venenū aspidū (sub la-
 bijs eorum, quā peccata sunt uaria, & de cogitationum
 pelsimo thesauro in mala opera prorumpunt. Cumq̄
 regnauerint in hominib. alienis, qui a deo alieni sunt:
 statim egrediuntur serpentes pennati, ut non sufficiat
 eis cogitare & fecisse quā mala sunt: nisi patrocinium
 quoque malorum operum quæserint, & diuersas sin-
 xerint hāereses. Ego puto serpentes esse pennatos qui se
 exaltant & eleuant contra scientiam dei, & ponūt in coe-
 lum os suum: uel qui absorbēt uolucres, hoc est qui ue-
 nenato ore singulos quosq̄ uolare cupientes, & ad ex-
 celsa cōsurgere, suis faucibus deuorant. Et hoc interim
 de malis. Ceterum qui non contriuerunt uirgam, & iu-
 gum percussoris sui: sed ceruicem suam domino subie-
 cerunt: & sunt pauperes spiritu, pascētur & dicent: Do-
 minus pascit me, & nihil mihi deerit. Et a domino audi-
 ent: In pascuis uberimis pascā eos. Et ingredientur &
 egredientur, & pascua inuenient. Et pascētur pauperes
 per eum qui eos percuit ut emēdet, & in pace requies-
 cēt: siue pastore sollicito ipsi agent fiducialiter, & cū La-
 zaro requiescēt in sinu Abrahae. Qui autē contriuerunt
 iugum & uirgam percussoris sui, famem perpetuam su-
 stinebūt, ut non alatur sermone dei, sed omnes eorum
 reliquias intereat, ne quid de malo semine germinetur.

Psal. 103. d

Ioan. 8. f

Exo. 22. d

Heb. 12. b

Psal. 22. b

Ezech. 34. d

¶ Vnde

Ad scientiam transcendunt ueritatis. Dicit itaque ipsi Moab uel ei qui euaserit de Moab: Nihil agas absque consilio, nec circumferaris omni uento doctrinae, sed sequere eum qui magni consilii angelus est: Et coge conciliu, ut de uagis & erraticis, de ecclesiam facias. Umbraculum autem tuu

& tabernaculum, in quo prius requiesce re te putabas: quod erat noctis & tenebraru: pone in meridie hoc est in clarissimo lumine, in quo abscondere debes de errore fugietes, & prius uagos ultra non prodere. Omne Moab per fugi mei qui te dereliquerant: qui de ecclesia egressi erant, & dimittentes doctrinam spiritus sancti, suum sensum sequebantur: uel qui habitauerat apud te: cum eos coeperit uastator diabolus persequi: tu eis ad domini timorem totamente conuersa praebeo latebras: & scito, quod post aduentum agni qui de Petra deserti ortus est dominator uniuersae terrae, & uenit ad montem filiae Sion: finita sit omnis potentia diaboli, quae pulueri comparatur. Et consumptus est miser, qui multos fecit miseros, & defecit qui conculcabat omnem terram, eos uidelicet qui terreni erant. Illo autem consumptio: quod tunc ad nihil & penitus deficiente: praeparabitur solium & regnum sempiternu. Primu in misericordia: Omnes enim sub peccato sumus & indigemus gratia dei. Et sedebit in tabernaculo Dauid, quod corruerat & succitatum est, qui post misericordiam iudicet & quaerat iustitiam: & reddat unicuique secundu opera sua. Consideremus a principio uel oneris uel sermonis Moab, in quo dicitur: Nonne uastata est Ar Moab, & caetera usque ad hunc locum: & uidebimus quomodo per gradus & ordinem poenitentiae de Moabitibus Israelita fiant, & fugiant quasi aues, & auolent quasi pulli de nido: ut transcendat per Arnon, & habitent in monte filiae Sion, & omni diaboli uel Antichristi potestate contraria, Christus regnet in his & ponat soliu suum, qui misericordia iustitiamque saluati sunt.

Rom. 3. e

Ioan. 5. d

Non enim pater iudicat quenquam, sed omne iudicium dedit filio. **a** ¶ *Audiuius superbiam Moab, superbus est ualde, etc.* Quarta obscuritatibus locus iste iuxta Septuaginta interpretes innotuit sit, ex eo perspicuum est, quod legi uix potest. Dicamus ergo iuxta Hebraicum. Motus est scripturarum, ut postquam desperationem mentis humanae lato nuncio subleuarint: rursum negligentes & nolentes agere poenitentiam, comminatione deterre antene bonitas dei induret cor nostru. Cuius rei unum tantu ponamus exemplu. In centesimo quadagesimo quarto psalmo legimus, Suauis dominus uniuersis, & miserationes eius super omnia opera illius. Et post paululum: Sustentat dominus omnes qui corruunt, & erigit

omnes elisos. Oculi omnium in te sperant dñe, & tu das escam illoru in tempore opportuno. Cumque praemisset, custodit dñs omnes diligentes se ne te negligenter faceret a ditorem, intulit, Et omnes peccatores disperdet. Quia igitur consummato, Antichristo & pariete eius

scensu Arnon. In consiliu, coge conciliu, pone quasi nocte umbram tuam in meridie, abscondere fugietes, & uagos neprodas. Habitabunt apud te profugi mei. Moab esto latibulum eorum a facie uastatoris. Finitus est enim puluis, consummatus est miser, defecit qui conculcabat terram. Et praeparabitur in misericordia solium, & sedebit super illud in ueritate in tabernaculo Dauid, iudicans & quaerens iudicium, & uelociter reddens quod iustu est. **h e b.** ¶ *Audiuius superbiam Moab, superbus est ualde, etc.* Superbia eius & arrogancia eius, & indignatio eius **p** fortitudo eius. Idcirco ululabit Moab ad Moab uniuersus ululabit: his quae tabunt super muru cocti lateris, loquimini plagas eius: quoniam suburbana Efebon deferta sunt uinea Sabama. **b** Domini gentium exciderunt flagella eius: usque ad lazer peruenerunt. Errauerunt in deserto, propagines eius relictae sunt, transierunt mare. Super hoc plorabo in fletu lazer uineam Sabama: inebriabo te lachryma mea Efebon & Eleale, quoniam super uindemiam tuam & super messem

quoque famulum dei appellet homicida: & Iesu filio Naue detrahat, quasi homini sanguinario: quod tunc sanctitatis fuit, ut ad impiu sermonis eius sol lunaque conuiderint. Et Dauid, de cuius semine ortus est Christus, homicida & adulteru uocet: non respiciens eius poenitentiam & mansuetudinem, qua dei clementia comparatur. Sed quauis superbus sit & arrogans, & furibundus exulter, tamen plus audeat quam eius patitur fortitudo. Idcirco Moab ululabit ad Moab, id est, alter ad alterum, omnes uidelicet hereticorum & secularis sapientiae diuersitates contra se mugient, cum in tormetis fuerint. Quam ob rem his qui murus habent non quadris aedificata lapidibus, de quibus templum aedificatu est, & in tantum politis, ut malleus & securis non sit audita in domo dei: O uos ecclesiam magistri, uel qui estis de Moab errore saluati: annunciate plagas suas, quibus hereticoru iaculis uulnerati sunt. Omnes enim cogitationes eorum, quod significat Efebon, non ad urbis dominicae habitationem pertinent, de qua scriptum est: Fluminis impetus laetificat ciuitatem dei: sed suburbana sunt, ut ad urbem domini pertinere credantur, quae suburbana, dei sunt deserta praesidio, siue diuino igne combusta: praecipue uinea Sabama, quae interpretatur attollens altitudinem, eo quod in altitu se erigat, & superbiae suae turrim usque ad coelum extruere conetur. Quod autem in Lxx. positu est, *nois ueritatis de dei*, id est, habitatoribus Deseth: in Hebraico non habetur: sed pro hoc legitur *nois* quod testam siue cocti lateris significat. **b** ¶ *Domini gentium exciderunt, etc. uinea Sabama inebriabo te, etc.* Suburbana Efebon, de quibus, supra diximus

ximus, deserta sunt: & uinea Sabama quae interpretari potest, non solum extollens altitudinem, sed & conuersio aliqua: quia uidetur in regione Moabica ad dñi seruitutem aliqua ex parte uelle conuerti. Huius igitur uinea Sabama, dñi gentium apostoli & apostolici uiri: flagella & propagines penitus abscederunt: ne ex alijs haeresibus alia nascerentur haereses: & infinita errantiu fieret multitudo. Et non solum exciderunt propagines Sabamae: sed usque ad lazer peruenerunt, quae interpretatur fortitudo eorum: hoc est ad fortissima quaeque dogmata haeticoru & dialectica arte constructa: in quibus robur sui habere uidebantur erroris: & intantum eoru mucro bacchatus est, ut nouissime erraret in solitudine, & quae interficerent non haberent. Cumque illi exciderent flagella eius: tamen uirtio radicis pessima, propagines aliquae remanserunt. Dñi autem gentium transierunt mare, hoc est tentationes seculi huius: de quibus, in psalmo legimus: Veni in profundu maris, & tempestas absorbit me. Et in alio loco: Qui descendunt mare in nauibus, facientes operationes in aquis multis: ipsi uiderunt opera dñi & mirabilia eius in profundo. Ipsi ergo transierunt mare, ut opera dñi, & mirabilia eius in profundo tentationu conspicerent, dum liberantur ex eis. Itaque sermo propheticus plangit fortitudinem haeticoru, id est lazer: & uinea Sabama, quae se extollit contra scientiam dei. Et inebriabo te lachryma mea Efebon, cogitationes scilicet eoru: & Eleale: quibus ad excelsa conscendunt. Cur autem plangit lazer uinea Sabama, & inebriat Efebon, & Eleale lachrymis suis: ut dum ipse plorat, & illos plorare doceat. Quonia, inquit, super uindemiam tuam, & super messem tuam uox calcantiu irruit. Uinea enim Moabitaru propter uiciniam loci talis est, qualis & uinea Sodomoru: de qua dicitur: De uinea enim Sodomoru uinea eoru & propago eorum de Gomorra. Et in Septuagesimo septimo psalmo legimus de Aegyptu uinea, quam deus percussit grandine. Messes quoque Moabitica nascuntur in ualibus quae appellatur Raphaim: falsaque uindemia eius est uinea: de qua supra dicitur: Dñi gentium exciderunt flagella eius. Ipsi enim conterunt uuas amarissimas, & suis calcant pedibus: ne draconis de eis exprimant uenena, & omnes interficiantur bibentes. Auferet quoque laticia & exultatio haeticoru qua ante gaudent conuocauerunt: ut postquam egerint poenitentiam, illud mereantur audire: Beati lugentes quonia ipsi consolabuntur. Quodque addidit de Carmelo: hoc significat: non quod haetici uere Carmelum habeant, id est spiritualis circuncisionis noticia: sed quod falso habere se iactent. Cumque succisa fuerint uinea & ablata laticia, & exultatio de falli nominis scientia: tunc nullus erit de pristinis calcatoru, quod calcet uuas quas ante calcauerat, & uox eorum aeterno obmutescet silentio. **a** ¶ *Super hoc uenter meus ab Moab, etc.* Destruo errore Moabico: imo falsalaticia in luctu lachrymasque mutata: uenter meus, prophetae qui instar citharae musica arte coposuit est: & qui de dei timore concipiens, multos liberos procreauit, ita ut nulla sit chorda quae non reddat sonu suu: resonabit luctu ageris poenitentia Moab, & omnia uiscera mea ad muru cocti lateris: per quo interpretatus est Theodotio,

Psal. 68. d
Psal. 106. d

Deut. 32. d

Matth. 5. d

messem tuam uox calcantiu irruit. Et auferet laticia & exultatio de Carmelo: & in uineis non exultabit, neque iubilabit: uinum in torculari non calcabit quod calcare consueuerat: uocem calcantiu abstuli. **a** *Sup hoc uenter me* ad Moab quasi cithara sonabit: & uiscera mea ad muru cocti lateris. Et erit cithara apparuerit quod laborauit Moab ab excelsis suis, ingredietur ad sancta sua ut obsecret, & non praeualebit. Hoc uerbu quod locutus est dñs ad Moab ex tunc. **b** *Et nuc locutus est dominus, dicens: In tribus annis quasi annis mercenarij auferetur gloria Moab super omni populo multo: & relinquetur paruus & modicus, nequaquam multus.*

ad murum dissipatum: Omnia enim contrarioru praesidia in quibus antea confidebant, destruentur & corruent: Haec sunt autem uiscera, & interiora prophetae, de quibus, & Dauid dicebat in psalmo: Benedic anima mea dño, & omnia interiora mea nomen sanctu eius. Quo modo enim cithara non

Psal. 102

emittit uocalem sonu atque compositu, si saltem una chorda rupta fuerit: sic spiritalis uenter prophetae si una in eo uirtutu chorda defuerit, non poterit melos dulce resonare: nec ad latericu muru cuius clamare uisceribus. Philosophorum quoque sententia est haere sibi uirtutes, & apostoli Iacobi: ut cui uina defuerit, huic omnes

Iacobi 2. b

desse uirtutes. Cum autem intellexerit Moab frustra se in his quae prius putabat excelsa dogmatibus laborasse: ingredietur ad sancta sua, non quae per se sancta sunt: sed quae sancta errans arbitrabatur: & auxiliu in uenire non poterit. Vel certe deserto errore mendacij ad sancta ecclesiae intrare conabitur: ut sua ea faciat, & oret, & obsecret: sed non praeualebit: Neque enim statim ut uoluerimus, perfecta possumus capere uirtute. Quo dicitur: Hoc uerbu quod locutus est dñs ad Moab ex tunc: poemio in quo dixerat: uerbu contra Moab siue onus: sciamus epilogu redditu: ut quod ibi coeperat, hic compleuerit. Ex tunc autem intelligendu, ex quo coepit ad eum loqui: ut omne quod dixit, unu uerbu dei sit, id est una sententia. Porro iuxta Lxx. qui interpretati sunt: Interiora prophetae quasi muru renouata a deo: & erubescere eu, id est Moab & intrare ad aras, & ad ea quae manu facta sunt: ita differere possumus, ut dicam: semper propheta renouari uiscera, & a deo fieri fortiora: ut aduersarij confundant, & ea quae humana manu fabricata sunt cassa intelligant, & nihil ad salutem proficiantia. **b** ¶ *Et nuc locutus est dominus, dicens: in tribus annis quasi annis mercenarij auferetur gloria Moab, etc.* Tres anni in quibus, auferet gloria Moab super omni populo eius multo, uel diuitijs multis, uel Lxx. transulerunt, mystice intelligendi sunt. Sicut enim misericordia dñi in ponderibz est atque mensura: sic & cruciatus ac supplicia habent mensuram suam: ut postquam tres anni transierint, in quibus relinquetur paruus & modicus & nequaquam multus: tunc inglorius esse desistat. Et hoc notandu, quod iuxta Ezechielis prophetiam: quando dies pro annis numerantur Israeli, hoc est decem tribubus, quae maiora peccauerat: supputentur in poenis, anni trecenti nonaginta, ut in Hebraico continetur: non centu nonaginta, ut uulgata additio habet: & Iuda in quo erat templu dei anni quadraginta. Qui enim paruus est meret misericordia: Potentes autem potenter tormenta patiuntur: Et seruus qui scit uoluntate dñi sui, & non facit eam, uapulabit multu. Moab igitur quia externus erat, nec de populo dei, sed relicto errore conuersus: non annis pluribus: sed tantu tribus paruus & modicus, & inglorius relinquet. Ipsi sunt anni, de quibus, & alibi legimus: Recordamini dieru seculi. Et iteru: Cogitauit dies antiquos, & annos aeternos in mente habuit. Si enim umbrae & exemplaribus seruiebat iuxta carnem Israel: & omnis eorum solennitas futuroru erat ty pus: quare non & anni praesentis temporis, futura tempora praefigurat: de quibus, & in alio loco legimus: Quia facietis in diebus conuentus, & in diebus festiuitatis do-

Ezech. 4. b

Sap. 6. a
Luc. 12. f

Psal. 76. b

Amini: Quodq; jungitur: Quasi anni mercenarij: hoc ostendit quod falsa doctrina, p lucro cuncta faciat atq; cōpendio: Omnis em̄ mercenarius, & qui non est pastor, cuius nō sunt oves: cū uiderit lupū uenientē fugit, quia mercenarius est, & oves ad eū nō pertinet. Quā ob rem purto aduenā & mercenarium de sanctis nō comedere: nec seruos sanctorū esse participes: Nō em̄ ob dilectionē dñi, sed ob mercedē cuncta faciūt: qui comedūt domos uiduarū & proprios abducūt greges: ut lanis eorū uestiantur, & lac mulgeant. Quod de doctrina diximus mercenaria, referamus ad cetera. Si prabeo elec

Osee. 9. a
Ioan. 10. b

Math. 23. b

mosynā, ut glorificer ab hominibus, recepī mercedē meā, & mercenarius appellāus sum. Si castū esse me simulo, & aliud est in cōscīentia mea: habeo nō gloriā mercenarij, sed supplicia peccatoris. Et in cōparatiōe duorū malorū: leuius malū est aperte peccare: quā simulare & fingere sanctitatē. Verū & in hoc, pfectus est Moab, ut q prius multos erroris sui habebat comites, postea redigat ad paucos: uel q prius multus erat in diuitijs peccatorū, post penitentia parus & paup sit in malicia. Libri sexti commentariorum in Esaiam finis.

DIVI HIERONYMI PRESBYTERI IN SEPTIMUM
Commentariorum Esaiæ ad Eustochium prooemium.

SEPTIMVS liber idē iuxta Anagogen secundus est: imō extremus. In hoc em̄ decem uisionum tropologica explanatio terminatur: quem cum tuis Eustochiū precibus, & Christo auxiliante compleuero, ueniam ad octauum: & utranq; explanationem iuxta priores usq; ad quartum libros pariter explicabo.

COMMENTARIORVM HIERONYMI
in Esaiam prophetam liber septimus.

NV S Damasci.] Symmachus & Theodotio, assumptio Damasci: Lxx. uerbum contra Damascum, addentes de suo, quod &

A benedicitur atq; laudatur nomen domini dei quondā Israel, siue hominis uidentis deum. Iuxta Septuaginta, omnia quæ de sanctis intelleximus, referri possunt ad impios: quod quū fuerit finita uindemia; tunc illi clament in supplicijs cōstituti: Qui aut euaserint impiorū numerū, latentur in gloria domini, & cōturbentur aqua puluorū huius seculi. *a* ¶ *Ab alis terræ portenta, etc.* Et dicent, *Mysterium meum, etc.*] Hoc quod dicitur, mysterium meum mihi: in Septuaginta non habet, sed de Theodotionis translatione in Græco additum est. Rursum p eo quod illi posterunt Væ, ut sequenti uersiculo iugeretur: in Hebraico dicitur *וַיִּשָׁא* quod proprie sonat, *Væ mihi*. Pro finib. quoq; quod nos ppter explanationem sensus apertius posuimus: in Hebraico habetur *וַיִּשָׁא* quod alā non finem sonat. Hi ergo de quib. supra dictū est, *Leuabūt uocem suam atq; laudabūt*, quum hincierint de mari, & in doctuinis glorificauerint dominū, & uiderint in insulis maris laudari nomē domini dei Israel, tunc consona uoce cantabūt & dicent, *Ab alis terræ, hoc est, a pphetis, & a sanctis domini, qui assumptis alis columbe, ad cælorum regna festinant, laudes eius audiuius predicari, & q gloria uel spes iusti nō sit irrita, sed reb. omnia cōpleant.* Dicentibus itaq; hæc sanctis, & hincientib. de mari, & leuantibus uocē suā atq; laudantibus, propheta sibi metipso loquitur. Quū, inquit, hæc audissem, & in subuersionē orbis uaticiniū prophetarū explendū esse perspicerē, loquutus sum mihi in interno cordis affectu: Non possum cūcta narrare quæ cerno: hæret lingua faucibus meis, uox dolore concluditur. Væ mihi quantus ordo poenarū ante oculos uersatur meos: cerno presentia quæ futura sunt. Errant aut qui hoc putant ex persona dei debere intelligi, rerū ordinem nō sequentes. Mirorq; quo sensu p psalmis & laudibus, quod in Hebraico legitur *וַיִּשָׁא* Septuaginta *τοῦ ποταμοῦ*, id est, portenta, interpretati sunt: nisi forte signū est atq; portentiū, ut excludo populo Iudeorū, incredula prius gentiū turbafaluet. *b* ¶ *Præuaricātes præuaricati sunt, et præuaricatiōe, etc.*] Hæc est causa luctus & gemitus mei propter quā secundū dixi, Secretū meū mihi, secretū meū mihi: quia omnes præuaricati sunt legē dei, & nequaq; dñi poena differunt, nec futura prædicat, sed imminet, & habitatores terræ captos tenet. Quomōdō se putauerint fugisse ex alio incident in aliud, & quocūq; se uerterint, impendent irā dñi nō euadēt. *c* ¶ *Quia cataractæ de excelsis apertæ sunt, etc.*] Propterea formidinem & laqueum & foueam domini nullus euadet, quia cataractæ de excelsis, siue ut Septuaginta manifestius transtulerunt, *ὅτι θύραδες τῆς οὐρανῆς ἠνεῴχθησαν*, id est, fenestras cœli apertæ sunt, ut despiceret dñs hominum uniuersa peccata, quæ prius quia non puniebat, uidebat peccatoribus uignorare. Postquā autem apertis fenestris uidit cūcta opera mortalium, cōcussa sunt fundamēta terræ. Iuxta illud quod in alio loco de dei uultu scriptū est, *Qui respicit terrā, & facit eā tremere, tunc confringetur, & conteretur, & cōmouebit atque agitabitur terra in similitudinē ebrii: nō q ipsa terra redigat in puluere & in nihili, sed q uniuersa terrena pertranserant & succedat alia cōuersatio. Et quod ebrius nescit qd agat, sed hebescentibus ebrietate neruis, nec pes, nec mens stat in suo officio: sic omnis terra, id est, oēs homines qui uersantur in terra, malorū magnitudine atq; poenarū ebrii erunt, & stupebunt ad cūcta quæ cernēt. Et sicut unius noctis tabernaculū atq; tentoriū transfertur de loco ad locum: & locus tētorij*

S E P T. mini gloriosum erit domini dei Israel. *a* Ab alis terræ, portenta audiuius, spes iusti, & dicent: Mysterium meum mihi. Væ præuaricatoribus: & reliqua. Væ præuaricatoribus, qui præuaricantur legem. Timor & fouea & laqueus super uos qui habitatis terram. Et erit qui fugerit timorem, cadet in foueam, & qui exierit de fouea, capietur laqueo. *c* Quia cataractæ de excelsis apertæ sunt, & cōcutientur fundamenta terræ. Confractioe cōfringetur terra, contritione conteretur terra, cōmouebitur terra. Agitatione agitabit terra sicut ebrius, & auferetur quasi tabernaculum unius noctis, & graua bit eam iniquitas sua, & corruet, & non adijciet ut resurgat. *d* Et erit in die illa uisitabit dominus super militiā cœli in excelsis, & super reges terræ qui sunt super terrā. Et congregabuntur in congregationē unius fascis in lacū, & claudentur ibi in carcere, & post multos dies uisitantur. Et erubescet luna, & confundetur sol, quū regnauerit dominus exercitū in monte Sion & in Hierusalem, & in conspectu senum suorum fuerit glorificatus. Domine

A appellatur *וַיִּשָׁא* uerbi ambiguitate decepti. Rursum pro *וַיִּשָׁא* id est, calore, per quem intelligitur sol, posuerunt murum, qui Hebraicè dicitur *וַיִּשָׁא* Est autem hic sensus rotius capituli: Fenestra cœli apertæ sunt, ut prospiciente dño terrena peccata, omnis figura terrenorū operum præteriret & corrueret, & nequaquam ultra in pristinū statū resurgeret. In die illa, hoc est, in die iudicij, uisitabit dñs super militiā, siue super ornatū cœli in excelsis, ut nō solū terrena, sed & cœlestia iudicet. Quis sit aut ornatu cœli siue militiā, Moysē scribente discamus: *Caue ne suspiciens cœlū & uidens solē & lunā, stellas & omnē ornatū cœli, decipiaris, & adores ea. Uisitabit aut dñs secundū idioma scripturarū quasi agrotantem militiā & exercitū cœli, & ferro & cauterijs indigentē, secundū illud, Uisitabo in uirga peccatorum, & in flagellis iniquitates eorū. Nā b & in sequentibus legitur: Inebriat⁹ est gladius meus in cœlo. Et in Iob, Astra nō sunt munda in conspectu ei⁹. Et, Aduersum angelos suos peruersum quid reperit. Uisitabit quoq; super reges & principes terræ, retores tenebrarū istarū, & spiritualia nequitie in cœlestib⁹. De quib. principibus diuersis prouincijs presidentibus & in Daniele scriptū est, Exiit in occursum mihi princeps regni Persarū, & princeps regni Medorum & princeps regni Græcorū. Hos igitur principes qui suū nō seruauerunt gradum, congregabit dñs in die iudicij, quasi in uno fasce pariter colligatos, & mittet in lacū inferni, ut in illis quoq; impleatur quod de impijs scriptū est, *Lacum aperuit & effodit eum, & incidit in foueā quam fecit. Et includentur in carcere.* Iuxta illud quod ait dñs, *Ite in ignē aternū, qui preparatus est diabolo & angelis eius.* Quod aut sequitur, *Et post multos dies uisitantur.* Vide aplaudere amicis meis, qui diabolo & dæmonibus dant poenitentia, quod multa post tempora a dño uisitent. Sed considerent q non dixerit aperte scriptura diuina: Uisitabunt a dño, uel uisitantur ab angelis: sed absolutē, uisitantur. Ex qua ambiguitate uerbi & remediū potest intelligi & correptio: quod postq iusti premia receperint, illi in poenis perperuis uisitentur. Est tamen sciendum, q iudicium dei humana non possit scire fragilitas, nec de poenarū magnitudine atq; mensura ferre sententiam, quæ domini arbitrio derelicta est. Tunc erubescet luna, & confundetur sol: iuxta illud quod Apostolus ait, *Etenim creatura ipsa congemiscit & parturit, cernens homines qui suo fruebantur lumine, nihil dignū dei bonitate fecisse, qui solem suum oriri facit super iustos & iniustos.* Quomodo*

Domine deus meus, exaltabo te, confitebor nomini tuo, quoniam fecisti mirabilia, cogitationes antiquas fideles: amen. Quia posuisti ciuitatem in tumulum, urbem fortem in ruinam, domum alienorum ut non sit ciuitas & in sempiternum non edificetur. Super hoc laudabit te populus fortis, ciuitas gentium robustarū timebit te. Quia factus es fortitudo in tribulatione tua, spes a turbine, umbraculum ab æstu: spiritus em robustorum quasi turbo impellens parietem. Sicut æstus in siti tumultum alienorū humiliabis: & quasi calore sub nube torrente, propaginem fortium marcescere facies. qui imitantur uetustum dierum, cuius casaries describitur candida, ut ætatis longitudo monstret. Cane em hominis sapiētia eius. Potest hoc & de ecclesiastico gradu intelligi si tamē non destruant operibus dignitatē.

Domine deus meus es tu, exaltabo te, confitebor nomini tuo, quoniam fecisti mirabilia, cogitationes, etc.] Duplex huius loci expositio est: Iudæi putant uocē sanctorum esse populū credentis, quū deus aduersum omnem orbē quæ supra dicta sunt, fecerit, & omnium propherarū fuerint cōpleta uaticinia: ciuitatemq; subuersam Romā interpretant, quæ delenda sit penitus: populumq; fortē qui laudet dñm, & cui factus sit dñs fortitudo in tribulatione sua & angustia, referūt ad Israel, qui de persequutione gentiū quasi in æstu ardentis imo & in siti liberatus sit. Alij uerō & melius & rectius ex persona propheta dicit intelligunt, pro passione domini saluatoris gratias patri referentis: quod fecerit mirabilia, & cogitationes antiquas ueritate cōpleuerit, quando stantes ad dexteram audient, Venite benedicti patris mei, possidete preparatū uobis regnum a cōstitutione mundi. Quod & Paulus intelligens loquebatur, Sicut elegit nos in ipso ante cōstitutionē mundi, esse nos sanctos & immaculatos: desideransq; fieri quod propheta, adiungit uerbū Hebraicū *וַיִּשָׁא*: pro quo Lxx. trāsulerunt *ὑποψία*, id est, fiat. Et dñs in euāgelio saepe hoc uerbo uti: Amen, amen: id est, Verē, uerē dico uobis. Quare aut laudet & cōfiteatur nomini domini: & quæ sint ista mirabilia, & cogitationes antiquæ, quas ueras opere

Psal. 107. e
Deut. 4. c
Psal. 88. e
Isa. 34. d
Iob 25. b
Isa. 4. d
Dan. 8
Ibid. 7. d
Matth. 25. d
Rom. 8. d
Matth. 5. g

ibid. 24. c
Heb. 12. c
Gen. 25
Matth. 25. c
Eph. 1. a
Ioan. 6. f

A opere demonstravit: sequitur, Quia posuisti civitatem in tumulū, urbē forte in ruinā, domū alienorū ut non sit civitas, & in aeternū non aedificet. Civitas quondam fortis Hierusalē intelligitur, quae facta est domus alienorum: de quibus saluator dicit in psalmo: Filij alieni mēriti sunt mihi, filij alieni inueterauerūt & claudicauerunt in semitis suis. Haec civitas quum destructa fuerit, in aeternū non aedificabitur, ut mililē annorū regnū & aeternā Hierusalē atq; gemmatē somnia cōquiescant. Destructa autē Hierusalē proim pietate sua, laudabit dominū populū fortis. Quis sit autē populū fortis, sequens uersus ostendit, Civitatem gentiū robustarū timebit te, Illis blasphemantib; gētium populū te timebit. Principiū em̄ sapientiae timor domini. Laudabitq; te populū fortis, & civitas gentiū robustarū timebit te: hoc est, ecclesia de gentib; congregata: Quia factus es fortitudo pauperi Christo tuo: de quo & in psalmis legitur Beatus qui intelligit super egenū & pau-

perem. Et in Zacharia secundum Hebraicam ueritatē: Pauper, hoc est *יִתְוָם* super pullū asinae sedere describitur. Fortitudo egeno, in tribulatione passionis suae pes: a turbine patibuli, & umbraculū ab aestu, quando loquutus est: Pater, in manus tuas cōmendo spiritum meum. Quomodo enim si uentus impingatur parieti atq; petranfcat, sicut turbo blasphemantū iudaeorū illi nocere non potuit. Et ut alia utar similitudine: Sicut p' pago grauisimo torretur aestu atq; flaccescit, ita tumulū & clamorē alienorū, hoc est q' a te alieni facti sunt, marcescere facies & perire. Iuxta Lxx. interpretes nō dico sensum sed uerborū ordinem & cōsequentiā in hoc loco reperire nō potui. Et pro eo loco ubi nos interpretati sumus, sicut aētū in siti: pro quo in Hebraeo scriptū est *יָבֵשׁ* quod apud eos inuitum uel sitis dicitur: quare illi pro inuio & in siti, uerterint, in Sion: error perspicuus est ob similitudinē uerbi *יָבֵשׁ* & *יָבֵשׁ* quod eisdem signatur elementis. a ¶ Et faciet dominus exercitū, etc. Et precipitabit, etc.] Pro eo quod nos uertimus colligati facie uinculi colligati super omnes populos, Aquila interpretatus est, faciem tenebrarū super omnes populos. Quumq; Agla bis tenebras dixerit, Theodotio semel tenebras nominauit, caetera similiter. Pro quo Symmachus transfudit, faciem dominatoris qui dominatur super omnes populos. Quid autē uoluerit pro hoc loco Septuaginta dicere, Trade omnia hac gentibus: legenti perspicuū est, quod nō scriptura uerba, sed suum sensum posuerint: eo quod omnia mysteria legis & tēpli transferenda sint ad ecclesias nationū. Post passionem ergo domini quando eum a siti & aestu ac turbine

liberauerit, faciet dominus nequaquā populo iudaeorū, sed omnibus gentibus in monte Sion pingue conuiuium, holocausta medullata, & uinum uindemiae defecata, ut precipitet & absorberi faciat faciem mortis & uinculi, quo omnes populi ligabantur, distumpetq; rete mortis, & telam quae oēs ceperat natiōes. Et iuxta Apostolum absorbebit mors in perpetuū. Et auferet dominus lachrymā ab omni facie, quando morte superata Christi aduenerit regnū, & opprobriū generis humani, quod ad imaginē conditū fuerat creatoris, diaboli & mortis effugerit seruitutē. Nec mirum si iuxta Symmachū domina appellatur mors, quum beatus apostol' dixerit, Regnauit mors ab Adam usq; ad Moysen, etiā sup eos qui non peccauerunt, in similitudinē prauaricationis Adam. Dominatorē omniū populorū, siue facie tenebrarum super omnes populos & telā quae ordita sit super omnes gētes, quidā Antichristum intelligi uolūt, qui in monte oliueti confusum sit: quod & in Danielis ultima diximus uisione. Iuxta Septuaginta, omnibus gentibus in monte Sion conuiuium latitiā preparatur, in quo bibent uinum, quod se dominus cum sanctis suis in regno patris sui bibiturū esse promisit, & ungentur unguento, ut renati in Christo efficiantur populus nouus: unde dicitur, Trade omnia hac gentibus, quae quondam Israel in typo & imagine celebrabat. Hoc enim consilium domini est, ut cuncta transferantur ad gentes, quia mors absorpta est, & lachryma omnis absterfa, & opprobrium uniuersae terrae, Christi imperio succedente deletū est. b ¶ Et dicent in die illa, Ecce deus noster iste, expectauimus eum, etc.] Absorpta morte in perpetuum, populū dei qui de manu mortis fuerit liberatus, dicit ad dominum: Ecce deus noster iste, quem increduli hominem tantum putabant: & expectauimus eum: hoc est, uerbis eius credidimus, quia sua promissa cōpleuit & saluabit nos. Propterea eius auxilio de faucibus mortis erepti, exultabimus & letabimur in eo, & manus atq; eius potentia requiescet in monte isto. De quo supra legitur, Quum regnauerit dominus exercituum in monte Sion & in Hierusalem & in conspectu senum suorum fuerit glorificatus, Moab autem quod interpretatur de patre, ita conteretur, ut solent plaustro paleae conterf. Hoc iuxta ritum loquitur Palaestina, & multarū Orientis prouinciarū, quae ob pratorū & foeni penuriam, paleas praeparant esui animantū. Sunt autē carpenta ferrata, rotis per mediū in ferrarū modū se uoluentibus, quae stipulam cōterunt, & cōminuunt in paleas. Quō igitur plaustri

A plaustri ferratis paleae cōteruntur, sic cōteretur Moab sub eo, siue sub dei potentia, siue in semetipso, ut nihil in eo integri remaneat. Et sicut solet qui a natat, totum corpus extendere, ita ille de sua potentia allidet in terrā, & ruens sonitū faciet. Omnia quoq; munimēta sublimiū uiorū illius siue murorū, ut in Hebraico cōtinetur, cōcidet & humiliabunt, & detrahent in terrā usq; ad puluerē cōminuta. Igitur sermo propheticus licet de con summatione mundi generaliter textat uaticiniū, tamē ne praesentia omnio uideatur negligere, nominat Moab, q' fuit inimicus Israel, intantū ut faceret eos fornicari cum Madianitis, & consecrari idolo Beel phegor, qui interpretat Priapus, contra quē & Hieremias loquitur, Egre diec chamos in captiuitatē, sacerdotes illius & principes eius simul. Et iterū, Cōfundet Moab in chamos, sicut cōfusa est dom' Israel in Bethel: & reliqua his similia: atq; ex uno idolo & demone, qui huic idolo praedebat, oēs in dicat cōtrarias fortitudines humiliadas & deducen das in tartarū, & instar palueris cōterentur. Si autem hoc ita erit, ubi est diaboli poenitentia?

IN die illa cantabit canticū istud in terra iuda: Urbs fortitudinis nostrae: saluator ponec in ea mur' & antemurale. b Aperite portas & ingrediat gēs iusta, custodiēs ueritatē. Vetus error abijt, seruabis pacem, pacem, quia in te sperauimus. Speraftis in dño in seculis aeternis. c In domino deo forti in perpetuū, quia incuruabit habitantes in excelso, ciuitatem sublimē humiliabit, humiliabit eam usq; ad terram, & detrahet eam, etc.] Quū humiliat' fuerit Moab, & detrahet' ad terrā usq; ad puluerē, & omnes inimici substrati Christi pedibus, tūc cātabit canticū istud in terra iuda siue iudaea, qd' interpretat utrunq; confesio: ut quō Sio & Hierusalē urbē coelestē intelleximus, ita & regionē huius urbis intelligamus. Deniq; sancti in terra aliena carne iudaea cantare nolentes, dicūt: Quō cantabimus canticū dño in terra aliena? Ego puto hoc esse canticū, de quo & in alio loco sanctus praecipit, Cantate dño canticū nouū. Erit autē canticū hoc qd' sequit, Vrbs fortitudinis nostrae saluator. Quae est ista urbs? Quae in monte sita latere nō potest. De qua & in alio loco scriptū est, Fluminis imperus latificat ciuitatē dei. Et rursum, Gloriosa dicta sunt de te ciuitas dei. Huius urbis ille cōditor est, de quo loquit pater: Iste aedificauit ciuitatē meā, imō urbs fortitudinis nostrae saluator est, id est, Iesus. Et ponetur in ea murus & antemurale. Murus honorū operū & antemurale rectae fidei, ut duplici septa sit munimento. Non em̄ sufficit murū habere fidei, nisi ipsa fides bonis operibus confirmet. Hic murus & hoc antemurale siue circumurale, de uisus lapidib; extruitur: qui iuxta propheta uolunt super terrā. Pro eo quod nos uertimus, antemurale, Symmachus, firmamentū interpretatus est: ut ipsi muri munitionibus cincti sint, & uallo fossaq; alijs muris, quos in edificatio ne castrorum solent lorculas dicere. b ¶ Aperite portas, etc.] Omne hoc canticū qd' in terra cōfessionis & laudis sancti cantaturi sunt, murat repente psonas, & quasi per interrogationē & respōsionē textitur. Dixerat populū dei, urbs fortitudinis nostrae saluator, ponetur in ea murus & antemurale. Respondit dñs, imō praecipit nō eis qui hoc dixerāt, sed angelis qui portis urbis dominicae praedebant, ut aperiant portas & ingrediat per

eas gens iusta, custodiens ueritatē: siue ut in Hebraico dicitur *צדקה*, quod nostra lingua uertit, fides, plura li numero, nō singulāri. Quae sunt portae quae aperiuntur ab angelis, ut ingrediat non populus iudaeorū, qui abiectus est, sed gens iusta, quae ex fide fidelū nomē accepit: utiq; illae de quib; sanctus loquitur, Aperite mihi portas iusticiae: ingressus in eas cōstetbor dño. Has autem portas nullus poterit ingredi, nisi q' de portis mortis fuerit liberatus, & cū Psal mista dixerit, Qui exaltas me de portis mortis, ut annuncie omnes laudationes tuas in portis filiae Sio. Quū em̄ de portis mortis fuerim? erepti, tūc in portis filiae Sio omnes laudationes dñi cātare poterimus. Et quomodo portas mortis reor esse peccata: de quibus ad Petrū dicitur: Sic portas iusticiae, omnia opera uirtutum, quas qui fuerit ingressus, unam inueniet portā: de qua dicitur, Haec porta domini, iusti intrabūt in eam. Et quomodo per plures margaritas ad unū pergitur margaritū, sic per multas uias & portas peruenimus ad eum qui dicit esse deum & portam, per quam ingredimur ad patrem. Post sermōnem dei, respondit populū Hebraicē *יְהוָה יְהוָה* Quod Aquila & Symmachus similiter translulerunt, *τὸ θεὸν ἡμῶν ἐπὶ τῆς πόλεως*, hoc est, Error noster ablatas est: siue Cogitatio nostra firmata est, quae prius inter te & idola fluctuabat: ut nequaquam circumferamur omnino uento doctrinae, sed in te dominū saluatorem tota mente credamus. Pro quo nos ut sensus manifestior fieret, transfuimus, Vetus error abijt. Et quia cogitatio nostra firmata est, propterea seruabis nobis pacem, quam apostolis pollicitus es, dicens: Pacem meam do uobis, pacem meam relinquo uobis: & non solum semel, sed secundo, ut secreta sit retributio quae duplici sermone promittitur. Iuxta quod & Apostolus loquebat: Gaudete, iterū dico gaudete. Hoc autem ille consequitur, de quo in Leuitico dicitur: Homo, homo, filiorū Israel. Et in Numerorū libro: Vir, uir, cuius uox cubile macularit, ut duplex homo & duplex uir pacem duplicē consequantur. Meremur autem, inquit, pacem, quia in te tota mente confidimus. Post populū uerba & respōsionem domini, & rursum uocem populū, Propheta loquitur ad credentes: Speraftis uel sperate in domino, in seculis sempiternis: & caetera quae sequuntur. Iuxta septuaginta, ille ingreditur portas domini, qui custodit iusticiam in bonis operibus, & seruat siue amplectitur ueritatē in fidei ueritate, ut per bona opera & fidem perueniat ad pacem, quae omnem sensum exuperat: & ipsam pacem mereatur accipere, quia credidit in deum qui aeternus honorū operum retributor est. Vnde & in alio loco scribitur, Desiderasti sapientiam, serua mandata, & dominus tribuet tibi eam. c ¶ In domino deo sperati in perpetuum, quia incuruabit habitantes in excelso, ciuitatem sublimē humiliabit, humiliabit eam usq; ad terrā, detrahet eam, etc.] Et hac propheta loquitur, qui ab eo respondit loco in quo

1. Cor. 11.11
Rom. 4.1
Hier. 48.1
Psal. 136.6
Ibid. 95.4
Matt. 5.6
Psal. 4.5
Ibid. 86.4
1. Cor. 11.11
Phil. 4.4
Ibid. 6

Psal. 117.6
Ibid. 9. c
Ibid. 9. c
Ibid. 9. c
Matt. 16. c
Ibid. 14. d
Phil. 4. d
Ibid. 6

A quo supra dixerat, Sperate in dño in seculis æternis, & iungit ei quod nunc proposuimus, In dño deo forti in perpetuum: & reliqua. Pro domino deo forti, in Hebraico tria habet nomina...

H E B. detrahet eam usque ad puluerem. Conculcabit eam pes: pedes pauperis, gressus egenorum. Semita iusti, recta est: rectus callis iusti ad ambulandum, & in semita iudiciorum tuorum dñe sustinui mus te: nomē tuum & memoriale tuum in desiderio animæ, anima mea desiderauit te in nocte. Sed & spiritu meo in precordiis meis, de mane uigilabo ad te. Quis feceris iudicia tua in terra, iustitiam discit habitatores orbis. Misereamur impio, & non discet iusticiam: in terra sanctorum iniquus egit, & non uidebit gloriam domini.

Dominus Hierusalem: que occidit prophetas, & lapidauit eos qui ad se missi erant, & ad extremum patrisfamilias interfecit filium, ut hærede iugulato periret hereditas. Nec uocatur ciuitas, que Hebraice dicitur sed quam aquila interpretatur iniquitas: & quam nos uel ciuitatula, uel uiculu, uel oppidulu possumus dicere: & frequenter in scripturis hoc nomine appellat Hierusalem. Pulchreque duplicem humilitatem posuit: Humiliabit eam prima in Babylonijs, quando templum destrutum est, secundum sub Tito & Vespasiano, cuius ruina usque in finem permanet. Conculcabit eam pes: repetitque & copulat pedes pauperis, haud dubium quoniam Christi. De quo & supra diximus: factus est fortitudo pauperum, apostolorum scilicet, qui imitantes dñi paupertatem, etiam uirtutis eius priuilegium consequuti sunt: qui non recepti excusserunt super eam puluerem pedum suorum. Et quia saluatoris dicitur uerbis: Omnis qui se exaltat, humiliabitur, & qui se humiliat, exaltabitur: non solum hoc ad homines, sed & ad contrarias quoque fortitudines referre possumus. Iuxta Lxx. laudes deo propheta decantat: quod omnes superbos humiliet, & uniuersarum urbium inuicem usque ad solum diruat, & sanctorum eam mitiumque & humiliu calcant pedes. Semita iusti recta est, etc. Ad huc propheta de Christo loquitur, de quo supra dixerat: Conculcabit eam pes, pedes pauperis. Huius ergo iusti, semita recta est, siue (ut uerbum nouum iungam) rectitudinis: quas Graeci uocant obliuionem, & nos æquitates Latinius possumus appellare: diciturque Hebraice In una igitur Christi semita omnes iustitiae reperiuntur, & propterea eam suo calcant & triunt pede, ut quicunque per eam uoluerit ambulare, cursu ambulet inoffenso. In hac semita iudiciorum dñi, sustinuerunt eum sancti & sperauerunt in eo, quia spes non confundit. Et nomē illius & memoriale habuerunt in desiderio ani

ma, dicentes: Concupiuit anima mea desiderare iudicia tua in omni tempore. Et iterum: Desiderat anima mea, & deficit in salutari tuo. Qui autem nomen dñi habet in desiderio, aliud non desiderat. Et hoc notandum, quod desiderium dñi non in carne fit, sed in anima: iuxta illud quod in alio psalmo legimus, Sitiuit anima mea ad deum fortem, uiuum. Caro enim concupiscit aduersus spiritum, & spiritus aduersus carnem. Hac enim sibinuit aduersantur, ne quæ uolumus, illa faciamus. Quodque sequitur, In nocte: iuxta Septuaginta sequenti capitulo iungit, iuxta Hebraicum priorum. Ille autem potest dicere, Anima mea desiderauit te in nocte: qui cum Psalmita loquitur confidenter, La

S E P. & deduces usque ad pauimentum, & conculcabit eas pedes mansuetorum & humiliu. Via iustorum, recta: recta facta est uia iustorum & preparata. Via enim domini iudicium, sperauimus in nomine tuo: & in memoria qua desiderat anima nostra. De nocte consergit spiritus meus ad te deus, quia lux iudicia tua super terram. Iusticiam discite, qui habitatis super terram. Cessauit enim impius, & non discet iusticiam super terram: ueritatem non faciet, auferatur impius, ut non uideat gloriam domini.

curitate propheta decantat, Per diem sol non uret te, neque luna per noctem: id est, nec in prosperis nec in aduersis unquam de tuo moueris gradu. Sed & Hebraicum sequi, & uulgatam editionem non penitus pretereire, & hac rerum necessitate copellimur, diuerso ordine atque sermone diuersas intelligentias quaerere. Igitur quod dicitur, de nocte: iuxta Septuaginta huius capituli (ut diximus) principium est: iuxta Hebraicum, finis superioris testimonij: ut sit sensus, Desiderat anima mea ad te nocte: & postea incipiat, mane consergit spiritus meus ad te deus. Ideo autem mane consergit, quia lux precepta tua super terram. Seruans enim mandata tua & illuminatus eorum lumine, de quibus dicitur, Preceptum domini lucidum illuminans oculos, dormire nequeo, sed omni tempore te desiderans, meo ad te consergo spiritu. Et hoc obseruandum quod in nocte adhuc positi, animo desideremus dominum. Postquam autem spiritus noster in precordiis nostris tota se ad deum mente commouerit, mane uigilemus ad eum: atque ut manifestius dicam, animæ nox & desiderium, spiritui autem mane iungitur & uigilia. Porro spiritu in precordiis suis euigilat ad deum qui potest dicere: De profundis clamaui ad te, domine: Quis feceris iudicia tua in terra, iusticiam discant habitatores orbis. Misereamur impio, & non discet iusticiam: in terra sanctorum, etc. Dicamus primum iuxta Hebraicum, & si sensum propheta ualuerimus exprimere, tunc ad Septuaginta interpretes transeamus. Quandiu non exerceat iudicia tua super terram, & nec bonis bona, nec malis retribuis mala: iusticia tua, o domine deus, ignoratur in terra. Quum autem iudicij die pro qualitate operum unicuique reddideris quod meretur, tunc iusticia tua cognoscetur in orbem terrarum, quæ prius apud incredulos uidebatur iniusta: ita ut unus sanctorum quoque diceret: Mei autem penes moti sunt pedes, penes effusi sunt gressus

A sus mei, quoniam zelatus sum super iniquis pacem peccatorum uident. Ad quod respondit dñs: Misereamur impio, quod exceptis Lxx. omnes similiter transtulerunt. Et est sensus: Magis impius misericordiam consequatur, & discat clementiam meam, sum enim ipse saluator. Rursumque loquens dño, ex persona humane impatentia propheta respondit: Et non discet iusticiam. Estque sensus: Et quomodo poterit tuam nosse iusticiam, si tantum clementiam fuerit expertus? Redditque causas quare eum uelit dei iustitiam discere, quia in terra sanctorum inimique gessit, & contra sanctos tuos iugiter dimicauit: debet sentire tormenta. Rursumque dñs sententiam temperans, Et non uideat, inquit, siue non uidebit gloriam dñi. Estque sensus: sufficit ei pro uniuersa peccata quæ cum sanctis meis non uidebit in mea maiestate regnantem. Quidam impium, hoc est, diabolum intelligi uoluit, de quo in nono psalmo scribit: Increpasti gætes & peristi impius, nomen eorum delectum in æternum & in seculum seculi. Inimici defecerunt fraxina in fine, & ciuitates eorum destruxisti.

Nos autem generaliter impium, uel pro peccatore, uel pro eo qui dei cultum non habet, accipiamus. Iuxta Lxx. iubetur habitatores terra iusticiam discere. Omnis enim uir uidetur sibi iustus. Deus autem corda omnium nouit, qui reddet unicuique secundum opera sua. Et in alio loco eiusdem uoluminis dicitur: Sunt uia uiri, quæ uidentur rectæ: non uisima autem earum respiciunt in profundum inferni. Unde debemus iusticiam discere, nec confidere in proprio iudicio. Est enim iustus qui pereat in iusticia sua, non quo iustus sit, sed quo sibi iustus esse uideatur. Sin autem Christus factus est nobis a deo sapientia, & iusticia, satisfactio, & redemptio: quibus præcipitur ut cognoscant iusticiam, hoc iubet ut Christum discant atque cognoscant. Propterea autem præcipio ait, uobis ut discatis iusticiam, quia ablatas est impius, & regnum illius destrutum est: qui quæ diu regnabat in terra, iusticiam scire non poterat, nec facere ueritatem. De qua alibi scribitur, quod gratia & ueritas per Iesum Christum facta sit. Et quia in terra ueritatem non facit impius, auferetur. Non enim meretur dñm uideri regnantem. Domine, exaltet manus tua, & non uideant, etc. Hoc quod supra dixerat: & non uidebit gloriam dñi, potest sic intelligi: Postulas o propheta ut non miserear impio, ne si miserum eius fuero, incipiat nescire iusticiam, qui in terra sanctorum inique gessit, ego tibi respondeo: Ergo ne gloriam dñi non uidebit: ergo non cernet triumphos meos, qui magis me debet uidere regnantem, ut sciat quæ bono careat: & hoc pressius uoce interrogantis legendum est. Ad quod propheta respondit: Dñe, exaltet manus tua, & extendat ad percussorem tuum, ut te non uideant impij, & tuæ gloriæ ne ad poenitentem quidem lumine perficiantur. Cui respondit dñs: Videant magis & confundantur, uel zelus populj, uel zelantes populj, & ignis aduersarios tuos, id est sanctorum populj deuoret atque consumat. Ignis autem poenitentiam qui eorum corda excruciat, quod talem dñm perdidit

runt. Potest hoc & super Iudæis intelligi qui Christum brachium dñi nescierunt. Cumque uiderint eum atque cognouerint, quæ patibulo affixerant, confundentur. Tunc ineruditus populus & nesciens legem dei, zeli stimulis incitabitur, quando uiderit nationes in suum successisse locum, & igne poenitentia arserit, siue dolore supplicij, quæ do audierit illud quod scriptum est: Itæ in igne æternum, qui præparatus est diabolo & angelis eius. Domine dabis nobis pacem, etc. Notandum, quod postquam nobis opera nostra reddiderit, pacem daturus sit: & quod exponat causas, cur potest pacem. Pro cunctis enim operibus quæ operati sunt super terram, dicitur se sustinuisse tormenta: & iustum esse ut post supplicia atque cruciatum, misericordiam consequantur. Siue aliter: Quia uenit mundi summatio, & omnia quæ per prophetas loquutus es rebus expleta sunt, & reddidisti uniuersa quæ pollicitus es, tribue nobis pacem, quæ exuperat omnem sensum. Domine deus noster, possederunt nos domini absque te, etc. Idcirco misericordiam qua sumus & pacem, quæ post cuncta tribuenda est, quia nos absque te domini possederunt, idola uidelicet uel demones idolis adsidentibus, nihil aliud postulamus, nisi ut digni sumus post errores plurimos, qui tui nominis recordemur. Iuxta Lxx. qui dixerunt: Dñe deus, posside nos: hoc precantur, ut post pacem sibi reddita, dei possessio fiant. Quod quidem & de sapientia legitur, quæ iuxta Hebraicum loquitur in Proverbij: Deus possedit me in initio uiarum suarum: licet quædam exemplaria male pro possessione habeant creaturam. Denique sequitur: Ante omnes autem colles generauit me. Quod enim creatura generatio poterit coaptari, quæ magis possessioni congruit: Scriptum est in Deuteronomio: Nonne iste pater tuus possedit te, & fecit te, & creauit te? Et hoc considerandum, quod non dixerit, dñs siue deus possedit te, & fecit te, & creauit te: sed pater, ut clementia nominis austeritatem potentis mitigaret. Quodque sequitur: Dñe absque te alium non nouimus: non excludit filium, sed iungit patri: neque enim dixit, alium non nouimus, sed exiit te alium non nouimus. Cui autem dicat filius: Ego in patre, & pater in me: extra patrem non nouimus filium, quæ in patre cognoscimus etiam. Denique & nomē illius nominamus dicentes in oratione dominica: Pater noster qui es in cælis. Mortui enim uita non uidebit, etc. Symmachus more suo manifestus: Mortui non uiuificabunt: gigantes non suscitabunt. Propterea uisitasti & contriuiti eos, & disperdidisti omnem memoriam eorum. Dicamus primum iuxta Lxx. Quæstio uidetur esse difficilis, quod mortui uitam non uideant: Quæ si soluit, tam diu eos uita non uidere quam diu mortui sunt. Quod si dicam, cæcus non uidet lumem quam diu cæcus est: sicut autem receperit sanitatem, lumem aspiciet: sic & qui in iniquitate mortuus est atque peccatis, antequam uiuificet iusticia atque uirtutibus, per eum qui dicit: Ego sum uita, uiuere non poterit. Unde & deus uiuorum dicitur, non mortuorum. Anima enim quæ peccata uerit, ipsa morietur. Legimus in epistola quæ ad Hebraeos

Matt. 25. d. Notandum, quod postquam nobis opera nostra reddiderit, pacem daturus sit: & quod exponat causas, cur potest pacem. Pro cunctis enim operibus quæ operati sunt super terram, dicitur se sustinuisse tormenta: & iustum esse ut post supplicia atque cruciatum, misericordiam consequantur. Siue aliter: Quia uenit mundi summatio, & omnia quæ per prophetas loquutus es rebus expleta sunt, & reddidisti uniuersa quæ pollicitus es, tribue nobis pacem, quæ exuperat omnem sensum. Domine deus noster, possederunt nos domini absque te, etc. Idcirco misericordiam qua sumus & pacem, quæ post cuncta tribuenda est, quia nos absque te domini possederunt, idola uidelicet uel demones idolis adsidentibus, nihil aliud postulamus, nisi ut digni sumus post errores plurimos, qui tui nominis recordemur. Iuxta Lxx. qui dixerunt: Dñe deus, posside nos: hoc precantur, ut post pacem sibi reddita, dei possessio fiant. Quod quidem & de sapientia legitur, quæ iuxta Hebraicum loquitur in Proverbij: Deus possedit me in initio uiarum suarum: licet quædam exemplaria male pro possessione habeant creaturam. Denique sequitur: Ante omnes autem colles generauit me. Quod enim creatura generatio poterit coaptari, quæ magis possessioni congruit: Scriptum est in Deuteronomio: Nonne iste pater tuus possedit te, & fecit te, & creauit te? Et hoc considerandum, quod non dixerit, dñs siue deus possedit te, & fecit te, & creauit te: sed pater, ut clementia nominis austeritatem potentis mitigaret. Quodque sequitur: Dñe absque te alium non nouimus: non excludit filium, sed iungit patri: neque enim dixit, alium non nouimus, sed exiit te alium non nouimus. Cui autem dicat filius: Ego in patre, & pater in me: extra patrem non nouimus filium, quæ in patre cognoscimus etiam. Denique & nomē illius nominamus dicentes in oratione dominica: Pater noster qui es in cælis. Mortui enim uita non uidebit, etc. Symmachus more suo manifestus: Mortui non uiuificabunt: gigantes non suscitabunt. Propterea uisitasti & contriuiti eos, & disperdidisti omnem memoriam eorum. Dicamus primum iuxta Lxx. Quæstio uidetur esse difficilis, quod mortui uitam non uideant: Quæ si soluit, tam diu eos uita non uidere quam diu mortui sunt. Quod si dicam, cæcus non uidet lumem quam diu cæcus est: sicut autem receperit sanitatem, lumem aspiciet: sic & qui in iniquitate mortuus est atque peccatis, antequam uiuificet iusticia atque uirtutibus, per eum qui dicit: Ego sum uita, uiuere non poterit. Unde & deus uiuorum dicitur, non mortuorum. Anima enim quæ peccata uerit, ipsa morietur. Legimus in epistola quæ ad Hebraeos

Abraos scribitur. Ne rursus fundamentū iaciamus pœnitentiæ ab operibus mortuis. Sin autē peccata appellentur opera mortua, quare non ecōtrario uirtutes appellerentur opera uiuā. Quo dē sequitur: Nec medici scitabūt sensus perspicuus est, cōdemnari fabulas poetarū, qui ab Aesculapio faciūt Virbū suū scitātū. Non solū autē hoc de mortuis, sed de omni infirmitate dicendum est, quod absq̄ dei misericordiā nihil medēdi ars ualeat. Sed quomodo, Nisi dñs ædificauerit domū, in uanū laborauerūt qui ædificauit eam: Nisi dominus custodierit ciuitatē, frustra uigilauit qui custodit eam. Sic nisi dominus languorē curauerit, in uanū laborat medicus qui cupiunt sanare languētes. Nisi dominus custodierit sanitatē, in uanū custodiunt, qui etiā præcepta custodiētē salutis, p̄p̄rijs edunt libris: semperq̄ dicendum est nō solum in corporis, sed etiā in animæ sanitatē. Benedic anima meā dño, qui sanat omnes languores tuos. Porro qui peccato mortui perseuerant, & nulla arte medicinæ possunt recipere animæ sanitatem, isti disperdent & tollent à dño, & quicquid robustum est in eis, quod masculinū uocatur, penitus auferetur. Vnde & Pharaon non uult interficere sexum feminē, qui per se fragilis est & facile interire potest, sed omne masculinū, quod si aduētū fuerit & in ierusalem & tatem peruenerit, difficulter occidit. Iuxta Symmachum mortui nō uiuificabunt, quia peccato mortui, alios uiuificare nō possunt, nec pulchra laudatio est in ore peccatoris. Et gigantes, id est, non suscitabunt alios, qui ipsi iuxta Genesios librū appellant cadētes: Visitatq̄ eos dñs, ut & mortuorū & gigantū omnis deletur memoria. Sol' em̄ est qui suscitāt mortuos, de quo dicit: Sicut pater suscitāt mortuos & uiuificat, sic & filius uiuificat quos uult. Possunt mortuos simulachra appellare hominum mortuorū: & gigantes demones, qui simulacris eorū assidēt. Nec terere nos debet quare Lxx. masculū, & ceteri interpretes memoriam transulerunt, cum eisdem trib. litētis & & & utrumque scribat apud Hebræos. Sed quando memoriale dicitur, legitur quando masculinū. Et hac uerbi ambiguitate deceptū arbitrant Saul, quādo pugnauit contra Amalech, & interfecit omne masculinū eorum. Deo enim præcipiēte ut deleter omne memoriā Amalech sub coelo: ille p̄ memoria, nō tā errore q̄ præda seductus cupidine masculos interpretatus est, nesciēs illud Ap̄t. Nolite errare, deus non iridet. **a** ¶ Indulisti, Mala quæ Lxx. secūdo posuerūt, in Hebraico non habent, sed quia supra dixerat: Ideo induxisti & perdidisti & tulisti omne masculū eorū, eundē sensum secuti addiderūt de suo, mala, ut qui gloriosi in terra sunt, malis duplicib. opprimant. Porro iuxta Hebræos multo alter est sensus, & prior disputatōi cōgruēs. Dixerat dñs miseremur impio. Propheta responderat: Et ubi est iustitia tua? præsertim cū tanta mala in sanctos tuos opera tus sit. Ad quod dñs: Et non uidebit, inquit, gloriā domini. Rursus propheta: Exalterur manus tua ad percutiendum, & non uideant gloriā tuā, quam non merentur

aspicere. Ad quod dñs: Videant magis & cōfundantur. Rursus propheta: Domine pacē da nobis, & posside nos qui tui nominis recordamur. Impij autē & superbi non uiuant, nec resurgant in gloria, sed contere omnē memoriā eorum. Causasq̄ reddit cur eos cupiat interire: Indulisti genti dñe, indulisti genti: nunquid glorificatus es? Et est sensus. Sæpe misertus es gentibus, id est, humano generi & exercuisti in eas incredibilē clementiā: nunquid te cognouerūt: nunquid glorificauerunt nomen tuum? Nonne ecōtrario à te longe recesserūt: Securitas enim negligentia, negligētia cōtemptum parit. **b** ¶ Domine in angustia requisierunt te, Quia indulgēs sæpe contemptus es, nec glorificatus, sed ecōtrario oēs à tua scientia recesserūt, propterea domine percutere eos, ut in angustia te requirant, & in tribulatione murmuris doctrina tua sit eis, quando tantū eis malorū pondus incumbet, ut ne clamare quidē audeant cōfidenter, sed dolorē suū silentio deuorent. Iuxta Lxx. in tribulatione propheta domini recordat, iuxta illud quod in psalmo dicitur: De tribulatione inuocauit dñm, & exaudiuit me in latitudine. Et in alio loco: Ad dominū cum tribularer clamaui, & exaudiuit me. Vnde & Apostolus loquit: Tribulamur, sed non angustamur, persecutionē patimur, sed non derelinquimur. Et in alio loco: Non sunt condignæ passiones huius temporis ad uenturā gloriā quæ reuelabit in nobis. Si autē parua tribulatio docet & emendat & corrigit, quanto magis magna, quā admonetur conditionis nostræ & dei potentiæ recordamur. **c** ¶ Sicut quæ concepit cum appropinquauerit ad partū, dolens clamat in doloribus suis, sic facti sumus à facie tua domine, & ceteri. Sicut ad partū mulier appropinquans, dolore cogitur exclamare, sic nos in angustia requisierunt te, & à facie formidinis tuæ concepimus & parturiuimus & peperimus, non carnis liberos sed spiritus, ut tota in te mente credamus, ut quæ per beneficia non sensimus, per tormenta discamus. Hoc quod Lxx. addiderunt & τὸς ἐγὼν ἐκ τῆς ἀπορίας σου, id est, sic facti sumus dilectio tuo, pro quo ceteri transulerunt, sic facti sumus à facie tua domine, obelo prænotandū est. Possimus autē dilectū dñi Christum accipere, p̄pter cuius timorem concipimus & parturimus & parimus, & spiritū salutis facimus super terram. Potest hoc & apostolicus uir dicere: quando populos erudit, & imitatur apostolū Paulum: Filioli mei, quos iterū parturio, donec Christus formetur in uobis. An dubitādum est quod Paulus apostolus spiritū salutis fecerit super terram, qui de Hierusalē usq̄ ad Illyricū euangelii prædicauit, & quasi sapiens architectus fundamentū posuit, extra quod nullus alius potest ponere, qui est Christus Iesus: Siue igitur legerimus, propter timorem tuū domine in utero accepimus, siue iuxta Hebraicum, à facie tua domine concepimus, & in utero accepimus: Vtrunque ad id pertinet, ut ex timore & recordatione domini sermonem concipiamus dei, & illuminetur cor nostrum dicentium: Signatum est super nos lumē uultus tui domine. Et: Ostende faciē tuā, & salu erimus.

¶ Salutes

A ¶ Salutes non fecimus in terra, ideo non ceciderunt habitatores orbis, &c.] Diuersa interpretatio, necesse est ut diuersum habeat & sensum. Iuxta Hebraicū hoc dicitur: Quia nihil dignum tua fecimus misericordia, propterea impij non corruerunt, sed usq̄ hodie præualent & possident terrā. Lxx. autē hoc asserunt, q̄ faciētibus sanctis spiritū salutis super terrā, hi qui terra habitatores sunt corruāt, licet inter orbē qui Hebraicē & Græcē dicitur & ac terram, multa diuersitas sit. Cadēt ergo quicunq̄ habitationi terræ se dedērunt, & in terrenis operibus fixa radice fundati sunt, & non cadent qui sedent in orbe terrarū, & requeſcunt in ecclesia, quæ habitaculū patris & filij & spiritus sancti est. **b** ¶ Viuant mortui tui, & interfecisti mei resurgant, &c.] Sanctis parturientibus & parientibus spiritū, & habitatoribus terræ corruētibus, quia salutes nō fecerunt in terra hi quos in Christo mortuos Apostolus uocat, & propter nomen domini interfecisti tui, resurgēt in gloria. Et quia mors eorū somnus est, nequa q̄ iuxta Lxx. resurgere, sed expurgati & euigilare dicuntur. Vnde & Lazarus qui euigilaturus erat, à domino dormiens appellatur. Omnes igitur martyres & sancti uiri qui pro Christo fuderunt sanguinē, & quorū fuit tota uita martyriū: resurgēt & euigilabunt, atq̄ laudabunt deum creatorem suum qui nunchabitant in puluere, de quibus in Daniele scriptum est: Multi dormientū in terræ puluere resurgēt, hi in uitam æternam, & hi in opprobriū & cōfusiōnē sempiternā. Et in Ioanne euangelista legitur: Veniet hora & nunc est, quando qui in sepulchris sunt audient uocē filij dei, & qui audierint uiuēt, & egredient qui bona fecerunt in resurrectionē uitæ, & qui mala in resurrectionem iudicij. Ros enim dñi, iuxta fabulas poetarū uincens omnes herbas Pæonias uiuificabit corpora mortuorum. Et quomodo factis in terram seminib. ros paulatim crescere facit herbas, & ad fruges sui generis peruenire: Sic domini ros q̄ pro misericordia ponit, ros erit luminū plurimorū, quod Hebraicē dicitur & Terram autē, id est corpora Raphaïm, gigantū uidelicet & impiorum, dñs in poenas detrahet sempiternas: Deniq̄ pro Raphaïm soli Lxx. & id est, impios transulerūt. Et quia supra legitur: Mortui uitam non uidebunt: nec medici suscitabunt, pro quo Aquila & Symmachus, Raphaïm & gigantes interpretati sunt, quæ erroris causa sit, ut p̄ Hebraicō Hebraicō alij gigantes, alij medicos posuerint. Verbū Hebraicū & post primā literā sequēte habeat legimus & significat medicos: sin autem absq̄ litera scribatur, legitur & transfertur in gigantes. Simulq̄ quia supra dixerat: Mortui uitam non uidebunt, ut manifestius demonstraret nō dici ibi de mortuis lege naturæ, & separatiōe animæ ac corporis, sed de his q̄ peccato mortui sunt: Nūc ecōtra-

Hier. 10. 5

rio dicit ad deū: Viuēt mortui tui qui interfecisti sunt propter te: qui non absolute mortui, ut Lxx. transulerunt, sed iuxta Hebraicū ubi dicitur & mortui tui appellantur. **b** ¶ Vade populus meus, &c.] Supra de sanctis dixerat. Resurgent mortui, & resurgent q̄ in sepulchris sunt. Ros enim à te sanitas eorum est, & ecōtrario de impijs: terra autē impiorū cader. Nūc ad sanctos loquitur, quia uobis resurectio remissa est donec in peccatores & impios dei ira defuauit: ingredimini in sepulchra uestra, & abscondite uos, breue enim tēpus est donec dei pertranseat in dignatio. Siquidē egrediet dominus de loco suo, quia misericors & miserator dominus, & clementissimus pater, filios negligētes scribere compellitur, & quodāmodo de sua sententia cōmutari, ut uisitet & inducat irā suā super habitatores terræ, de quibus dicitur in Osee: Ma-

S P. salutis tuæ, quem fecimus super terram. Non cademus, sed cadent habitatores terræ. Resurgēt mortui, & resurgent de sepulchris, & letabuntur qui sunt in terra. Ros enim tuus sanitas eorum, terra autem impiorū cadet. Vade populus meus: ingredere cubila tua: claude ostiū tuū: abscondere paululū quantumcunq̄, donec pertranseat ira dñi. Ecce enim egrediet de loco suo, ut uisitet iniquitatē habitatoris terræ cōtra eū, et reuelabit terram sanguinē suā, & nō operiet ultra interfectos suos. **In die** leditio & mendacium, & adulterium & furtum, effusa sunt super habitatores terræ. Et in Apocalypsi tertio legitur: Vade super habitatores terræ. Porro iusti licet uiuant in terra, tamen cōuersatio eorum in cœlis est, qui possunt dicere: Ad uena ego sum in terra, & peregrinus sicut omnes patres mei, & fruuntur habitatione altissimi, de quibus sanctus loquitur: Qui habitat in adiutorio altissimi, in protectione dei cœli commorabit. Tunc reuelabit terra sanguinem suum, de quo deus loquitur Cain: Vox sanguinis fratris tui clamat ad me de terra, quæ aperuit os suū ut susciperet sanguinē fratris tui de manu tua. Potest hoc & de martyribus intelligi, qui pro Christo fuderunt sanguinē, & sub altari dei clamitant: Usque quo dñe non uisiteris sanguinē nostrū de his qui habitant super terrā: De quibus & Moyses dicit in cantico: Sanguis filiorū eius uindictabit & ulciscetur, & retribuet uindictā inimicis. Hunc sanguinem terra quæ susceperat reuelabit, & interfectus domini nequa q̄ operiet, sed producet in publicū ad condemnationē eorum, qui martyres occiderunt. Hoc de simplici resurrectione intellectū sit. Præcipitur autē iuxta Anagogen quippe ut unq̄ significat: ut claudat iuxta euangelicū præceptū ostiū cubiculi sui, & dicat cū propheta: Pone domine custodiā ori meo, & ostiū munitū labijs meis. Et abscondatur paululū quantumcunq̄ donec pertranseat ira domini, ut nihil gloriæ causa faciat, sed fruatur bono contentiē, & solum iudicem expectet deū. Sunt autē cellaria quæ claudenda sunt & abscondenda ab his qui diuites facti sunt in operibus, atq̄ sermonibus, prudentia, temperantia, fortitudo, iustitia, ut nesciat sinistra quid faciat dextera, ut legis & prophetarū & euangelij opibus persequamur. Quod autem omnes dies uitæ nostræ breues sint & paruuli: Iacob excedens annos centum loquitur: Parui sunt & pessimi dies mei. Ira autem domini transitura illa est, quam

k 2 thesau

Luc. 8. c. thesaurizant sibi qui nolunt agere poenitentiam, quae postquam transierit, nequaquam cellaria ultra claudentur, sed implebitur quod scriptum est: Nihil occultum quod non reuelabitur, & absconditum quod non manifestetur. Quodque sequitur: Ecce enim dominus de sancto inducet iram suam: illud significat, quod a sanctis dei ira incipiat, uel omnis illius ultio iuxta sancta quae sit non de mentis perturbatione descendens, ut in hominibus solet, sed studio corrigendi. Terram autem habitatorum illa reor, de qua scriptum est: Audiat terra sermones oris mei. Et: Auribus percipe terra. Et iterum: Terra, terra audi sermonem domini. Quomodo enim qui in terra habitant: sic

Deut. 32. d. Et: Auribus percipe terra. Et iterum: Terra, terra audi sermonem domini. Quomodo enim qui in terra habitant: sic

Rom. 8. b. qui in carne sunt deo placere non possunt. Terra autem in hoc loco significat animam quae uiuit carnaliter. Et reuelabit sanguinem suum, si quaequam scandalizauerit, & cum Cain meret audire: Vox sanguinis fratris tui clamat ad me de terra, quae aperuit os suum ut susceperet sanguinem fratris tui. Omnis igitur sanguis in die iudicii regretur, nec abscondet terra sanguinem suum: & interfectos quos occidit, uel uolens, uel per negligentiam, producet in iudicium.

Gen. 4. b. meret audire: Vox sanguinis fratris tui clamat ad me de terra, quae aperuit os suum ut susceperet sanguinem fratris tui. Omnis igitur sanguis in die iudicii regretur, nec abscondet terra sanguinem suum: & interfectos quos occidit, uel uolens, uel per negligentiam, producet in iudicium.

Zach. 3. a. aduersarij. Vnde & in Zacharia dicitur: Stabat sathan, id est, aduersarius a dextris eius ut aduersaretur ei. Appellaturque & hylas id est, apostata, prauaricator & absque iugo. Vnde & Apst: Quia, inquit, communicatio Christi ad Belial: & ubique Lxx. ponunt filios pestilentiae, in Hebraico scriptum est filij Belial. Vnde & illud

Ibid. 9. o. c. psalmo scriptum est: Super aspide & basiliscu ambulabis, & conculcabis leonem & draconem. Qui draco proprie in Hebraico sermone appellatur. Ipse est & magnus ceruus, de quo dicitur a Christo capiedus sit, mystico in

Ibid. d. Job sermone narratur: Qui magnu cetu capturus est, nam & ibi pro cetu leuiathan ponitur. Et iterum: Adduces autem draconem in hamo, circudabis capistrum naribus eius. Statimque: Hoc est principiu plasmatis dñi, quod factu est ut illudatur ab angelis eius. Et in psalmo: Hoc mare magnu & spaciosum, ibi reptilia quoru non est numerus: Animalia parua cum magnis. Draco iste quem formasti ad illudendu ei. De hoc in Apocalypsi scribit

ad me, & bibat. Qui biberit de aqua quam ego dabo ei, flumina de uentre eius fluent aqua uiuae. Hoc autem, inquit euangelista, dicebat de spiritu sancto, quem crederetis in eo accepturi erant. Quia igitur deserta quondam ecclesiae multitudo, aq̄ uitalibus fuerat irrigata, propterea iuxta Lxx. nascunt in ea cedrus, & buxus, & myrtus, & cyparissus, & populus: iuxta Hebraicum, & ceteros interpretes, cedrus, fetra, & myrtus: & lignum oliuae, & abies & ulmus, & buxus simul. Quae uarietates arborum, diuersitate significat gratiae spiritualis. Et quia omnibus natura earum nota est, de terra tamen Hebraico edisseramus: quam spinam Theodoratio transulit. Est autem genus arboris nascetis in eremo, spinę albae habet similitudinem: unde oia ligna nara, & tabernaculi facta sunt instrumenta, quae appellantur Serchim: quod lignum imputribile & leuissimum: omnium lignorum, tam in fortitudine, quam in nitore soliditatem superat & pulchritudine. Cedrus autem cyparissus, & myrtus, odoris optimi sunt, & imputribiles. Vimus quoque & populus, siue buxus, uel maritandis uitisbus iungunt: uel ad diuersa opera aptissima sunt. Haec autem oia pariter ponuntur in solitudine: ne saltem una corda de cithara domini, & aliqua uirtus gratiarum, ecclesiae deesse uideatur: Vt oes intelligant, & pariter mente cognoscant: quia manus domini haec uniuersa perfecit: ut in ariditate gentium inueniretur fluuina uirtutum: & in terra quondam deserta plenaque saluginis cedrus & cyparissus, & aliae arbores nascerentur: quarum sublimitate & uertice ad caelestia festinant, illuminaret lignum oliuae: quod nutritum lucis est, & laborantium requies. *¶ Prope facite, etc.]* Quomodo supra diximus, duplicem esse Iacob & Israel, non credentium atque credentium in dominum saluatoris: ita uocatis gentibus, & in deserto quondam ecclesie erumpentibus uis fontibusque: & mirum in modum comate uarietate arborum, cum ubertate plenissimis: qui in Christum ex gentibus credere noluerunt, puocant ad iudicium: ut respondeant: cur uidere & scire, & recogitare, & intelligere noluerint: quia manus domini ista fecerit, & sanctus Israel creauerit uniuersa. Accedat, inquit, idola uestra, quae putatis esse fortissima: Vel afferte, si quod forte habetis in uobis

Exod. 37. d

D

Bene

o bis

A bis: & uestra aperite corda: qua ratione, quo sensu nolueritis aperire suscipere ueritatem. Simulque fit Apostropha ad ipsa idola, quae insensibilia sunt: & nec audire, nec respondere possident facultatem. Dicite, inquit, nobis uel praeterita, uel futura: & ex rerum ueritate uestra potentiam demostrete. Hoc autem significat quod post aduentum Christi oia idola contulerint, ubi Apollo Delphicus, & Loxias, Deliusque, & Clarius, & caetera idola futurorum scientiam pollicentia, quae reges potentissimos deciperent: Cur de Christo nihil potuerit praedecere: nihil de apostolis eius: nihil de ruinis & abolitione templorum: Si ergo suum interitum non potuerit praedecere, quomodo aliana uel mala, uel bona poterint nunciare: Quod si aliquid dixerit, multa ab idolis esse praedicta: hoc sciedum: quod semper mendacium iuxerint ueritati: & sic scietas temperant: ut seu boni seu mali quod accidisset, utrunque possint intelligi. Ut est illud Pyrrhi regis Epirotarum: Aio te Aecida Romanos uincere posse. Et Croesus: Croesus transgressus Halym maxima regna pedit. Aliud quoque signum est, idola deos non esse: quod nec bene possint facere nec male. Non quo idola uel demones

Mat. 3. d. Iob 1. c.

1. Tim. 1. d.

Psal. 113. b.

Hiere. 1. c.

HEB. Bene quoque aut male si potestis facite: et loquamur, & uideamus simul. Ecce uos estis pro nihilo: & opus uestrum ex eo quod non est: abominatio est qui elegit uos. Suscitauit ab Aglone, & ueniet ab ortu solis: & ueniet ab ortu solis: & adducet magistratus quasi lutum: & uelut figulus conculsans humum. Quis annunciat uos ab exordio ut sciamus: & a principio ut dicamus: iustus es. Non est neque annuncians, neque praedicens: neque audiens sermones uestros. Primus ad Sion dicit: Ecce adsum: & Hierusalem euangelista dabo. Et uidi, & non erat, neque existis quisquam qui iniret consilium: et interrogatus responderet uerbum. Ecce omnes iniusti, & uana opera eorum: uentus et inane simulacra eorum.

CAP. XLII

Ecce seruus meus, suscipiam eum: electus meus, complacuit sibi in illo

Asidetes idolis, mala sapere non fecerunt: sed quo nisi concessa eis fuerit potestas a domino, hoc facere non possint. Denique in Euangelio deprecantur, ut habeant potestatem in porcorum gregem. Et in Iob legimus, absque domini iussione, eum uiri sancti ne iumenta quidem & possessiones ualuisse disperdere. Nec mirum hoc de deo, cum etiam Apostolus tradat quosdam satanae, ut discant non blasphemare. Siue hoc dicendum, quod mutua simulacra hominum & insensibilia, nec bene possint facere, nec male, nec praeterita nosse, nec futura: quia ex nihilo sunt, & ex eo quod non est: & non tam ipsa quam ille quae colat, abominatione condignus sit. Idola enim gentium, argentum & aurum: opera manuum hominum. Os habent & non loquuntur: & caetera. Quomodo ergo possunt scire & nunciare uentura: aut narrare praeterita: & bene facere uel male: quae nec hominum sensum habent, nec brutorum animantium: Nec interest, de qua materia facta uideantur, cum uniuersa terrena sint. Suscitauit ab aquilone. Adhuc contra idola loquitur: & eos qui post aduentum Christi ea relinquere noluerunt. Illisque permanebit in errore, ipse ab aquilone suscitatus se dicit populum nationum. Ab aquilone enim exardescunt mala super omnes ha-

bitatotes terra. Et ad Hieremiam dicit: Quid tu uides Hieremiam: Et ille respondit: Olla succellam: & facie eius a facie aquilonis. Suscitant autem ab aquilone ut credat in eum: qui uenerit ab ortu solis. De quo supra legimus: Quis suscitauit ab oriente iustum siue iusticia. Et in alio loco: Ecce uir oriens nomine eius. Qui uocauit eos nomine meo: ut derelictis simulacris unum colant deum. Ipse enim loquitur in euangelio: Ego ueni in nomine patris mei: & non suscepistis me: alius uenit in nomine suo, & suscipietis eum. Ipse principes & magistrae, & omnem mundi superbiam conculcabit: & subiecturum ei quasi lutum figulo, ut faciat ex eis aliud uas in honore, aliud in contumeliam. Haec quae ego iuxta consuetudinem prophetalem fecisse dico: quasi iam praeterita sint: uel iuxta Symmachum, futura polliceor: nullum demonum, & idolorum potest praedecere. Unde oracula cum taecerunt: quia nemo est qui annunciet, nemo qui audiat: dum bruta prius corda gentium intellexerunt errorem suum, & falsa uaticinia reliquerunt. Priusque dominus loquitur ad Sion: id est, ad ecclesiam suam, & dicit ei: Ecce adsum filij tui, quos tibi per meam donauit fides. Significat autem apostolos, qui in toto orbe euangelium praedecarunt. Sion & Hierusalem nominibus differunt, ceterum ut una urbs, sic & una ecclesia est. Omnes igitur gentes quae idolorum sequuntur errorem: & uenire ab ortu solis, ut respondant unde sint. Et haec erit uniuersarum responsio quod omnes uanitatem sequantur & uentos: & adorent opera manuum suarum. Quicquid de idolis & gentibus diximus, referamus ad dogmata prauitatis: & ad principes eorum haereticos: quod Christo pacem ecclesiae nunnciant, & monstrante eis ueritatis uiam, ipsi sequuntur errorem: & uento ac turbini comparent. Hebraei, suscitatus ab aquilone, & uenire ab ortu solis Assyrium interpretantur & Persam: qui uenerint Hierusalem, & omnes principes illius conculcauerint, nullumque idolorum quae colebant: hoc scierit esse uenturum, nisi solus dominus qui ultus est eos pro peccatis suis.

CAPVT XLII

Ecce seruus meus, etc. Jacob & Israel in praesenti capitulo non habent: quod nec Mattheus euangelista posuit, secutus Hebraicam ueritatem. Hoc dicimus in suggestionem eorum, quod nostra contemnunt. De quo plenius in Matthei commentariis: & in libro quae ad Algasiam nup scripsimus

Zach.

Ioan. 1.

Rom. 1.

D

Supra 4. 1

Gal. 4. 4

Phil. 2. 4

B

Mat. 15. b

Ibid. 9. e

Mat. 12. b

Ioan. 9. 8

A scripsimus, disputatum est. Et interim notandum, quod ubi de apostolorum scribitur choro, & Jacob & Israel, & semen appellat Abraham: quibus quasi hominibus ac seruis consequenter dicitur: Noli timere uerimis Jacob, & paruulus numero Israel. Vbi autem de Christo est uaticinium, absque Jacob & Israel

Supra 4. 1

Gal. 4. 4

Phil. 2. 4

B

Mat. 15. b

Ibid. 9. e

Mat. 12. b

Ioan. 9. 8

legit: Ecce seruus meus, suscipiam eum, electus meus, complacuit sibi in illo anima mea. Et in consequentibus: Dedit te in testamentum generis, in lucem nationum: aperire oculos caecorum: & educere de uinculis alligatos, & de domo carceris habitantes in tenebris. Nec mirum si seruis uocet, factus ex muliere, factusque sub lege: quod cum in forma dei esset, humiliauit se formam seruici accipiens: & habitu inuentus ut homo. In quo complacuit sibi anima dei, cernens in illo omnes esse uirtutes: imo ipsum esse dei uirtute atque sapientiam. Dedit, inquit, spiritum meum super eum: qui descendit in specie columbae. Iudicium gentibus proferet, quod antea nesciebat. Non clamabit: erit enim mitis atque mansuetus. Et non accipiet personam in iudicio, siue non leuabit: sub audis, in altum uocem suam. Vel iuxta Symmachum, non decipiet: omnes infidias diaboli intelligens: aut secundum Lxx. id est, uerba, id est, non relinquet, populum scilicet Iudaeorum: uocans eum ad poenitentiam. Nec audiet foris uox eius: neque enim extra Galilaeam atque Iudaeam in alijs gentibus euangelium praedecauit. Quod si legimus eum fuisse in terminis Tyri & Sydonis: siue in conspectu Caesareae Philippi, quae nunc uocatur Paneas, tamen sciendum, non esse scriptum, quod ipsas ingressus sit ciuitates. Calamum quassatum siue confractum non conteret. Omnis enim placabilis erit: & ueniam dabit peccatoribus, dicens ad mulierem: Confide filia, dimittunt tibi peccata. Et linum fumigans: siue ut ceteri transulerunt, obsecrum atque tenebrosum, non extinguet: qui uicini erant extinctioni, diu clementia seruabant: quae super Iudaeis & nationibus in supradictis opusculis differuimus: sed cum ueritate omnia iudicabit: nequaquam metus scribas & phariseos, quos confidenter hypocritas appellabat. Quod autem sequitur: Splendet & non conteretur, donec ponat super terram iudicium, Mattheus euangelista non posuit, siue, inter iudicium & iudicium media, scriptoris errore sublati sunt. Significat autem quod resurgens ex mortuis, cunctos illuminauerit, nec morte contritus sit, donec poneret super terram iudicium, qui loquebatur in euangelio: In iudicium ego ueni in mundum istum, ut non uideatis uideat, & uideatis caeci fiant. Pro quo nos interpretati sumus: Non erit tristis, neque turbulentus, sed equalitate uultus omni tempore conseruabit, quod falso de Socrate philosophi gloriantur, nunquam plus solito, nec tristis fuisse, nec laetum. Pro quo Aquila & Theodotus interpretati sunt: Non obscurabit, & non curret, donec

Hier. 10. 5

ponat in terra iudicium. Et est sensus: Nullum uultus tristitia deterrebit, nec festinabit ad poenam, qui iudicij ueritate ultimo tempore referuauit. Quod dicitur sequi: Et legem illius in sulae expectabunt, manifestus posuere Lxx. id est, in ueritate ueritatis est, in nomine eius gentes sperabunt. Quae in scripturis appellatur in sulae, quae ex omni parte persecutorum incurtionibus patet. Legem autem eius non quae per Moysen data est, sed euangelium sentiamus. De Sion enim egredietur lex, & uerbum domini de Hierusalem. De qua lege & Hieremias uaticinatur: Ecce dies uenient, dicit dominus, & ponam testamentum nouum: non iuxta testamentum, quod olim pepigi cum patribus eorum. Haec dicit dominus deus, etc. Incertum erat quis ante dixisset: Ecce seruus meus, suscipiam eum, electus meus, complacuit sibi in illo anima mea. Dedit spiritum meum super eum, iudicium gentibus proferet. Post condemnationem enim idolorum subitus sermo proruperat: Ecce ser-

Supra 2. 4

Hiere. 51. e

D

Gene. 2. 6

Gen. 2. 6

Ioan. 17. b

Prou. 8. d

Mat. 8. e

us meus, & reliqua, quae nos ex persona patris super Christo interpretati sumus. Itaque ne relinqueret ambiguum quis superiora dixisset, adiungit & dicit: Haec dicit dominus deus, creans caelos, & extendens eos. Siue ut Lxx. translulerunt: Qui fecit caelum & defixit illud. Vniuersitatis igitur creator & dominus, ipse Christi sui promissit aduentum, qui non solum extendit caelos atque defixit, sed terram quoque alta mole firmavit, & omnia quae nascuntur ex ea, ut & inuisibilia eius ex his quae facta sunt intellecta conspiciant, sempiterna quoque uirtus illius & diuinitas. Qui spiram omnibus dedit qui uersant in terra, lege prima mortalium. Insufflauit enim deus in faciem Adam spiritum uitae, & factus est in anima uiuentem. Spiritum autem his proprie qui calcant terram, & sapientiam carnis, quae subiacent potestati. Ille igitur cuius tanta praecordia sunt, haec ad eum loquutus est, cuius legem in sulae praestolant & gentes: Ego dominus uocaui te in iusticia. De quo ipse loquitur in Euangelio: Pater iuste, mundus te ignorat, ut esses non solum Iudaeorum, sed gentium deus. Et apprehendi manum tuam, quia quicquid operatus fuus, operatur & pater. Et seruauit te, qui omnia ipse conseruas. Et dedit te in foedus populi Israel, cui te uenturum ante promiseram. Et in lucem gentium, quae sedebant in tenebris & in umbra mortis, ut aperires oculos caecorum, qui deum antea non uidebant. Et educeres de concisione uinculum. Finitibus enim peccatorum suorum unuquique constringitur. Et in euangelio: quae latanas uinxerat, soluit dominus. De domo carceris sedentes in tenebris qui in erroris nocte & caligine uersabant. Quod dicitur inferi: Ego dominus, hoc est nomen meum, gloriam meam alteri non dabo, non excludit filium, cui dicitur in euangelio: pater glorifica me gloria quam apud te habui

o 2 habui

A habui primum mundus esset. Ipse respōdit: & glorificauit, & glorificabo. Neque enim dixit: Gloria meam nulli dabo: quod si dixisset, exclusisset & filium: sed gloria meā alteri nō dabo, prāter te cui dedi, cui daturus sum. Vnde de proprietate sanctae scripturae uehemēter admiror, quod uerbum *ἡμεῖς* oēs inter pretes uoce consona trāstulerunt alterū, quod in multis alijs soliti sūt discrepare. Vt autē sciamus p̄ hāc sententiā non excludi filium, sed idola, sequentia uerba testant: Et laudem meā sculptilibus, p̄ quo Lxx. *ὁ δὲ τὸς ἀειγενῆς μὲν τοῖς ἀλόγοις.* i. nec uirtutes meas simulacris. Cum enim Christus dei uirtus sit, deiq̄ sapiētia, oēs in se uirtutes cōtinet patris, seq̄t: Quae prima fuerūt, ecce uenerūt. Et est sēsus: Quae locutus sum, quae p̄ Moysen p̄phetasq̄ pollicitus sum, uersa completa sunt. Nūc autē annūcio uobis euāgelium, uocatio nē gentium, p̄sione Christi, nouitatem si dei, ut quod priora certis reb. expleta: sic & ea quae nūc pollicitor, credatis esse uerura. *¶ Canite deo canticū nouū, etc.* Qui prius dixerat: quae prima fuerant, ecce uenerunt. Noua quoq̄ ego annūcio, anteq̄ oriant, audita faciā uobis, & se promiserat quod ignorabāt esse dictū, quae sint illa noua, sequenti sermone testat: Apostolis p̄cipiēs & apostolicis uiris, ut canāt canticū nouum, nequaquam in uetustate litera, sed in nouitate spiri. Nec solū in ueteri instrumēto, sed in nouo, & laus eius penetrat usq̄ ad extrema terrā. A summo enim caelo egressus eius, & usq̄ ad summū illius occurus eius. In omnē terrā exiit apostolorum sonus: & in terminos orbis uerba eorū. Siue iuxta Lxx. Glorificate nomē ei⁹ in terminis terrae, ut in uniuerso mūdo Christi nomē annūciēt in gētibus. Qui sint autē isti qui canere debeāt canticū nouū, sequētia uerba testant: Qui descenditis, inquit, in mare & nauigatis illud, siue plenitudo maris. Apostolos enim uidēs Iesus in littore iuxta mare Genesareth reficiētes retia sua, uocauit & misit in magnū mare: ut de piscatoribus pisciū faceret hominū piscatores, q̄ de Hierusalē usq̄ ad Illyricū & Hispanias euāgelium p̄dicarūt, capientes in breui tēpore ipsam quoq̄ Romanē

urbis potentiā. Vel certe descendērūt in mare & nauigauerunt illud: tēpestates & persecutiones istius seculi sustinētes. In insulas quoq̄ & habitatores earū, uel diuersitate gētū intellige, uel ecclesiā multitudine. Leuet, inquit, desertū & ciuitates eius uocē suā: de qua & supra diximus. Siue laetē desertū & uici ei⁹ & Cedar, quae quondā inhabitabilis fuit regio trās Arabiam Saracenorū. Et habitatores Petrae, quae & ipsa urbs Palaestinae est. Hoc autē significat quod gentium popul⁹ desertus prius noticia dei, & idololatriae errorib⁹ obligatus, ad laudes dñi cōuertat. Siue quia Cedar interpretat tenebrā, & iuxta Apostolum, petra Christus: p̄cipitibus, ut qui ante erāt in tenebris, & nunc credit in dñm saluatore, de uertice montiū clamitēt, & aperte p̄dicent Christū, quibus & supra dictum est: In montem excelsum ascēde, qui euāgelizas Hierusalē. Et ponā gloria eius in insulis, de quib. prius diximus. Describitq̄ sermo p̄pheticus gloriosum saluatoris aduentū, de quo & Paul⁹ apostolus loquit: Secundū illuminationem magni dei & saluatoris nostri Iesu Christi: & cum uiro fortissimo comparat, qui pugnaturus sit contra aduersarios suos, & suscitaturus zelū. De quo & in cantico Deuteronomij prophetaū est: Ipsi me zelare fecerunt in eo qui non erat deus, & irritauerunt me in idolis suis: & ego zelare eos faciam in gēte quae non est, & in gente stultissima irritabo illos. Vociferabitur quoq̄ & clamabit cōtra inimicos suos, aperte eorum in fidelitate reprobās, & cū clamore pronuncias: Tacui, semper filii, patiens fui. Siue ut Septuaginta trāstulerunt: Tacui, nunquid semper tacebo? Vt impleatur illud quod per Salomonem dicitur: Tempus tacendi, & tempus loquendi. Est et sēsus: Diu uos delinquentes saepe portauit: sed quia ante tacueram, nequaquam ultra reticebo. Et quomodo pariens in lucē profundit in fantē, & apertum facit esse quod prius clausum in uisceribus tenebatur: Sic ego dolorem meum, & dissimulationem quam semper habui, super scri-

Supra 40
104. 14. 8
2. Cor. 4
2. Tim. 1
Dicitur

A scribis uestris nunc proferam, & dissipaabo uestra consilia. Vno quoq̄ tempore absorbebo uniuersam gentem: & omnem superbiam montiū, tumoremq̄ collium uestrorum. Et foenum, de quo supra dictum est: Vere foenum est populus, id est, tam principes quam uulgus ignobile, in desertū redigā. Quod in Septuaginta de Theodoridis editione additum est: qui haec uerba tacuerūt. Cumq̄ uos à capite usq̄ ad pedes exicca uero atque deleuero, tunc flumina doctrinae meae in insulis gentium currere faciam, & stagna uestra siue paludes redigā in ariditate: ut in gētibus sit scientia scripturarum: & in uobis doctrinae ariditas. Ducamq̄ caecos per uiam quam ante nesciebant, de quibus & supra legimus: De di te in foedus populi: in lucem gentium: ut apertes oculos caecorum. Hi ducentur per uiam, de qua Christus loquit: Ego sum uia: siue uiam scientiae dei: & per semitas prophetales, ambulare eos faciam. Tūc tenebrae eorū mutantur in lucem, & praua uertentur in recta, ut intelligant quae legūt, & cordis oculis, clarum in ueteri testamēto, Christi lumē aspiciāt. Simulq̄ inferi: Heu uerba quae feci, siue faciam eis, nequaquam ultra futura p̄mittēs sed quae ante promiserā reddens. Me autē ista dicēte: cōuersus est retrorsum populus Iudaeorū, ut nō crederet promittenti, & in suis confunderetur erroribus: & negligeret sponsonē dei, qui idolis antē crederat. Siue cum intrauerit plenitudo gentium, tunc etiam Israel populus conuertetur, & pōnitet eum erroris sui, per quem idolis ante seruierat. Aut certe post uocationem gētium reuertetur ad principium, ut dicat omnes gentes quae Euangelio credere noluerunt, in suis idolis confundendas. *¶ Surdi audite, & caeci intuemini ad uidēdum.* Ne quis putaret hoc quod dicitur: Surdi audite, & caeci intuemini ad uidēdum, ad gētium populum pertinere, qui prius surdus & cecus fuerat, ut Iudei stulta interpretatione approbare contendunt, ipse propheticus sermo demonstrat, qui surdi & caeci intelligi debeant. Quis, inquit, caecus, nisi seruus meus: & surdus, nisi ad quem nuncios meos misi: haud dubium quin propheta significet. Quis cecus, nisi qui uer-

nunda tus est peccatis suis: Quis caecus, nisi qui prius seruus fuit domini: Cui dicitur: O Israel q̄ uides multa, & habes prophetas plurimos, per quos dei mandata cognoscas: nōne custodies quae tibi p̄cepta sunt? Qui apertas habes aures, nōne audies quae dicuntur, de quo & supra legimus: Auditu audietis, & non intelligetis: & uidentes aspicietis: & non uidebitis: in crassatum est enim cor populi huius. Dominus, inquit, uoluit ut sanctificaret eum, & magnificaret legem suam, & populum facientem extolleret ac leuaret. Sed ille dei facere noluit uoluntatem, & idcirco ab aduersarijs suis direptus est atq̄ uastatus: quos uel daemones, uel hostes intelligere debemus. Laqueus iuuenū omnes, & in domibus abscōditū sunt. Siue ut Septuaginta trāstulerunt: *ἡ γὰρ οὐ τοῖς τρυφῶσι τῶν τρυφῶν, οὐδὲ τοῖς ὑμνοῖς ἀμαρτανῶν ἐμπροσθεν αὐτῶν.* id est: Laqueus in cubilib⁹ ubiq̄: & in domibus simul, in quibus abscōderūt eos: Scribas significans & pharisaeos, qui plebem miserabilem de ceperunt: & ubiq̄ posuerunt insidias contra dominum saluatorem & Apostolos eius: habentes clauē scientiae, nec ipsi intrantes, & alios uolentes introire prohibētes. Pulchre q̄ peccatorum in quibus habitabāt cogitationes pessimae, carceres appellauit. Ideo facti sunt in rapinam & in direptionem: nec fuit qui liberaret eos, & pro eis sermonem faceret. Simulq̄ propheta cohortatur eos: ut si omnes audire non possint, saltem pauci futura cognoscant, & intelligant à quo ista perpessi sint: Causasq̄ suae uastitatis agnoscant: qui nec audire, nec facere uoluerunt, quae lege p̄cepta sunt. Ideo effudit dominus super eos totam iram suam, & indignationem furoris plenam: ut qui prius tacuerat, nequaquam ultra reticeret: nec sermonibus eos, sed poenis tormentis quae corripere: & comprehenderet eos bellum fortissimum, quod nequaquam possint euadere: ostendens ferociam Romanorum. Cumq̄ ex omni parte combūstus sit, & nihil in se habeat sanitatis, tamen non intelligit causam poenae suae, quod idcirco punitus sit, quia dei filium non recepit.

Luc. 11. 8
Luc. 11. 8
Et

A CAP. XLIII

E T nunc hæc dicit dominus, etc.] Hebraei de secundo saluatoris hæc interpretant aduentu, quoniam post plenitudinẽ gentium omnis saluandus sit Israel. Nos autem nequaquam putamus ad eos fieri repromissionẽ, quibus supra dictum est: Quis cæcus nisi pueri mei: & qui surdi, nisi qui dominantur eorum & excæcati sunt serui dei. Et rursum: Factus est populus uastatus atque direptus, & his similia. Denique infert: Effudit super eum indignationem furoris sui & forte bellum, & cõbussit eum in circuitu, & non cognouit, & succendit eum, & non intellexit. Ergo quod supra diximus, duos esse Iacob, & duos Israel, unum carnalem, & alterum spirituale, eorum qui in saluatore credere noluerunt, & eorum qui receperunt filium dei: Hoc etiã nunc intelligendum, quod prouocetur apostolorum chorus, & prima Christi ecclesia de Iudæorum populo congregata, ut intelligat creatorem, & factorem suum, qui & animam & corpus eius sit conditor. Nec timeat persecutores, quia redemptus sit Christi sanguine, qui uocauerit eum nomine suo, & ob familiaritatem specialiter appellet populum suum, sed prædicet in cunctanter, & nulla pericula reformidet. Quod quæ infert: Aquas & flumina, & ignem, & flamas, persecutorum impetum furorẽque describit, qui saluti gentium inuideant, & nolint sermonem euangelicũ prædicari. Quamquam Iudæi in a quibus Aegyptios, in summis Babylonicos, in igne Macedonas, in flama Romanos intelligi uelint. Idcirco autem præcepit eis ne timeant,

CAP. XLIII

E T nunc hæc dicit dominus: creas te Iacob, & formas te Israel: Noli timere, quia redemi te, & uocauit nomine tuo: meus es tu. Cũ transferis per aquam, tecum ero, & flumina non operient te. Cum ambulaueris in igne, non cõburearis, & flamma non ardebit in te, quia ego dominus deus tuus, sanctus Israel saluator tuus, dedi propiciationem tuam Aegyptum, Aethiopiam, & Saba pro te. Ex quo honorabilis factus es in oculis meis & gloriosus, ego dilexisti te, et dabo homines pro te: & populos pro anima tua. Noli timere, quoniam tecum ego sum: ab Oriente adducam semen tuum, & ab occidente congregabo te. Dicam Aquiloni, dabo et Austro: noli prohibere, adduc filios meos de longinquo, et filias meas ab extremo terræ. Et omnem qui inuocauit nomen meum, in gloriam meam creauit eum: & formaui eum, & feci eum. Educ foras populũ cæcũ, & oculos habentem: surdũ, & aures ei sunt. Omnes gentes congregatę sunt simul, & collectę sunt tribus. Quis in uobis annunciat istud, & quæ prima testes eorum & iustificentur, & audiant & dicant uere: Vos testes mei, dicit dominus, & seruus meus quẽ elegi, ut sciatis & credatis mihi, & intelligatis, quia ego ipse sum. Ante me non est formatus deus, & post me non erit. Ego sum, ego sum dominus: &

CAP. XLIII

E T nunc sic dicit dominus qui fecit te Iacob & creauit te Israel: Noli timere, quoniam redemi te: uocauit te nomine tuo, meus es tu, & si transferis per aquam, tecum sum, & flumina non cooperient te. Et si transferis per ignem, non cõburearis, flama non exuret te, quia ego dominus deus tuus, sanctus Israel, saluator tuus. Feci cõmutationem tuam Aegyptum, Aethiopiam, et Syonem pro te. Ex quo honorabilis factus es, & in cõspectu meo glorificatus es, & ego dilexisti te, & dabo homines pro te: & principes pro capite tuo. Noli timere, quoniam tecum sum, ab Oriente adducam semem tuum, & ab Occidente congregabo te. Dicam Aquiloni, adduc: & Aphrico, noli prohibere: adduc filios meos de terra longinqua, & filias meas à terminis terræ: omnes qui uocantur nomine meo, in gloria enim mea creauit illum: & plasmaui eum, & feci illum, & eduxi populum cæcum qui habent oculos, & sunt cæci, & surdæ sunt aures eius. Omnes gentes congregatę sunt simul, & conuenerunt principes earum. Quis annunciat istud: aut quæ à principio sunt, quis annunciat uobis: adducant testes suos, & iustificentur: & audiant & loquantur uera. Estote mihi testes, & ego testis: dicit dominus deus, & puer meus quem elegi, ut sciatis & credatis, & intelligatis: quia ego sum. Antequam enim fuisset alius, & post me non erit. Ego deus &

quia dominus deus saluator eorum, & sanctus Israel sit eum qui fecerit eos Aegypto, Aethiopia & Syena, & extremis mundi terminis predicare. Pro uerbo, reliqui interpretes posuerunt, unde fuit regina Austeri, quæ uenit sapientiam audire Salomonis. Quamobrem honorabilis factus est apostolorum chorus in cõspectu dei, & dilectus ab eo: & cunctorum hominum salus atque populorum, qui per eos ad euangelium sunt uocati, & reputabuntur in salutem animarum eorum. Unde iungit & dicit: Noli timere, ego tecum sum, quibus in euangelio loquitur: Ecce ego uobiscum sum omnibus diebus usque ad cõsumationem seculi. Ab oriente enim & ab occidente adducam filios tuos qui requeſcunt in sinu Abraham, & de cunctis mundi partibus filiorum meorum & filiarum populorum congregabitur: quod uel in uocent nomen meum, uel meo uocentur nomine, ut appellantur Christiani in gloriam conditoris sui. Quod quæ sequitur: Educ foras populum cæcum, & oculos habentem: surdum, & aures ei sunt. Multi putant dici de populo gentium, qui per apostolorum doctrinam audire ceperunt & uidere. Sed nos etiam hæc de disperso intelligamus Israel, qui uocatus sit per apostolos, primusque crediderit, quibus loquitur & Paulus: Vobis primum oportuit prædicari sermonem dei. Et ipse dominus in euangelio: ite ad oues perditas domus Israel. Denique sequitur: Omnes congregatę sunt simul, & collectę sunt tribus, id est, cum populo qui credidit ex Iudæis, ut duplex

A

plex uocatio sit, circūcisionis & præputij. Quod autem dicitur: Educ, ad filium sermo est. Siue iuxta Lxx. pater de filio loquitur, quod eduxerit populum suum cæcum & surdum, & gentibus copularit, & fecerit ex eis multos ecclesie principes. Miraturque propheta, quod nullus in gentibus hæc prædicare potuerit, nec dei nosse cõsilia: sed tantum populus eius qui legem acceperit, & prophetas habuerit: Notus enim in Iudæa deus, in Israel magnum nomen eius. Siue ipse deus, testis suorum sermonum sit, & patrorum: & puer eius ac seruus quem elegit. Haud dubium, quin Christum significet, cui & supra dicit: Magni tibi est uocari te puerum meum. Et hæc omnia fiunt, ut ueritas mundo prædicetur: & sciant, & credant & intelligant: quorum mens prius bruta erat, & insensibilis, quod præter uerum deum, nullus alius deus sit: nec ante, nec postea. Neque enim temporum conditor habet aliquando principium, cum hoc ipsum aliquando sit temporis. Et quomodo nunc loquutus est: Ego testis dicit dominus deus, & puer quẽ elegi dicente hoc ipsum domino in Euangelio: Duorum hominum testimonium uerum est. Ego sum qui testimonium perhibeo de me, & qui misit me pater. Sic & de diuinitate illius sentidum est, quod nullus sit deus, nisi ipse qui loquitur, & puer eius quẽ elegit. Pulchreque præter deum patrem alter nullus est deus: quia Christus dei uirtus est, & dei sapientia, qui loquitur in Euangelio: Ego in patre, & pater in me est. Sicut enim unus Christus dominus non aufert patri ne dominus sit, sic unus deus pater non aufert filio ne deus sit: qui in principio erat uerbum, & uerbum erat apud deum, & deus erat uerbum: hoc erat in principio apud deum. Quod quæ sequitur: Et non est absque me saluator, ostendit in patre filium cuncta saluare. De quo idem propheta testatur: Et mittet eis dominus saluatorem, qui saluos eos faciet. Neque enim Deus sapiens & fortis, sine sua potest esse sapientia atque uirtute. Cum ergo ab initio ego hæc futura

predixerim, nullus erit qui me renuat uoluntati: imò quæ ego fecero, possit irrita facere. Hæc dicunt quidem ad Iacob & Israel, sed referuntur ad apostolicum chorũ: & omnes qui de populo Iudæorum in Christum uoluerint credere.] Hæc dicit dominus redemptor, etc.] Iuxta Hebraicũ adhuc ad Israel propheticus sermo dirigitur, quod redemptor eorum dominus & sanctus Israel, hæc ad eos loquutus sit: Propter uos qui mecum euangelium predicatis: quibus supra dixi: Noli timere, quoniam ego tecum sum, qui estis testes uoluntatis meę: & puerum meum alterum testem mundo incredulo nunciatis: Mihi filium meum in Babylonem & cõfusionem huius seculi. Et detraxi omnes uertes eius, qui Hebraice appellantur חרובים & quos Theodotius fortes interpretatus est. Et Chaldæos, inquit, subauditur detraxi, qui in suis gloria batur nauibus: in his uidelicet, qui in star nauium inter idola fluctuabant. De Chaldæis nullus ambigit, quia demones sonent. Ego dominus hæc futura prædixi, qui sum creator uester & rex Israel. Porro iuxta Septuaginta multo alter est sensus: Ego dominus qui te de periculis liberaui, & sanctus Israel: propter uos mittam in Babylonem regem Medorum atque Persarum, & habitatores eius fugere faciam, & Chaldæi qui uos ceperant, uincant per mare Caspiũ ad gentes alias transferentur. Ego dominus hæc futura decreui, qui ostendi Israel regem credentium fore.] Hæc dicit dominus, etc.] Dominus qui destruxit & abiecit Babylonem: & fortissimos illius detraxit de portibus: omnesque Chaldæos qui in fluctibus huius seculi feliciter nauigabant, fecit esse captiuos. Ipse in aquis torrentibus maris rubri reperit uiam, ut transiret populus eius de Aegypto liberatus. Siue quod dedit in mari rubro uiam: ipse & in aquis torrentibus Iordanis fluuij repit semitam: ut & egressio ex Aegypto, & introitus in terram repromissionis haberet miraculum. Ipse currus & equos & omnem exercitum Pharaonis demersit in profundũ, quod dormierunt somno perpetuo. Cõtriti sunt & extincti quasi lignum in breui temporis

psal. 75. d

10. cor. 1. d

10. cor. 1. d

10. cor. 1. d

supra 9. d

A temporis spacio, & in puncto atq; momento. Linū em necdum igne correptū, p leuitate substantię statim ex tinētū, in fauillā dissoluitur. Igitur hoc p̄cipio uobis, ut inter signa mea atq; miracula, quibus Babylo urbs potētissima diruta est: & quib. in mari rubro atq; Iordane, populo meo apta est uia, nequaquā memineritis ueterū: qm̄ in euāgelio multo sum maiora facturus, quorū comparatione, praterita sleri debeāt. Nequaquā em̄ ultrā in mari rubro, sed in deserto totius mūdi reperit uiam. Nec unus fluuius siue fons erūpet de petra sed multa flumina, quā nō corpora ut prius, sed animas sitiētes reficiāt: & impleat illud qd̄ supra legimus: Bibetis aquas de fontib. saluatoris. Tūc qd̄ nunq̄ factū est, fiet: ut oēs bestię & dracones & struthiones, q̄ in solitudine gentiū morabant: & idololatrię sanguine, morūq; feritate bestiarū similes erāt, glorificēt me atq; collaudent. Pro draconib. quos solus Theodotio, ut in Hebraico scriptū est, appellauit *trax* reliqui srenas interpretati sunt: animalia portē tola quę dulci carmine atq; mortifero, nauigātes Scyllęis canibus lacera dos p̄cipitabant. Hocq; significat, quod uoluptati prius & luxurię dediti, ad seruitutem dñi conuertant: licet melius sit dracones intelligi, quia iungunt & struthiones: ut quia semel de bestiis solitudinis loquebat, hęc animantia poneret, quę deserto familiaria sunt. Laudabūt autē, inquit, me, & glorificabūt bestię agri, & dracones & struthiōes: q̄a dedi in deserto gentiū aquas, & in ariditate nationū flumina, ut biberet popul⁹ me⁹ quē elegi mihi, siue genus meū electū, & populus quē acq̄siui sanguine meo, ut laudes meas uirtutesq; narrant. *a* ¶ Non me inuocasti iacob, nec laborasti in me israel, etc. Bestiis agri, draconib. & struthionibus, laudantib. me, tu iacob nequaquā me inuocare uoluisti, nec postea laborare, ut peccatū emendares p̄nitentiā. Quod autē arbitris obtulisse te mihi uicimas, & arietes immolasse, scias eos ā me nō esse susceptos: quia mihi & idolis cōs erant. Illumq; sensum repetit, de quo supra dixerat: Vt qd̄ mihi multitudinē uicimarū uestrarū, dicit dñs. Plenus sum holocausto arietū, & adipe agnorū: & sanguinē taurorum & hircorū nolo. Nec enim ait: Preciosum ā te quippiā requisisti, ut in paradisi eis laborare te facerē. Non exegi ā te oblationes, nec thura quęsiui. Non calamū neq; incensum & diuersa pigmēta generis, quorū fumus inebriaret me atq; satiare. Sed obedientiā, quę est supra sacrificium: & sacrificium, de quo in psalmis David dicit: Sacrificiū deo spiritus cō-

Supra 12. a

psal. 50.

tribulat⁹: cor contritū & humiliatū deus nō despiciat. Illa uolui, illa quęsiui. Tu autē me seruire & laborare fecisti in peccatis tuis, ut cogere diceret: Laboraui iustitias, & nequaquā ultra ferre te possum. Vnde & per Osee idē loquitur deus: Quid tibi faciā Ephraim, p̄tegā te israel. Quid tibi faciā: quasi Adamū ponā te, & quasi Seboim? Qd̄ autē Lxx. posuerunt, *xxx. cū iacob accepit uos nepteglu os, iū cū rōis d. dicitur os. i.* Sed in peccatis tuis defendi te, & in iniquitatib. tuis. Sic p̄t superioribus copulari, ut labor sit dei, & lassitudo defendere peccatores. *b* ¶ Ego sum, etc. Tu me, inquit, iacob, & israel laborare fecisti in peccatis tuis: & onera iniquitātū tuarū portare uix potui: quos nequaquā seruos meos, nec pueros uoco, sed simplici appello nōie, iacob & israel, ut ostēdā & arguā peccatores. Ego autē propter me, q̄a misericors sum & patiens, & multarū miseratio num: delebo oēs iniquitates tuas, in asp̄sione & sanguine noui testamenti, delens uetus chirographū, qd̄ aduersum te scriptū erat: & peccatorū tuorū ultrā nō recordabor, quę tibi si credere uolueris, in baptisate dimissurus sum. Reduc ergo me in memoriā, si quid habes iusti qd̄ respondeas mihi, libetere accipiā, ut iudicemur simul: & arguas me nō fecisse tibi qd̄ facere debuī. Quē sensum in Michea plenus legimus: Populus meus qd̄ feci tibi, & qd̄ molestus fui tibi: respōde mihi: quia eduxi te de terra Aegypti, & de domo seruitutis liberaui te, & misi ante facie tuā Moysen & Aarōn & Mariā. Et in quinquagesimo psalmo David loquitur ad deū: ut iustificeris in sermonibus tuis, & uincas cū fueris iudicatus. Narra ergo si qd̄ habes ut iustificeris. Et est sensus: Ego nō loquar prior cōtra me, ne oppressum esse te dicas multiplicatiōe sermonū: sed tu si qd̄ iusti habes, ipse pro te loquere, ut uidearis ista quę pateris immerito sustinere. Et ut scias me misereri tui, nō ob meritū tuū, sed propter meā clemētiā, ā patrib. tuis repetā atq; maioribus: ut intelligas te ā peccatoribus esse generatū. Pater tuus primus peccauit in solitudine, omnis uidelicet populus israel. Siue author generis tui Abraham, peccasse conuincitur, qm̄ dñō terrā repromissionis semini illius pollicente, respōdit: In quo sciā, quia possidebo eam? Et in tēp̄tes, inquit, tui p̄uaricati sunt in me: Aaron & Moyses ad aquā cōtra dicitōnis, qui inter me & te medij loquebant. Et ut intelligamus nō esse uolentā expositionē, sequit: Et cōtamināui principes sanctos, de quib. & in psalmo canitur: Absorpti sunt iuxta petrā iudices eorum. Quos idcirco contaminasse se dicit, quod terram

Ofit

Proph. 18. c

Exod.

Genit. Exod.

psal.

repro

A re p̄missionis nō intrauerint. Deditq; ad interuocacionē iacob, & israel in blasphemā: ut nullus, p̄ter duos ex his q̄ de Aegypto egressi erāt, intraret in Iudęā: sed caduera eorū iacerēt in solitudine. Iuxta Lxx. qui addiderunt de suo: Dic tu prior iniquitates tuas, ut iustificeris, ad p̄nitentiā eos puocat deus: ut intelligat scelera sua atque peccata, & ueniā consequant. Scriptū est em̄ & in alio loco: Iustus accusator sui est in principio sermonis. Principesq; eorū & patres dicuntur dñi sancta uiolant se nō seruientes legi dei, sed traditiōes & mādāta hominū regentes, p̄pter quos perit iacob, & in opprobriū datus est israel, ciecūs de sua p̄uincia, & toti⁹ orbis exul atq; peregrinus. CAP. XLIIII.

ET nunc audi iacob serue meus, etc. Vbi accusat populus iudæorum ob incredulitatem atq; blasphemiam absq; ulla nominis dignitate, puris appellat uocabulis: Non me inuocasti iacob, nec laborasti in me israel. Et iterum: Dedi ad interuocacionē iacob & israel in blasphemiam. Vbi autē ad apostolorū chorū qui ex iudæis est, sermone facit: iungunt & nōminum priuilegia: Audi iacob serue meus, & israel quē elegi, ut prima sit seruitus, secūda electio. Hęc dicit dominus, factor & formator tuus, qui ab utero auxiliatus est tui: ut adhuc in uentre matris plantā fratris arripere. Siue qui in principio nascētis ecclesie te de persecutoribus conseruauit. Noli timere crudelitatem eorum serue meus iacob, & rectissimē quem elegi. Alio nomine israel uocat *israhel* enim uerbum hebraicum: ceteri *israhel* siue *israhel*, id est, rectissimus & rectum interpretati sunt: soli septuaginta dilectissimū, iungentes de suo, israel. Proprie enim iuxta hebreos & literarum fides: israel, rectus dei dicitur. Vir autē uidens deum, non in elementis, sed in sono uocis est. Vnde & liber Geneleos appellatur *israhel*, id est, iustorū, Abraham, Isaac

& israel. Noli igitur timere iacob & israel, quia effundā a quas super sitientē & aridā, de qua sepe dictum est: Et effundā siue ponā spiritū meū sup̄ semē tuū, & benedictionē meā super stirpē tuā, quę ex aqua & spiritu sancto in baptisate renascet. Quā & in euāgelio saluator promisit, dicens: Qui sitit, ueniat ad me & bibat. Statimq; inferit: Hoc autē dicebat de spiritu sancto, quē credētes accepturi erāt. Cōparat quoque in baptisate renascētes herbis uirtutibus, & salici quę iuxta fluētes aquas oriuntur, & contra rerū naturā affert fructus, quā pri⁹ sterilis erat: uel cuius semen in cibo sumptū, sterile facit. Quod quidem in primo psalmo legit: Et erit sicut lignū qd̄ plantatū est fecus de cursu aquarum: qd̄ fructus suos dabit in tempore suo, & foliū eius nō decidet. Alij inter herbas & renascentes salices, duplī cē uocationē intelligūt: ut in herbis, populus nationū sit in salicib⁹, hī q̄ ex israel crediderūt. Simulq; describit uarietatem credentū: Ali⁹ dicit, dñi ego sum, q̄ iustitię opera in se esse cōfidit. Alius uocabit, subauditur, peccatores ad p̄nitentiā in nomine iacob: ut & ipsi supplantēt uitia atq; peccata. Ali⁹ scribet manu sua, dei sū, siue ut Lxx. transtulerunt *israhel*, id est, scribet in manu sua, dei tū: ut nouo tyrocinio seruitutis Christi se militē gloriēt. Et in nomine israel assimilabit. Non em̄ oēs ex israel, sed magna pars ex gentiū multitudine, in nomine israel assimilabit: ut recipiat legē & p̄phetas, oēsq; gratias spiritus sancti, quę israel populo p̄missę sunt. *b* ¶ Hęc dicit dominus rex israel, etc. Post p̄dicationē apostolorū uocationē gentiū, saluatoris aduentum, & effusionē spiritus sancti, quem cunctis credentibus daturū se esse promisit: quando pro uarietate meritorū alius dicit, Domini ego sum: alius uocabit in nomine iacob: alius scribet manu sua se esse dominū: & cū ortus sit de infideli turba gentiliū, in nomine

1041. 7 f

D

assimila

A assimilabitur Israel, ut reliquis idolis unius dei cultor sit. In cipiit altera *περὶ ἰσραὴλ*, quā totā simul proposuimus, ne unus sensus diuideremur continentiā. Et quia Lxx. in hoc capitulo exceptis paucis vrbis nō discrepāt ab Hebraico, nostra editiōe cōtenti sumus, quā intellecta non possit esse deus, cuius pars igne combusta est: nec hominis manu fieri diuina maiestas. Plenius super irrisiōne idolorū, ppheticus sermo contexit: quā facilis intelligētia sunt, nec laciniolam imō supra suā expositionē desiderāt. Super quo & Flaccus scribit in Satyra, deridēs simulacra gentiū: Olim trūcus erā ficulnus inutile lignū: Cū faber incertus scamnū faceret ne Priapū, Maluit esse deū: deus inde ego, surū auitūq; Maxima formido. Quicquid autē de idolis dicitur, pōtē referri & ad hæreseō principes, qui simulacra dogmatū suorū atq; mēdaciū, artifici corde cōponūt: & uenerant ea quę a se fecerūt esse simulata. Nec sufficit esse error proprius, nisi simplices quosq; eorū adoratione deceperint. q̄ quęstū putāt esse pietatē, & deuorant domos uiduarum: abuterēsq; uulgi imperitia, ita arte dialectica quasi ascia, & tetro, lima & runcina formāt deū suū, & cūdūt malleo, atq; inaurant sermonis rhetorici uenustate: quorū deus uenter est, & gloria in cōfusione eorū. *¶ Memēto horū iacob, etc.* Cū hęc se ita habeāt, & idola hominū scias esse fingmēta, δ̄ iacob & puer meus Israel, ne obliuiscaris creatoris tui, tibiq; ipsi iniuriam facias, ut incurueris operi manuū tuarum. Quā quia in aduētū pueri mei quem elegi, penitus destruenda sunt: propterea tota mentis auuiditate cognosce, qđ sicut nubes & caligo & nebula uel solis calore dissoluūt, uel uento raptante tenuat: ita iniquitates tuas & uniuersa peccata quib. prius me offenderas, dissolui faciā. Tu tantum reuertere ad me, & age pœnitentiā: quia redimēdus es precioſo sanguine. Quod si feceris, scias in salute tua celos terramq; letari, & omnia elemēta cōcinere. Siue angelos qui morantur in celis: & alias potestates, quibus terrę fundamenta portantur. Vel certe apostolos & prophetas, de quibus loquebatur & Apostolus: Aedificati super fundamentū apostolorū & prophetarū. Montes quoq; & syluę siue colles, qui pro uarietate uirtutum prima & media loca & ultima possederunt, iubentur iubilare &

pluuia nutriūt, & facta est hominib. in focū: sumpſit ex eis, & calefactus est: succēdit, & coxit panes. Dereliquo autē operat⁹ est deū, & adorauit: fecit sculptile, & curuat⁹ est ante illud. Mediū eius cōbussit igni, & de medio eius carnes comedit. Coxit pulmentū & saturatus est, & calefactus est, & dixit: Vah calefact⁹ sum, uidi focū. Reliquū autē eius, deū fecit, et sculptile sibi, curuat⁹ ante illud, et adorat illud, & obsecrat dicens: Libera me, quia deus meus es tu. Nescierūt neq; intellexerūt. Obliti enim sunt ne uideant oculi eorū, ne intelligāt corde suo. Non recogitāt in mente sua, neque cognoscunt, neq; sentiunt ut dicant: mediū eius combussit igni, et coxi super carbones eius panes. Coxit carnes, & comedit: & de reliquo eius idolum faciā, ante trūcum ligni procidam, pars eius cinis est: cor inſipiēs adorabit illud, & non liberabit animam suam: neque dicet, forte mendacium est in dextera mea.

H E B. Memēto horū iacob & Israel, quoniam seruus meus es tu: formaui te, seruus meus es tu Israel, ne obliuiscaris mei. Deleui ut nubem iniquitates tuas, & quasi nebulā peccata tua. Reuertere ad me, quoniam am redemi te. Laudate cœli, quoniam fecit dominus: iubilate extrema terrę: resonate montes laudationem, saltus & omne lignū eius, quoniam redemit dominus iacob, & Israel gloriabitur.

S E P. Memēto horū iacob & Israel, quoniam seruus meus es tu: formaui te, seruus meus es tu Israel, ne obliuiscaris mei. Deleui ut nubem iniquitates tuas, & sicut caliginē peccata tua. Reuertere ad me, et redimam te. Lætamini cœli, quoniam fecit deus Israelis. Canite tuba fundamenta terrę: clamate montes lætitiā: colles & omnia ligna quę in eis sunt, quoniam redemit deus iacob, & Israel in clytus eius.

Sic aurant sermonis rhetorici uenustate: quorū deus uenter est, & gloria in cōfusione eorū. *¶ Memēto horū iacob, etc.* Cū hęc se ita habeāt, & idola hominū scias esse fingmēta, δ̄ iacob & puer meus Israel, ne obliuiscaris creatoris tui, tibiq; ipsi iniuriam facias, ut incurueris operi manuū tuarum. Quā quia in aduētū pueri mei quem elegi, penitus destruenda sunt: propterea tota mentis auuiditate cognosce, qđ sicut nubes & caligo & nebula uel solis calore dissoluūt, uel uento raptante tenuat: ita iniquitates tuas & uniuersa peccata quib. prius me offenderas, dissolui faciā. Tu tantum reuertere ad me, & age pœnitentiā: quia redimēdus es precioſo sanguine. Quod si feceris, scias in salute tua celos terramq; letari, & omnia elemēta cōcinere. Siue angelos qui morantur in celis: & alias potestates, quibus terrę fundamenta portantur. Vel certe apostolos & prophetas, de quibus loquebatur & Apostolus: Aedificati super fundamentū apostolorū & prophetarū. Montes quoq; & syluę siue colles, qui pro uarietate uirtutum prima & media loca & ultima possederunt, iubentur iubilare &

A tuba canere: scietis quod redemerit dñs iacob, & in Israel cōuersione lætetur, siue ipse Israel ab errore cōuersus, in clytus fiat. *¶ Hęc dicit dominus, etc.* Destructis idolis & iniquitatib. Israel peccatisq; deletis, qm̄ omnis simul creatura gaudebit, & iuxta euāgelij fidem super pœnitentiā peccatorū angelij lætābunt in celis: describit potētia dei, quod nequaq; ei grande sit redime re iacob, & Israel inſtaurare cor rectum, quę formauit ex uero. Et si hoc aliquid nō paruū uideat: nō sit illi difficile qui extrēdit celos solus. Iuxta qđ alibi legitur: *¶ Qui extēdit cœlum quasi pellē. Nō quo fili⁹ excludat ab extrēsiōne cœlorū: Omnia em̄ per ipsum facta sunt, & sine ipso factū est nihil, qđ factū est: sed quo, ut sepe diximus, per hęc sententiam excludat ut idola. Nam & in Prouerbij Salomonis ex persona Christi dei uirtutis deiq; sapiētię dicitur: Qui parabat cœlū, ego eram cū eo. Ipse em̄ dixit, & facta sunt: ipse mādauit, & creata sunt. Et: Verbo dñi cœli firmati sunt, & spiritu oris eius omnis uirtus eorū. Hęc frequēter ingerim⁹, ne ulla blasphemādi Christi hæreicis occasio relinqua. In stabilitate quoq; terrę, quādo illius fundamenta solidabat, nullus erat cū deo, prater eum qui erat in eo. Iste igitur tantus actalis, cum p̄finitū mysterij tēpus aduenerit: ut cuncta idola destruātur, & dei soli⁹ notitia p̄dicetur in mūdo: omnia uaticinia diuinorum, & pythonū & hariolorū signa atq; portenta, quibus humanum deceperunt genus, destruet atq; subuertet: & sapientiam philosophorum, quā & ipsa erroris pars maxima est, dum stultam esse mōstrabit: dum nequaquam humanis cogitationibus dei probantur cōprehendisse sapientia. Qui etiā uerbum pueri siue serui sui, de quo supra diximus: & consiliū nūciorum eius, reb⁹ explebit: apostolorū scilicet omniumq; doctorū, qui uoluntatē magistrū sui gentibus nunciabūt.*

Ipsē ergo qui est tāta factur⁹, cuius potētia breuiter sermone descripsi: etiā ad Hierusalē, quā destrueda erit a Babylonijs nūc dicit anteq̄ destruat, quod rursum habiteat a populis: & ciuitatib. ludæ, quod inſtauret: qui & solitudines illius suscitabit, ut omnia cultorib. impleatur. Qui igit dicit Hierusalē & ludæ & desertis ei⁹, qđ habitet & edificet & susciteat: hic dicit p̄fundo siue abyſſo, id est Babyloni: desolare & flumina tua arefaciā, oēm regū potētia, siue qđ p̄fundū & abyſſum dixerat, rectē p̄ trāslatiōnē & flumina posuit: de quibus & Psalmista decantat: Sup̄ flumina Babylonis ibi sedimus & fleuimus. Et qđ Hierusalē inſtaurat, & Babylōnē destruit, dicit quoq; Cyro regi Persarū, qđ prim⁹ destruxit Babylōnē atque Chaldaeos: pastor meus es: siue ut lxx. trāstulerūt, ut sapiat. Cui⁹ differētiā cā manifesta est. Verbum em̄ Hebraicū *אֱלֹהֵי* si p̄ literā legam⁹, intelligit pastor meus: si per 7 sciens uel intelligēs meus, quārū similitudo paruo apice distinguit: ac per hoc sape cōfundit. Scriptū est in Eddre principio, qđ ad edicū Cyri regis Persarum atq; Medorū, populi Israel sit laxata captiuitas: & remissi in Hierusalē, qđ redire uoluerūt sub Zorobabel filio Sathiel, & Iesu filio Ioſedech sacerdote magno. Huic. n. dñs inſpirauit, ut suā faceret uoluntatē, & illi⁹ p̄cepta cōpleret. Signāterq; addidit, qđ dicit Hierusalē edificaberis, & tēplo fūdaberis. Sub Cyro em̄ iustum est, ut edificaretur Hierusalē, & templū, cuius tantū illo uiuente iacta sunt fundamenta. Ceterū sub Dario, anno illius secundo, prophetantibus Aggæo & Zacharia, templū edificari cœptum est.

CAP. XLV.

Hęc dicit dominus Christo meo Cyro, etc. Scio in hoc capitulo non solum Latinorū, sed & Gregorū plurimos uehementer errare, existimantiū scriptum esse: Sic dicit dominus Christo meo domino: **S E P.** Sic dicit dominus qui redemit te, & formans te ex utero: Ego dominus qui compleo omnia: extendi cœlū solus, & formaui terram, Quis alius dissipauit signa pythonū, & diuinationes de corde? gauertor prudentes retrorsum, et cōsiliū eorū stultū facio. Et statuo uerbū pueri mei: et consiliū angelorū eius uerū probo. Qui dico Hierusalē, habitaberis: & ciuitatibus ludæ, ædificabimini, & deserta eius suscitabo. Qui dico profundo, desolare, et flumina tua arefaciā. Qui dico Cyro, pastor meus es, & omnē uoluntatem meā complebis. Qui dico Hierusalē, ædificaberis: & templo fundaberis.

Psal. 103. 4
104. 1. 4
Pro. 8. c
Psal. 32. b

Psal. 136.

D

A ut intelligat, iuxta illud quod alibi legimus: Pluit dominus a domino. Et dixit dominus domino meo. Ne que enim *lucis*, quod dominus sonat, sed Cyro dicitur, qui Hebraice appellatur *כורש* regi Persarum qui Babylonem Chaldeos superavit. Et iunctus Medis, agitor bige, id est, cameli & asini, supra legit. Iste appellatus est Christus: id est, unctus domini, quod erat in signe apud Hebræos regie potestatis: ut quomodo apud nos diadema & purpura solis Imperatoribus datur, sic apud Hebræos regnaturi perfundebant unguento. Vnde & Saul Christus domini dicitur. Et in psalmis legimus: Nolite tangere Christos meos: & in prophetis meis nolite malignari. Huius dexteram apprehendit & tenuit ut nullus fortitudinis eius ualeret resistere. Legimus Xenophontis octo librorum Cyri maioris historia, & prophetiam Esaiæ cernemus expletam. Quæ enim ciuitas illi non patuit quis non regum terga subiecit: qui muri prius inexpugnabiles, non illius obfisione subuerfi sunt. Vnde ad ipsum Cyrum Deus apostropham facit: Dedi tibi thesauros, & absconditas opes cunctarum urbium: ut qui prius colebas idola, beneficiis unum scilicet deum: præsertim cum scias, multo antequam nascereris tuum nomen esse prædictum. Quod quidem Iosephus in undecimo Iudaicæ antiquitatis uolumine refert, legisse Cybum ab Esaiâ de se certo uaticinatum nomine: & idcirco Iudæos quasi dei familiares plurimum dilexisse. Hæc autem, inquit, tribui tibi propter Iacob seruum meum: & Israel electum meum. Et uocaui te nomine tuo: sicut uocaui Abraham, Isaac & Iacob: & multo ante prædixi, ut Isaac & Iosiam: ne putareris ille esse Christus, cui assimilatus es, & in cuius typum & imaginem præcessisti. Tu autem non cognouisti me, id est, simulacra coluisti, non deum. Accinxi te fortitudine, multarum gentium feci esse uictorem, & non cognouisti auxiliatorē tuum. In quo loco satis mirari nequeo, quæ stultitia sit legentium, ut hæc ad Christum referant per quem mundus reconciliatus est deo. Ego, ait dominus, & non est amplius extra me. Præter sermonem quippe atque rationem uirtutemque meam & sapientiam, quæ in me est, nullus est alter deus. Et hæc feci ut ab oriente & occidente omnis orbis agnoscat, nullum esse alium absque me deum: Ego dominus & non est alter. Pater enim in filio, & filius in patre. Qui loquitur in Euange-

lio: Ego & pater unum sumus. Et in Esdræ uolumine positum est scriptum esse Cyrum ad omnes gentes, nullum esse deum, nisi solum deum Israel. Siue ita intelligendum, quod captiuorum laxatio, & dei in populum suum clementia, cunctis gentibus deum fecerit notiosem. Qui igitur tibi dedi fortitudinē & solus deus sum: ipse res inter se contrarias facio, lucem & tenebras, id est, diem & noctem: pacem & malum, hoc est, otium & bellum: per quæ significat & iratum fuisse se populo suo, quando tenebras captiuitatis, malaque sustinuit seruitutis: Et rursum miserum, quando remisit in patriam, pacem & gaudium receperunt. Quomodo enim luci contraria tenebræ sunt: ita paci contrarium bellum est. Vnde confundatur hæresis quæ malorum arbitratur conditorem deum. Cum hic malum non contrarium bono, sed pro afflictione ponatur & bello secundum illud quod in Euangelio scriptum est: Sufficit diei malitia sua. Possumus iuxta tropologiam hæc & de ecclesiastico uero dicere: cui deus dedit sermonem atque sapientiam, ut omnes sectas contrarias ueritatis sua disputatione subuertat. Sicut & de Stephano sancta scriptura commemorat, quod nullus potuerit resistere sapientiæ eius: & ut reges, id est, patriarchas singularum hæresedon suæ subijciat potestati: & aperiat atque confringat, quod prius uidebatur dialectica arte conclusum, & in medium proferat arcana hæreticorum, superas eos atque conuincens: ut Christi secreta cognoscant, in quo sunt omnes thesauri sapientiæ & scientiæ absconditi. Istiusmodi uerbum uocat deus ex nomine suo: quia defensor est pueri eius Iacob & electi illius Israel. Hunc suscipit & assimulat sermoni suo, qui cauere debet ne suum putet esse quod loquitur: sed omnia ad datoris referat gloriam, ne & ipse mereatur audire: Accinxi te, & non cognouisti me. Cum enim instructus armatura apostoli, omnes docuerit non esse alium deum nisi unum qui sit Iacob & Israel deus, confundetur Marcion, duos deos intelligens: unum bonum, & alium iustum: alterum inuisibilem, alterum uisibilem conditorem. E quibus prior lucem faciat, secundus tenebras: ille pacem, hic malum: cum utrunque pro diuersitate mentorum unus deus idem que condiderit.

Commentarij duodecimi in Esaiam prophetam finis.

DIVI HIERONYMI PRESBYTERI IN DECIMUM TER-
tium Commentariorum Esaiæ ad Eustochium uirginem Proœmium.



Multi casus opprimunt nauigantes. Si uehementior flauerit uentus, tempestas formidini est. Si aura moderatior summa iacentis elementi terga crispauerit: piratarum insidias pertimescunt. Atque ita fit, ut fragili animæ ligno credite, aut metuant periculum, aut sustineant: quorum utrunque altero grauius est, uel mortem timere perpetuo, uel quæ timueris sustinere. Hoc mihi in Esaiæ pelago nauiganti accidere uideo. Dum enim in offenso cursu uela tenduntur: & securis nautarum manibus, sulcans æquoris campos carina delabitur: subito clangoris turbo consurgens, tantis undarum molibus & collisorum inter se fluctuum fragore resonante, pauida amicorum corda perterruit: ut dicere cogentur, Magister, saluos nos fac, perimus. Quam obrem Eustochium, in toto orbe terrarum unicum nobilitatis & uirginitatis exemplum, non sileat pupilla oculi tui, clamacque in corde: Abba pater. Et cum Psalmista loquere: Exurge, ut quid dormis domine: ut iniunctum in Esaiam opus, te orante, & Christo miserante, perficiam. Iam enim tertius decimus explanationum liber cuditur, qui necdum peruenit ad calcem. Et interim donec misericors & miserator dominus, patiens & multarum miserationum, redadat pristinam sanitatem, hanc præfatiunculam tumultuario sermone dictaui, ut quæ habentur in schedulis describantur, & plena emendatio lectoris iudicio referretur.

Commen-

COMMENTARIORVM
Hieronymi in Esaiam prophetam
Liber decimus tertius.

Rorate cœli desuper, et pluat, nubes, etc. Duplex huius loci interpretatio est. Quidam enim putant hæreses superioribus quæ dicuntur, & Cyro rege laxante captiuos, cœlum terramque laxari, uerborum uero, pro eo quod est, illos qui in cœlo morantur & terra. Alij à superioribus, separant, & proprium capitulum huius uolunt esse principium, ac de aduentu domini prophetari, quod imperetur nubibus, de quibus supra scriptum est: Mandabo nubibus, ne pluant super eam imbrē, id est uineam Israel, & ad quas peruenit ueritas dei, ut pluat mundo iustum siue iustitiam: terraque aperiat & germinet saluatorē. De qua in Psalmis canit: Veritas de terra orta est, & iustitia de cœlo præcepit. Siue iuxta Lxx. Terra misericordiam & iustitiam pariter genuit, ut & peccatores misericordiam, & iusti premia consequantur. Quodque sequitur: Ego dominus creauit eum: uel, ego dominus qui creauit te. Non scandalizabit ad nomē creaturæ, qui illum uermem ac seruum & germinatum legerit esse de terra. b ¶ *Væ qui contradicit histori, etc.* Qui ad Cyri personam uolunt referre quæ dicta sunt, sic locum istum interpretant. Me ingentia pollicente, quod propter euerfionem populi mei in Iudæam, omnia Cyro regna subfuerunt. Væ ei qui incredulus est, & non putat uentura quæ dico: quasi si lutum & testa cōtracta calumnia figulum suum, quare facta, uel cur ita facta sit: & opus contra artificis loquatur manus: & patrem ac matrem calumnietur filius, cur in terram naturæ lege profusus sit. Cum igitur ego dominus sanctus Israel plasmauerim Cyrum, & mea iussione generatus sit, superfluum facitis ambigere de futuris: quin potius nosse deberis, quod filios meos, populum Israel: opus manuum mearum, non uestro arbitrio, sed mea uoluntate dispensem: ut qui prius eis tenebras & malum creauit, nunc lucem & pacem tribuam. Ego enim sum deus, qui non in uacuum creauit terram, ut esset deserta & squallida: sed ut homines habitarent in ea. Ego extendi siue firmaui cœlos, ut angelorum essent habitaculum. Stellas quoque eos uarietate distinxit: & imperaui singulis quod curreret ordine, & dierum ac mensium annorumque diuersa spacia completeret. Qui igitur cœlum feci terram, quid magnum est si unum regem creauerim, qui mea mandata conseruet, & omnes uias illius dirigam: ipse enim iustus est, ut adificetur ciuitas mea Hierusalem, & captiui redeant in Iudæam. Non ob precium neque munera, sed ob meam uoluntatem, dicit dominus deus exercituum. Qui autem ceptam ad Christum refert intelligentiam, sic explanationis suæ uerba moderatur. Væ eis qui contradicunt deo, & Christum non putant esse

Hier. 10. 5

uenturum, quasi lutum & testa de testis contradicat figulo suo. Væ qui dicit omnipotenti patri, quare tu generas filium, & mulierem sanctam Mariam, quid parturis? De qua scribit & Apostolus: Quod Christus factus sit de muliere, factusque sub lege. Hæc ergo dicit dominus sanctus Israel, qui

Lætetur cœlum desuper, & nubes spargat iustitiam. Germinet terra, et oriatur saluator: et iustitia oriatur simul, ego dominus creauit eum. Væ qui contradicit fictori suo, de testa Samijs terræ. Nunquid dicit lutum figulo suo quid facis, & opus tuum absque manibus est? Væ qui dicit patri, quod generas, et mulieri, quid parturis? Hæc dicit dominus sanctus Israel: et uertura: interroga me super filios meos, & super opus manuum mearum mandate mihi. Ego feci terram: & hominem super eam creauit ego: manus meae tenderunt cœlos: & omni militia eorum mandaui.

Ego rim: cuius omnes uiae rectae sunt? Peccatum enim non fecit, nec dolus inuentus est in ore eius: Qui adificet ciuitatem meam super petram, aduersum quam porta inferi non praualeant, & quæ in morte posita, latere non possit. Dæmoniacisque prius uinculis alligatos, omnes dimittat liberos: non in precio neque in muneribus: Gratis enim salui facti sumus, audientibus apostolis atque facientibus: Gratis accepistis, gratis date. Nonnulli hæc ad Zorobabel referunt quod eduxit captiuos de Babylone, & adificauit ciuitatem, & extruxit templum, prophetantibus. Aggeo & Zacharia atque dicentibus: Manus Zorobabel fundauerunt domum istam, & manus eius complebunt eam. Sed nos rectius dicimus & uerius, nec Cyrum adificasse ciuitatem quæ postea extructa est sub Neemia, nec omnes uias eius fuisse directas. Cui supra dictum est: Assumpsit & accinxi te, & non cognouisti me: & Zorobabel statim, qui sub nutu ac potestate Medorum fuit atque Persarum, omnia quæ dicuntur excedere. Neque enim Zorobabel extruxit ciuitatem: nec captiuitatem dimisit, nec rex appellari potest, qui sub alijs uiuens regibus, hoc nomine caruit. Quid sibi aut uelint Lxx. qui in principio huius capituli transtulerunt: Quid melius feci quam lutum figuli? Nunquid quæ arabit terram: scire non ualeo, nisi forte Theodotionis sequar editionem, qui pro hoc posuit, Væ ei quod contendit contra factorem suum, arans arantis terram, quod scilicet uulneret in poenitentia corda mortalium, & in morem sulcorum ea subruat atque subuertat. Sed hæc seruo la interpretatio est. Porro quod figulus, hoc est, creator nominis & factor, appellet deus, & apostolus Paulus in epistola loquitur ad Romanos: Nunquid dicit figmentum ei qui finxit, quid me fecisti sic? An non habet potestatem figulus lutum, ex eadem massa facere, aliud quidem uas in honore, aliud uero in contumeliam? Et in Hieremia

prolixius

A proluxus scribitur, qui narrat post cetera: Descendi in domū figuli, & ecce ipse faciebat op^o in rota, & dissipatum est uas quod faciebat in manib. suis. Rursum q̄ fecit ex eodē luto aliud uas, sicut placuit in cōspectu ei^o. Et factus est sermo dñi ad me dicens: Si nō possum sicut iste figul^o facere uos domus Israel, dicit dñs. Ecce sicut lutū in manu figuli: sic uos estis in manib. meis dom^o Israel. Illud q̄ q̄ scriptū est: ego o^{mnibus} stellis p̄cepit: occasione quibusdam tribuit, q̄ astrationalia sint, & animā sēsum q̄ habeat. Neq̄ em̄ aut̄, p̄ciperet, nisi intelligētibus, nō recordantes qd̄ in Iona scriptum sit: P̄cepit dñs spiritui cōburenti. Et rursum: P̄cepit uermi matutino. Et qd̄ in Iona 4. e. Lucā 8. d. euāgelio saluator uēros & mare increpauerit, in quib. sensum atq̄ rationē nō esse, p̄spiciū est. **Hec dicit dominus: Labor Aegypti, &c.]** Et in hoc loco q̄ sequunt̄ historiam, dicit̄ Aegyptū & Aethiopes gentesq̄ Sabaim, quā trans Aethiopia m̄ sunt, seruisse Cyro, & ei gētes ultimas fuisse subiectas: atq̄ ex mirabili intellexisse uictoria, q̄ in eo esset dñs, & nō esset alius p̄ter eū qui in illo habitaret deus. Sed hoc qd̄ sequitur: Verē tu es deus absconditus, deus Israel saluator: q̄m̄ possit Cyri personā cōuenire, nō intelligo: Nisi forte Theodotionis utant̄ editione: qui trāstulit, in te est fortis, & nō est alius p̄ter eum deus: Propterea tu fortis absconditus deus Israel saluator. Quocunq̄ se uerterint, nō ualebunt laqueos ueritatis effugere. Fac enim esse in Cyro deū, & non esse alium p̄ter eū qui sit in Cyro deus, quomodo Cyri personā dici cōueniet: Vere tu es deus absconditus, deus Israel saluator. Ergo deus in quo est deus, dñs noster Iesus Christus rectius intelligit̄ & uerius, qui in Euāgelio loquit̄: Ego & pater unum sumus. Qui deus appellatur absconditus propter assumpti corporis sacramentū, & deus Israel saluator, quod interpretat̄ Iesus. Hic enim iuxta angelū Gabrielē saluabit populū suū. Confusi sunt & erubuerunt omnes simul, scribē uidelicet & pharisaei. Et abierūt in confusione fabricatores erroris: qui in toto mundo disseminauere mendaciū, ut eū dicerēt ab apostolis furto esse sublatū. Israel aut̄ saluatus in dño salute aeterna, apostolorū intelligit̄ chorus, & hi qui per apostolos crediderunt. Vnde dicitur ad eos: Non confundemini neq̄ erubescitis in solū in praesenti seculo, sed & in futuro. Seruisse autē ei Aegyptum, & Aethiops, & Sabaim, excelsos uiros atque sublimes: nemo dubitat, cū ei mundū uideat esse sub-

iectum, & ex paucarū nomine nationū, quā habitāt in extremis finibus terrae: cūctos coelorum cardines, & omnia terrae littora, ei creditura p̄cipiat. Vnde pulchre quasi laborantibus in errore idololatriā, cessare labor Aegypti nominat̄. Nulla em̄ gēs ita idololatriā dedita fuit, & tā innumera bilia portēta uenerata est, quā Aegyptus, de qua supra legim^o: Ecce dñs ascēdet super nubem leuē, & ingrediet̄ Aegyptū, & mouebuntur simulacra Aegypti à facie eius, & cor Aegypti tabescet in medio ei^o. Porro qd̄ in Lxx. additū est: Innouamini ad me infulg, sic exponere possumus, ut dicamus ecclesias de gētibus congregatas in nouari in Christo, & appellari infulgas, q̄ persecutorū rabie p̄cellasq̄ sustineāt, & fundatē supra petra, nulla turbini mole quatiant̄. Hebreistul ta cōtentione nitunt̄ asserere, usq̄ ad eū locū ubi legit̄: Tantū in te est deus, & non est absq̄ te deus, uel ad Hierusalē uel ad Cyrum dici. Hoc aut̄ qd̄ se dicit̄: Verē tu es deus absconditus, deus Israel saluator: Subitō ad omnipotentē deū apostrophā fieri, cū etiā stultis p̄spiciū sit, unū contextū esse sermonis, nec possit sensum diuidi qui in ipso narrationis ordine & ratione coniunctus est. **¶ Quia haec dicit dominus, &c.]** Vocatis Aegyptio, & Aethiopia, & Sabaim uiris excelsis: p̄ quā monstrat̄ salus uniuersarū gentium barbararū, & totū mundi ad deum cōuersio: ostendit deus iustitiā suam: quod nō solum Iudaeorum sit dominus, sed & gentiū. Ipse em̄ caeli factor & terrae, aequaliter omnū deus est, & nō ob aliam causam creauit terram, nisi ut hominū esset habitaculum: qui suum adorarent & intelligerēt creatorem, & idola uniuersa contemnerent. Nam & in monte Sina, de excelso eius uertice haec audietibus populis est locutus: Non erūt tibi dii alieni absq̄ me, nec facies tibi idolum. Sed melius ut hoc dictum de euāgelica p̄dicatione credamus. Moyses enim in abscondita solitudine, unū tantum loquutus est populo: Apostolorum aut̄ sonus in uniuersum orbem exiit, & uerba eorum usq̄ ad terrae terminos peruenerunt. Non dixit, inquit, femini Iacob frustra querite me. Coelorum enim illis regna promisi, & primū ad eos locutus sum: Non ueni nisi ad oues perditas domus Israel. Et idcirco locutus sum iustitiā, & annūciaui recta siue ueritatē: ut imaginib. legis & ceremonijs derelictis, sequerentur euāgelij ueritatem. Sed quia illi credere noluerunt, & indignos se iudicauerūt salute: p̄pterea dico gētibus: Congregamini de toto orbe, & uenite & accedite ad me

Iona 4. e

Lucā 8. d.

Aethiopes gentesq̄ Sabaim

Math. 23. e

Math. 23. e

Supri

Tim. 4. a

B

Psal. 6. b

Exod. 17. e

Psal. 11. e

Math. 4. e

A me simul qui saluati estis ex gentibus. Per qd̄ ostendit, non statim oēs gētes esse credituras, sed paulatim & per partes. Deniq̄ corripit eos qui in errore pristino permanserunt, dicens: Nesciūt qui leuant lignū sculpturae suae, & rogant deū nō saluantes, & est sensus: Nō intellexerunt sermones meos, simulacrorum suorum onere p̄grauati, & sperantes in eis quib^o nulla est salus. Vnde apostolis p̄cipitur, ut oportune importune annuncient ueritatē, & inuicem consiliū saluatis gentium. Hoc autem, id est, ut congregarentur & uenirent ex gētibus plurimi q̄ saluarentur, ab initio loquutus est deus, & cūctorū prophetarū ora cecinerūt: qui sermone dñi loquebantur, p̄ter quem nullus est alius. Filius. n. nō absq̄ eo, sed in eo deus est. Pulchre q̄ iūgit, deus iustus: nequaq̄ unū gētis, sed uniuersū mūdi: cui loquitur: Conuertimini ad me, & salui eritis oēs fines terrae. Impleto illo qd̄ pater filio repto misit. Postula me, & dabo tibi gētes hereditatē tuā, & possessionē tuā terminos terrae. Iuratq̄ per semetipsum, quādo sententia oris sui, & uerbū quod protulit semel super salutē gentiū: nequaquā irritū fiat, sed reprobatio eius opere cōpleatur, dicentis supra: Conuertimini ad me, & salui eritis omnes fines terrae. Iurat aut̄ secundū Apostolū, ut q̄ duas res immobiles, in quib. impossibile est mentiri deū, firmā cōsolationē habeamus: sed & hoc iurat qd̄ idolis derelictis oēs genu ei flectatur: caelestium, terrestriū, & infernorum, & omnium per illū iuret lingua mortalium: in quo p̄spicue signi-

H E B R. eam ipse plastes eam: non in uanum creauit eam, ut habitetur formauit illam. Ego dominus, & nō est alius. Non in abscondito locutus sum: in loco terrae tenebroso non dixi semini Iacob: Frustrā querite me. Ego dominus loquens iustitiā: annuncians recta. Congregamini et uenite, & accedite simul qui saluati estis ex gētibus: nescierunt qui leuat lignum sculpturae suae, & rogant deum non saluantem. Annunciate, & uenite, & consiliamini simul: quis auditum fecit hoc ab initio, ex tunc praedixi illud. Nunquid nō ego dominus, & non est ultra deus absque me? deus iustus & saluans nō est praeter me. Conuertimini ad me, & salui eritis omnes fines terrae: quia ego deus, & nō est alius. In memetipso iuravi, egredietur de ore meo iustitiā, sermones mei non auertent: quia mihi in curuabitur omne genu, & iurabit omnis lingua. Ergo in dño dicit: Meae sunt iustitiae & imperiū, ad eum ueniet & confundent oēs q̄ repugnat ei. In dño iustificabitur & laudabit omne semen Israel.

CAP. XLVI.
Confractus est Bel, contritus est Nabo, facta sunt simulachra eorum bestiarum & iumentis: onera uestra graui pondere usq̄ ad lassitudinem. Contabuerunt & contrita sunt simul: non potuerunt saluare portantem, & anima eorum in captiuitatē ibit. Audite nō habetur. Et est idolum Ascalonis, Gaza, & reliquarum urbium Philistim. Et à speciali trāsit ad generale:

S E P T. eam, ipse parauit eam: non in uacuum fecit eam, sed ut habitaret plastes eam. Ego sum dominus, & non est ultra. Non in abscondito locutus sum, neq̄ in loco terrae tenebroso. Non dixi semini Iacob, uanū querite: ego sum dñs qui loquor iustitiā, annuncio ueritatē. Congregamini & uenite & consilite simul qui saluamini de gentibus: nō cognouerūt q̄ portant lignum sculpture suae: orant deos nō saluantes. Si annunciant, appropinquēt ut sciant simul: quis audita fecit haec ab initio, tunc annūciatū est uobis. Nonne ego dominus deus, & nō est alius absq̄ me, iustus et saluans non est praeter me. Conuertimini ad me & salui eritis ab extremis terrae. Ego sum deus, & non est alius: Per memetipsum iuraro, nisi egredietur de ore meo iustitiā, sermones mei non auertent: quia mihi in curuabit omne genu, & iurabit, & cōfitebitur omnis lingua deo, dicens: Iustitia & gloria ad eum ueniet, & confundent omnes qui separant se à dño: iustificabit & in deo glorificabit omne semen filiorum Israel.

CAP. XLVI.
Cecidit Bel, contritus est Dago: facta sunt sculptilia eorum in bestias & iumenta: portatis ea colligata quasi onus laboranti, & deficienti, & esurienti, nec praeuolenti simul, qui non poterunt saluare in bello. Ipsi autem captiui ducti sunt. Audite

ficat̄ populus Christianus. Moris est em̄ ecclesiastici, Christo genu flectere. Qd̄ Iudaei, mentis superbiam demonstrātes, omnino nō faciunt. Sed & omnis lingua cunctarū gentiū barbararū, non in synagogis, sed in Christi ecclesijs cōfiteat̄ deū. Omnis aut̄ lingua Christi cōfiteat̄, in dño loquetur & dicit: Meae sunt iustitiae, & meū est imperiū: nō populi Iudaeorū. Ad eū cū gētes ueniret, & cōfundent̄ q̄ prius illi euāgelio repugnabāt: & iustificabit atque laudabit omne semen Israel, quorū praedicatione & semētis fertilissima, in toto orbe uberrimos attulit fructus. Siue iuxta Lxx. oīs lingua iurās & cōfiteat̄ deū, dicit: q̄ iustitia & gloria totius orbis ad eū ueniat, & confundant̄ Iudaei q̄ se ab eo separant. Hi aut̄ q̄ destitit filiorū Israel orti sunt, & qui de apostolorū semine pullulauerunt & crediderunt in Christo, habeāt iustitiā & gloriā sempiternam.

CAP. XLVI.
Confractus est Bel, contritus est Nabo, etc.] Post uocationē gētū, & electionem creditū ex Israel, idola corruisse testat̄. Cecidit, cecidit, siue cōfractus est Bel, quē Graeci Belū, id est, Saturnū uocāt. Cuius tāta fuit apud ueteres religio, ut ei nō solū humanas hostias captiuorū ignobilisq̄ mortaliū, sed & suos liberos immolarent. Nabo autē & ipsum idolum est, qd̄ interpretat̄ prophetia & diuinatio, quā post euāgelij ueritatē in toto orbe contuisset significat. Siue iuxta Lxx. dicitur, q̄ tamen in Hebraico

A Facta sunt simulacra eorum bestiarum & iumentis. Non quo simulacra gentium in praedam bestiarum & iumentorum exposita sint, sed quo religio nationum, simulacra sint bestiarum & brutorum animalium, quae maxime in Aegypto diuino cultui consecrata sunt. De quibus & Virgilius: Omnigenumque deum in astra & Iatrorum A-nubis. nam & plerumque noia oppidorum ex bestis & iumentis hant nomina: *λυων* a cane; *λεων* a leone; *θηρις* lingua Aegyptia ab hircio; *λυον* a lupo, ut taceat de formidoloso & horribili cepe & crepitu uentris inflati, quae Pelusiaca religio est. Haec, inquit, simulacra quae non possunt saluare portantes: nihil sunt aliud, nisi onera sacerdotum, deprimetia eos usque ad lassitudinem. Quae cum captiuitas uenerit: pro precio metallorum, de quibus facta sunt: ducuntur prima captiua, & animam suam siue portatium, liberare non possunt. Non quo muta simulacra habeant animam, & aliquae sensum doloris quae insensibilia sunt, sed quo *καταχρηστικως* uocetur anima & membra eorum rerum quae absque sensu & membris sunt. Alioquin & in Prouerbis legitur: In manu lingua, mors & uita: cum peripicue manum lingua non habeat. Vel hoc dicendum, quod grauissimum onus in gentibus, error fuerit idololatriae, quae cultores suos deprimebat ad terram, & saluare non poterat: animasque eorum faciebat diabolo & demonibus esse captiuas.

¶ Audite me domus Iacob & omnes, etc. Nequaquam enim appellat Iacob, nec Israel, quod & ipsum absque coniunctione ferui & pueri & electi in suggillatione populi supra exposuimus: sed multo uilius, domus Iacob & reliquias Israel, ob proprietatem carnis & sanguinis, & quasi feces reliquiarum Israel. Docetque eos inftar puerorum atque lactentium, ita a deo quasi matris utero & uulua pregnantis ex Aegypto esse portatos. Non quo ineffabilis dei incomprehensibilisque maiestas, aut uterum habeat aut uulua, pedesque & manus & cetera corporis membra: Sed quo nos affectum dei per nostra uerba discamus. Alioquin & in centesimo nono psalmo ex persona dei hoc idem canitur. In hoc enim lo-

co ubi Lxx. transtulerunt, ex utero ante luciferum genui te: in Hebraeo scriptum habet, *קדמך* quod interpretatur de uulua. In praesentiarum uero non solum de utero, & de uulua scriptum est, hoc est, *קדמך* sed *קדמך* quae praepositio significat ex meo utero, sicut ex mea uulua.

Et est sensus: Qui uos genui ab infantia, & meo utero uuluaque gestauit: ipse usque ad senectutem protegit: non meam, sed uestram: ut eos doceat diuina misericordia esse saluandos. Creator enim omnium parcat creaturae suae, & pastor bonus ponit animam suam pro ouibus suis: qui autem mercenarius est, cuius non sunt oues, quum uiderit lupum, fugit. Quia igitur feroci & genui liberos, ego feram & ipse portabo. Iuxta Septuaginta qui dixerunt, *οι κερδοβουοι εν κοιλιας, η κερδοβουοι εν πνευματι* *εως γηρας*, id est, Qui portamini ex utero, & erudimini ab infantia usque ad senectutem, hoc significat quod frustra legem dei, die ac nocte meditentur: non habentes notitiam dei, sed hominum ac bestiarum simulacra uenerantes, in tantum ut correptione indigeant prophetae, per quam loquitur ad eos deus: Cuius similitudo faciam, & adaequastis & comparastis me, & fecistis similes: Qui confertis aurum de sacco, & argentum in statera apponditis, & conducetes aurifices ut faciat deum, & prociidunt & adorant. Portant illud in humeris, gestantes & ponentes in loco suo: & stabit, ac de loco suo non mouebit. Sed et cum clamauerint ad eum, non audit: de tribulatione non saluabit eos. Memoretote istud, & fundamini, & redite praeuaricatores ad cor. Recordamini prioris seculi: quoniam ego sum deus, & non est ultra deus, nec est similis mei. Annuncians ab exordio nouissima, & ab initio quae necdum facta sunt: dicentes consilium meum stabit, & omnis uoluntas mea fiet. Vocans ab oriente auem, & de terra longinqua uirum uoluntatis meae: & locutus sum, & adducam illud, creauit & faciam illud.

Audite bus coluntur. Manifesta transcurrimus, ut Christi misericordia clausa referemus. **¶** Mementote istud & fundamini, etc. Quia uos ipse genui, ipse portauit, & ab infantia usque ad senectutem, non uestro merito, sed mea pietate saluamini: deserite idola quae fecistis, & ad unum dei cultum reuertimini. Agite poenitentiam: in gemis te pro errore qui uos tenuit: imò fundamini, ne rursum subitus idololatriae uos turbo subuertat: & redite ad cor, id est ad mentem uestram, qui simulacra uenerantes, uelut furiosi in ligna impigebatis & lapides. Ab initio considerate mundi, quae praeter me nullus sit deus, nec alius poterit scire uentura: nisi ego qui per prophetas

A phetas nuncio quae factus sum, ut cum praedicta compleuerō, diuinatione probem diuinitatem. Ego enim mysterium quod retro cunctis generationibus fuerat ignoratum, imò consiliū meū statutum esse nunc dico, ut cum illud uideritis effectum: nullū sciat deū, nisi eū qui haec futura cognouit, imò praecipit fieri. Ego sicut ab oriente uoco auem, ut putat Hebraei, Cyrum regem Persarum: sicut Dariū Medorum principem, & de terra longinqua uirum uoluntatis meae: quae compleat omnem uoluntatem meam in Babylonem atque Chaldaeos: sicut uero nos uerū esse conuincimus diuinum saluatorem, de quo & Balaam uaticinatus: Oriet stella ex Iacob, & homo ex Israel, cuius nomen est oriens, quae adorauerunt magi de oriente ueniētes. Hic enim loquitur in Psalmis: Deus ut faciam uoluntatem tuam uolui, de quo locutus est pater: & spoliōne sua opere comprobauit. Lxx. pro eo quod nos de Hebraeo expressimus, uirum uoluntatis meae, posuerunt, *νεβουζαδαν*, id est, de quibus cogitauit. Ergo iuxta eos uocatas de oriente aues, angelorum possumus intelligere ministeria, quae ad imperium domini in toto orbe discurrunt, qui sunt administratorum spiritus, & mittunt ob salutem credentium. De quibus & in Psalmo canit: Qui facis angelos tuos spiritus, & ministros tuos igne urentem.

¶ Audite me duro, etc. Quibus supra dixerat: Audite me domus Iacob, & omne residuum domus Israel. Et iterum: Redite praeuaricatores ad cor: etiam nunciata Hebraei cum propter incredulitatem appellat eos duro corde, & iuxta Lxx. qui cor mentemque perdididerunt. Quod secutus uir eruditissimus, & dignus nomine suo Stephanus martyr in Iudaeorum loquitur concione: Dura ceruice, & incircumcis cordibus auribusque uos semper spiritui sancto resististis, sicut patres uestri. Hi igitur longe sunt a iustitia dei, quia non crediderunt in eum, quam pro sua clementia deus fecit esse uicinam, & uenire ad terras: & nequaquam uult tardare nec procul fieri. Dedit enim Sion salutem suam, & Israel gloriam suam. Hoc de uaticinio dictum sit futurorum, & de aduentu domini saluatoris. Ceterum iuxta historiam datur Sion salus, & Israel gloria: quoniam deus prope fecit suam esse iustitiam, & uocaret ab oriente auem, & de terra longinqua uirum uoluntatis suae: qui Israelis & subuersae Hierusalem uisceretur iniurias, & Medis Persisque superantibus, Babylonem Chaldaeosque deleteret, sicut sequentia prophetae uerba testantur.

CAP. XLVII

Descende, sede in puluere uirgo filia Babiloniae, etc. Quomodo in Ezechiele sub figura nauis & omnis instrumenti eius, Tyri ornatus exponit, quae negotiationibus dedita est, & propter aquarum abundantiam rex Aegypti draco appellat, & squamę illius iuncusque ac papyrus & pisciculi describuntur: & Hierusalem cum idolis fornicationem scortorum ac lupanaris similitudo testatur: sic in praesenti loco sub persona captiuae mulieris, quae quondam regina fuerit, Babylonis seruitus indicatur: diciturque ei ut descendet de regni superbia, & in pul-

uere sedeat. Virgo autem appellat & filia: uel quia omnes homines creatura dei sumus, nec est Babylonis iuxta haereticos natura danabilis: uel ob luxuriam & ornatum urbis quondam potētissimae, quae cum senisset & uicina esset occasus, uirgunculam ac puellam se esse factabat. Licet ex eo quod iuxta Lxx. scriptum est, *δυναστευσα βαβυλων*, id est, filia Babilonis: non ipsam Babylonem quidem, sed Romanam urbem interpretentur, quae in Apocalypsi Petri Babylonem specia-liter appellat: & cuncta quae nunc ad Babylonem dicuntur, illius ruinae conuenire testentur: contra quam uocata sit auis dei: quae iustitia, ut postquam Sion, id est, ecclesia saluata fuerit, illa pereat in aeternum. Dicit ergo Babylonem reginam & filiam Chaldaeorum: a Chaldaeis enim condita est, quae nequaquam ultra uocetur mollis & tenera & delicis affluens, quae cum

portabat, ita ut terra plantas uix imprimeret: precipitaturque ei ut tollat molam & molat farinam, quod est dura captiuitatis & extrema seruitutis indicium, ut quae quondam regina fuerat, postea molenam farinae operi feruiat. Sed quia sequitur: Denua turpitudinem tuam: etiam mola ab Hebraeis figuratim intelligitur, quod scilicet in more scorti, uictorū libidini pateat. Illudque quod in Iudicum libro de Sampson scribitur, ad molam eum a Philistinim esse damnatum, hoc significare uoluit, quod pro sobole robustissimus uirorum, hoc in allophyllas mulieres facere sit compulsus. In eo ubi nos interpretati sumus: denua turpitudinem tuam, pro quo Septuaginta transtulerunt, *αποκαταρτισθη η νεκρομαχια*, id est, reuela operimentum: Theodotus ipsum uerbum Hebraicum posuit *αποκαταρτισθη*, Aquila *αποκαταρτισθη*, Symmachus *αποκαταρτισθη*, quod nos exprimere possumus taciturnitatem tuam, quod taceri debeat praue recundia. Quod quidem & in Cantico canticorum legimus: ubi sponsa pulchritudo describitur, ad extremum infert: Absque taciturnitate tua: nolentibus qui interpretati sunt transferre nomen, quod in sancta scriptura sonaret turpitudinem. Reddeque contra Babylonem in uerecundis uitur nominibus: licet nulla sit turpitudō, humani corporis membrum uocare nomine suo: cui praecipitur, ut nudet peccata, & crura ac foemina aperiat, & uadat in captiuitatem: uideatque ignominiam eius & opprobrium pateat sempiterno. Et hoc dominus fecisse se dicit, ut ultionem caperet de ea, quae oppressit populum suum, & nullum pro ea audiat precatorem: qui iram domini suo lenire conetur occursum. Significat autem angelum gentis Babyloniae praesidem, qui cum ceteris angelis loquitur: Curauimus Babylonem, & non est curata. Quod autem Lxx. transtulerunt, *το δυναστευσα εν οδω βαβυλων*, id est, Quod iustum est de te auferam: nequaquam ultra tradam hominibus: subauditur Babylonem, uel certe hoc quod iustum est & ablatum de Babylonem. Disputant Stoici, multa re turpia, praua hominum consuetudinem, uerbis honesta esse: ut partitidum, adu-

A riu, homicidii, incestu, & cetera his similia. Rursumque re honesta, nominibus uideri turpia: ut liberis procreare, inflatione uentris crepitu digerere, aliu releuare stercore, uescitiam uirgine effusione laxare: denique non posse nos ut dicimus a ruta rutula, sic in noua uentura a meta facere.

Ergo quod Aequila posuit, ut diximus, uereda mulieris appellant. Cuius erymologia apud eos sonat, sitiens tuus: ut inexplata Babylonis indicet uoluptatem. **A** Redemptor noster dominus, etc.] Primus uerus iuxta Lxx. cum superioribus copulat, ut sit sensus: Et hec faciet q̄ eruit te dñs Sabaoth, nomē eius sanctus Israel. Porro iuxta Hebraicū, ex persona populi propheta loquit: qd̄ hac fecerit cōtra Babylonē dñs exercitū, cuius nomē sit sanctus Israel. Rursumq̄ ad ipsā Babylonē sermo dirigit. Sede tacēs siue cōpuncta: & tuorum criminū recordare. Ingredere tenebras, prā confusione & ignominia lucem ferre nō sustinēs: nequaquā uocaberis nō unius regni, sed nec omnī regnōrū domina. Simulq̄ quia occulta quaestio nascebatur: cur ita ceret deus aduersum Chaldaeos: quos ipse misit ad capiendū Israel: Respondeat, trāsi se cōtra populū suū, corripere eos uoluisse, nō perdere: uerberare, non occidere. Illos autē abusos esse crudelitate sua, & plus imposuisse plagarū, q̄ dei ultio flagitabat: magnumq̄ Babylonis crudelitatis indicium est, ne senib⁹ quidē pepercepisse: quorū aetas etiā inter hostes uenerabilis est. Sed & hoc signū superbiae, qd̄ praesenti felicitate decepta, futurorū non cogitaret ambigua. Ergo semper in prosperis debemus cauere futura: nec traditos nobis opprimere: qui ad hoc erudiuntur, ut meliores fiant.

B Et nunc audi haec delicata & habitans, etc.] Duo simul ueniunt Babylonis, sterilitas & uiduitas: ut nec filios habeat, id est, subiectos sibi populos: nec uirū, quem regem possumus intelligere, quā dum non sperat, repente sustinuit. Neque enim poterat arbitrari, quod Persa nullus antea fortitudinis, eam Cyro regnante superaret, & sua subicerent potestate. Quod perpessa es, inquit, non solum propter superbiam & abundantiam cunctarū opū atq̄ delicias: sed & propter multitudinē maleficiorum tuorū, & incantatorum tuorū in quibus habuisti fiduciam. Et ueniet super te malum qd̄ antea nesciebas, & cuius ignorabas ortum. Siue ut Lxx. transtu-

lerunt: ueniet super te perditio & nescies: fouea, & incidet in eam: ut quae cūctis gentibus parabas captiuitatis malū, ipsa incidat in fouea quā parasti. Quae perspicua sunt, cito sermone transcurramus. **C** [Sta cum incantatoribus, etc.] Habuisse Babylonē omnemq̄ Chaldea incantatorū & augurū, & hariolorū & gazarenorū studium, quos nos aruspices appellamus, Danielis propheta lectio probat: qd̄ eorū consilium, cuncta reges Babylonios fecisse commemorat. Pro eo quoq̄ qd̄ nos iuxta Symm. & Theodotionē interpretati sumus: Stent, & saluent te augures caeli, Lxx. manifesti⁹ transfulerūt, ἁγῶνας ἰδῆναι οὐρανῶν ἡμεῖς οὐκ ἐπινοοῦμεν, id est, scēt, & salua te faciāt astrologi caeli: quod uulgo appellant mathematici: & ex astro rum cursu lapidū, siderū, res humanas regi arbitrant. Unde **M** & magi de oriente uenerūt, dñi stellā se uidisse dicentes: uel ex artis scētia, uel ex uaticinio Balaā pphe-tae sui, q̄ in Numeris dixerat: Oriet stella ex Iacob, & homo de Israel. Isti igitur qui supputāt menses annosq̄ dinumerant, & horarum momenta librates, futurorū scientiā pollicentur: dicant tibi quid super te dñs cogitauerit: illisq̄ tacentibus, quid uenturū sit, propheta respondit: Ecce facti sūt quasi stipula, ignis deuorauit eos, ut qui salutē alijs promittebant, sua ignorabāt supplicia: nec dubium quin ardente urbe habitatores eius uorax flamma consumpsert. Quodq̄ sequitur: Non sunt prunae quibus calefiant, nec focus ut sedeant ad eum, sic Hebraei edisserūt: Nullam habent caloris scientiam, nec illum inantē sensum, qui eorum tenebras possit discutere, & frigus erroris expellere. Pro quo nescio quid uolētes Lxx. transfulerunt: Habes carbonem ignis, sedebis super eos: tibi erūt tibi in adiutorium: Nisi forte possumus hoc dicere, quod multo utilior sit ignis & incendium Babylonis, quā fuerūt magi & Gazarenī, astrologi & incantatores. Hic enim per pœnas atq̄ supplicia ad poenitentiam prouocat illi per errorē ducunt ad superbiam. Omnis labor eius & negociatores illius, quos magos intelligimus hoc profecit: ut unusquisq̄ sua erraret uia: & ipse perditus salutē alteri nō preberet. Interrogemus eos qd̄ diuersas asserūt esse naturas: utū Babylon male natura sit an bonē. si male dixerint, qd̄ eos respo-suros esse nō dubium est: quō prouocat ad poenitentiam, & dicitur ei-

HEB. ultionē capia, & non resistet mihi homo. Redēptor noster domin⁹ exercitū nomen illius sanctus Israel. Sede tacēs, & intra in tenebras filia Chaldaeorū: quia non uocaberis ultra domina regnorum, iratus sum super populum meū: contaminauī hāreditatem meam, & dedi eos in manū tua: non posuisti eis misericordias. Super senē agrauasti iugum tuum ualde: & dixisti in sempiternū ero domina: non posuisti hęc super cor tuum: neque recordata es nouissimi tui.

SEP. Quod iustum est de te auferā, nequaquā ultra tradā hominibus. Dixit qui eruit te dñs Sabaoth: nomē eius sanctus Israel. Sede cōpuncta, ingredere in tenebras filia Chaldaeorum, ne quaquā ultra uocaberis fortitudo regni: iratus sum cōtra populum meum, contaminauī hāreditatem meā. Ego dedi eos in manū tuā: tu uerō nō dedisti eis misericordiā. senē agrauasti iugū ualde: & dixisti, in aeternū ero domina: non intellexisti hęc in corde tuo, neq̄ recordata es nouissimorū.

SEP. Stanunc in incantationibus tuis, et in multis maleficiis tuis. Quae delicata & habitans, etc.] Duo simul ueniunt Babylonis, sterilitas & uiduitas, uniuersa uenerūt sup te, ppter multitudinē maleficiorū tuorū, & propter duriciā incantatorū tuorū uehementer. Et fiducia habuisti i malicia tua, & dixisti: Nō est q̄ uideat me, sapientia tua & scētia tua hęc deceperūt te, & dixisti i corde tuo: ego sum, et preter me nō est altera. Veniet sup te malū, & nescies ortū eius: & irruet sup te calamitas, quā non poteris expiare: ueniet sup te repēte miseria, quā nescies.

HEB. Sta cum incantatoribus tuis, & cū multitudinē maleficiorum tuorum, & cū multitudinē maleficiorum tuorum, etc.] Duo simul ueniunt Babylonis, sterilitas & uiduitas: ut nec filios habeat, id est, subiectos sibi populos: nec uirū, quem regem possumus intelligere, quā dum non sperat, repente sustinuit. Neque enim poterat arbitrari, quod Persa nullus antea fortitudinis, eam Cyro regnante superaret, & sua subicerent potestate. Quod perpessa es, inquit, non solum propter superbiam & abundantiam cunctarū opū atq̄ delicias: sed & propter multitudinē maleficiorum tuorū, & incantatorum tuorū in quibus habuisti fiduciam. Et ueniet super te malum qd̄ antea nesciebas, & cuius ignorabas ortum. Siue ut Lxx. transtu-

A Sede cōpuncta, intra tenebras filia Chaldaeorū. Ac dein ceptis post enumeratōem peccatorum & criminum, Habes carbonem ignis, sedebis super eos, hi erunt tibi in adiutorium. Et qd̄ sibi uelit quod inferatur iuxta cosdē Lxx. Laborasti in cōmutatiōe ab adolescentia tua: Quae est ista cōmutatiō: Vtq̄ de bono in malum. Ex quo perspicuū est, natura bonos, uolūtate malos fieri. Deniq̄ inferitur: Homo in semetipso errauit, nō natura, sed mentis arbitrio.

A Vdite hęc domus Iacob: qui uocamini, etc.] Hęc Chaldaeis & Babylonis uētura praedixi, & necesse est qd̄ per prophetas meos locutus sum rebus expleri. Tu autē domus Iacob & qui uocamini nomine Israel, & qd̄ de aqua Iuda existis, & cetera quae sequuntur, audi attentē: quae dicitur sum. Et notandū qd̄ nequaquā eos appellet Iacob, sed domū Iacob, nec Israel, qd̄ hoc falso appellatur nomine, cū opus nō habeat nominis. Et de aquis, inquit, Iuda existis: quae in uentorū aquas uocans pro femine, ut nequaquam eos uirtutum patriarcharū filios ostēderet esse, sed carnium. Et recte aquas Iuda appellauit: quia sola tunc in terra Iuda adhuc permanebat tribus: & semen Dauid illo tempore regiū seruabatur. Qui, inquit, iurasti in nomine domini, non ut honoretis dominum, sed ut assumpto nomine faciat in iuriam, dum eum testē uestri uultis esse mēdaci: & requiescitis in sancta ciuitate, & sugdominum Israel in iuriamini, ut iactetis habitatores uos esse urbis Hierusalem, & domini sabaoth habere priuilegium, cum casta Iacob, Israel & urbis sancta, &

SEB. maleficiorū tuorum in quibus laborasti ab adolescentia tua, si forte quid posuit tibi, aut si possis fieri fortior. Defecisti in multitudi- ne cōsiliorū tuorū, stent & saluēt te augures caeli q̄ cōtemplabant sidera, & supputabāt mēses, ut ex eis annunciarent uētura tibi. Ecce facti sunt quasi stipula, ignis cōbussit eos, nō libera- bunt animas suas de manu flāmē: nō sunt prunae quibus calefiāt, nec focus ut sedeāt ad eū: sic facta sunt tibi in quibus laboraueras: negociatores tui ab adolescentia tua unusquisq̄ in uia sua errauerūt, nō est q̄ saluet te.

A Vdite hęc domus Iacob, qui uocamini nomine dñi, & de aquis Iuda existis: qui iurastis in nomine iusticiae. De ciuitate enim sancta uocati sunt, & super dñm Israel cōstabiliti sunt, dominus exercituum nomen eius.

HEB. Priora ex tūc annunciau, & ex ore meo exierūt & audita feci ea, repente operatus sum, & uenerunt. Sciu em quia durus es tu, et neruus ferre⁹ ceruix tua, & frons tua aenea. Praedixi tibi ex tūc, antequā uenirēt indicaui tibi, ne forte diceres: idola mea fecerūt hęc et sculptilia mea conflabilia mādauerunt ista. Quae audisti: uidi omnia, uos autē nō annūciastis. Audita feci tibi noua ex tūc, & cōserua ta quae nescis, modo creata sunt, & non ex tunc, et ante diē, & nō audisti ea: ne forte dicas: ecce cognoui ea. Neq̄ audisti, neq̄ cognouisti, neque ex tunc aperta est auris tua: scio enim quia

SEP. maleficis tuis quae dicebas ab adolescentia tua, quae non prodesse tibi possunt, & laborasti in cōsilijs tuis. Stent & saluam te faciant astrologi caeli qui cōtemplantur stellas, annuncient tibi quid uenturū sit super te. Ecce omnes quasi phrygana in igne comburentur, & non eruent animam suam de flāma, quia habes carbonem ignis, sedebis super eos. Hi erunt tibi in adiutorium. Laborasti in commutatione tua ab adolescentia: homo in semetipso errauit: tibi autem non erit salus.

A Vdite hęc domus Iacob, qui uocamini nomine dñi, & de aquis Iuda existis: qui iurastis in nomine iusticiae. De ciuitate enim sancta uocati sunt, & super dñm Israel cōstabiliti sunt, dominus exercituum nomen eius.

HEB. Priora adhuc annunciau, & de ore meo egressa sunt, & auditum factum est, subito feci & uenerunt. Scio quia durus es, & neruus ferre⁹, collum tuum: & frons tua aenea: & annunciau tibi olim antequā uenirent super te. Audiu tibi feci: ne forte diceres: quia idola mihi fecerunt, sculptilia & conflabilia mandauerūt mihi. Audistis omnia, & uos non cognouistis: sed audita tibi feci noua à nunc quae futura sunt. Et non dixisti: nūc sūt & non olim, & non in prioribus diebus. Ne dicas etiā noui ea, neque nosti neque scis, neq̄ à principio aperui aures tuas. Scio em quoniam diuitijs & paupertate plerūq̄ tentari, si aut illis male abutantur, aut penuriam nequaquā uirtute sustineant. Propter me ergo faciam, ne blasphemetur nomē meum in gentibus, & putent uos non mea ira, sed idolo-

A rru suorum auxilio esse superatos. Quod dicitur: gloria mea alteri non dabo. Hoc significat ne idola putentur oppressisse populum dei. Vel certe cum dicitur, alteri non dabo, ostendit se alteri iam dedisse, alteri enim ad distinctionem prioris dicitur. Plerique nostrorum, ut iuxta Lxx. inter pretes pauca psalms, de Christi aduentu autumat prophetari: quod repente ueniat in speratus: & durissimi populo sui demostret presentiam, cui nunquam deus aures aperuerit, quia in crassatum fuerit cor eius, & auribus suis grauius audierit. Statimque ut dominus de utero uirginali profusus est, transgressor & iniquus sit appellatus, quare cum interficeretur. Quodque iungitur: Propter nomen meum ostendat tibi furorem meum: & gloria mea induca super te: sensu abutitur Apostolus, siue apostolus Paulus de hoc loco sumit testimonium, ut reuelat ira dei ad terredos eos qui peccant, & postea conuersis gloria prebeat. Ecce, ait, uendidisti te non in pecunia, sed uendidisti in peccatis tuis, & erui te de fornace paupertatis. Propter quod & Salomō diuitias & paupertatem habere non uult, sed tantum necessaria postulat, ne aut illis eleuetur eius in superbia, aut in ista cōpellat face re quod non uult, & deū pressus inopia blasphemare. Vnde & apostolus: Habentes, inquit, uicium & uestimentum, his contenti simus. **A** Audite me iacob & israel quem ego uoco, etc. Quibus antea iam dixerat: Audite hanc domus iacob qui uocamini nomine israel, & de aquis iuda existis: nunc ad eos dicitur loquitur: Audi me iacob & israel quem ego uoco. Multi enim uocati & pauci electi. Vnde non eos electos, quia necdum receperat saluatore, sed uocatos nunc cupat. Ego sum, inquit, & u. primus & nouissimus, qui uio & fui mortuus, ut uita ad principium referas, nouissimum ad eum, qui mortuus est. Qui se exinanit uita formam serui accipiens, & factus est obediens patri, humiliauit se ipsum usque ad mortem, & mortem crucis. Manus mea fundauit terram. Vnde & in prouerbijs loquitur: Deus sapientia sua fundauit terram & dextera illius mensa est siue firmavit coelos uel celum, ut Lxx. trāstulerūt. Vocat autem coelos, ut eius pareat iustioni: & enarrat gloriam illius. Si autem coeli obediunt domini uoluntati, & suo currunt ordine: quod gloria terra & cinis, & ignorat fragilitatem suam: Cōgregamini oēs uos & audite: uel coeli uel uniuersa

Rom. 1. b
Prou. 30. b
1. Tim. 5. b
Matt. 22. b
Apoc. 22. b
Phil. 2. a
Prou. 3. c
Eccl. 10. b

creatura: uel omnis multitudo israel. Quae sunt quae iacobetur audire: Quod dominus dilexerit eum. Haud dubium quin Cyrius Darii significet, qui fecit uoluntatem domini contra Babylonem & brachium suum exercuit in Chaldaeis. Et ipse locutus est & uocauit eum nomine suo, & adduxit eum & directa est uia eius, ut nullus uiribus eius auderet resistere. Vnde puocat eos ut accedat & audiant & domino praedicet cognoscant, uentum esse regem Perfarum atque Medorum, qui subruat Babylonem delectatque Chaldaeos. Et ut haec annunciet, dicit se propheta missum a domino & spiritu eius. Hoc iuxta Hebraeos & eorum opinionem. Ceterum iuxta Symmachum qui interpretatus est: Quis est annunciat hanc quem dominus dilexit, qui facit uoluntatem eius in Babylone. Et iuxta Lxx. id est, ut auferat semel Chaldaeorum: Ad domini personam refertur, qui uere dilectus est a patre: & qui fecit omnem uoluntatem patris, & qui subuertit in Babylone, hoc est, in confusione huius mundi omne semen Chaldaeorum, qui demones interpretantur. Ipse locutus est & audiuit filium, & adduxit illum, qui loquitur ad credentes: Venite ad me oēs qui laboratis & onerati estis. Et audite hanc quae a principio in abscondito sum locutus, hoc est, per anigmata & mysteria prophetarum, quod cunctis retro generationibus fuerat ignoratum: Quando fiebant omnia a patre, ipse erat cum eo: cui adgaudebat, qui etiam nunc dicit: Ego qui semper eram cum patre, & in patre, & sine patre nunquam erā, etiam nunc loquor, & iuxta fragilitatem carnis assumpta dico, quod dominus deus miserit me, & spiritus eius: Breuius uersiculo, trinitatis nobis ostendit sacramentum. **H**aec dicit dominus, etc. Quia israeli futura promissit, redit causas quare eos prius afflixerit, quas si uitauerit, nequaquam similia patiat. Si, inquit, attendisses mandata mea, ut Lxx. trāstulerūt, uel certe optantis affectu, uita attendisses mandata mea: quae si fecisses, fuisset sicut flumen pax tua: & iusticia tua sicut gurgites maris: abundantia omnium rerum copiaque significas. Quodque sequitur: fuisset quasi arena seminum, & stirps uteri tui ut lapilli eius: Videt quidem permanere in populo iudaorum, qui usque in praesentem diem, in star uerum culorum pullulat filios & nepotes. Sed quod hoc in re promissione accipiedum est, cum pace iusticiaque non habeat: aut enim iratus est eis, aut placatus.

supra 1. c
Mat. 1. c
Lxx. 4. c
1. Cor. 10. a
Lxx. 19. f

translulerunt, ut in humilitate iudicium eius ablatum est, illud significat quod de tribulatione atq; iudicio ad partē uictor ascēderit, siue quod iudex omnium, iudicij non reperit ueritatē, sed absq; ulla culpa, seditione ludæorū & Pilati uoce damnatus sit. Vnde admiratur Propheta quod omnium deus se tradiderit passioni. De quo Paulus loquitur: Si enim credidissent, nunq; dñm gloriæ crucifixissent. Sequitur: Generationē eius quis enarrabit? Quod duplīter intelligitur: Aut enim de diuinitate eius accipiem dum est: quod impossibile sit diuinæ natiuitatis nosse mysteria. De qua ipse loquitur in proverbij: Ante omnes colles generauit me. Iuxta illud quod alibi legimus: quis cognouit sensum domini, aut quis consiliarius eius fuit? id est, nullus. Aut de partu uirginis, quod difficulter possit exponi. Deniq; cum Mariæ diceretur ab angelo: Cōcipies & paries filium: illa respondit: Vnde mihi hoc, quia uirum non cognoui? Cui rursus angelus: Spiritus, inquit, sanctus ueniet super te, & uirtus altissimi obumbrabit tibi, ut uel ab angelo uel ab euangelista tantum natiuitatis huius sacramenta dicantur. Cuius narrator rarissimus est, secundū illud: Quis sapiens & intelliget hæc, intelligens & cognoscat ea? Sin autē prudens lector tacita cogitatione responderit: Et quomodo scriptum est: Nemo nouit filium nisi pater: & nemo nouit patrem nisi filius, & cui uoluerit filius reuelare: Et qui nouit patrem & filium, utiq; & generationis potest enarrare mysterium: Audiatur aliud esse nosse, aliud eloqui: quia frequenter quæ mente concipimus, sermone explicare non possumus. Ergo & mysterium diuinæ natiuitatis in corpore possunt sancti, fide magis nosse quàm dicere. Alioquin & apostolus raptus in tertium cœlum, & in paradysum, audiuit uerba quæ nequaquam ualet humana lingua proferre. Sed & spiritus interpellat pro nobis gemitibus ineffabilibus. Istius igitur, cuius generationem, aut nullus aut rarus enarrare

gelista, agnus occisus sæpe memorat. Qui de seipso loquitur in Hieremia: Ego autē sicut agnus innocens, & ductus ad uictimā nesciebam. Cum enim nesciret peccatū pro nobis peccatū factus est. Et sicut agnus cum ductus ad uictimam non repugnat: sic ille passus est uoluntate, ut destrueret eū, qui mortis habebat imperiū, humilians se usq; ad mortem, & mortem crucis. Hic agnus est in cuius typo immolabatur agnus, cuius cruor linitus in postibus, exterminatorē fugabat Aegypti: quoniam non solum sanguine suo nos redemit, sed & lanis operuitur algetes infidelitate, sua ueste calefaceret, & audiremus apostolū nobis loquētē: Quot in Christo baptizati estis, Christū in diuisis. Et in alio loco: In diuinitate Christo Iesu. Quod & sequitur: De angustia & de iudicio sublat⁹ est. Siue ut Lxx.

translulerunt, ut in humilitate iudicium eius ablatum est, illud significat quod de tribulatione atq; iudicio ad partē uictor ascēderit, siue quod iudex omnium, iudicij non reperit ueritatē, sed absq; ulla culpa, seditione ludæorū & Pilati uoce damnatus sit. Vnde admiratur Propheta quod omnium deus se tradiderit passioni. De quo Paulus loquitur: Si enim credidissent, nunq; dñm gloriæ crucifixissent. Sequitur: Generationē eius quis enarrabit? Quod duplīter intelligitur: Aut enim de diuinitate eius accipiem dum est: quod impossibile sit diuinæ natiuitatis nosse mysteria. De qua ipse loquitur in proverbij: Ante omnes colles generauit me. Iuxta illud quod alibi legimus: quis cognouit sensum domini, aut quis consiliarius eius fuit? id est, nullus. Aut de partu uirginis, quod difficulter possit exponi. Deniq; cum Mariæ diceretur ab angelo: Cōcipies & paries filium: illa respondit: Vnde mihi hoc, quia uirum non cognoui? Cui rursus angelus: Spiritus, inquit, sanctus ueniet super te, & uirtus altissimi obumbrabit tibi, ut uel ab angelo uel ab euangelista tantum natiuitatis huius sacramenta dicantur. Cuius narrator rarissimus est, secundū illud: Quis sapiens & intelliget hæc, intelligens & cognoscat ea? Sin autē prudens lector tacita cogitatione responderit: Et quomodo scriptum est: Nemo nouit filium nisi pater: & nemo nouit patrem nisi filius, & cui uoluerit filius reuelare: Et qui nouit patrem & filium, utiq; & generationis potest enarrare mysterium: Audiatur aliud esse nosse, aliud eloqui: quia frequenter quæ mente concipimus, sermone explicare non possumus. Ergo & mysterium diuinæ natiuitatis in corpore possunt sancti, fide magis nosse quàm dicere. Alioquin & apostolus raptus in tertium cœlum, & in paradysum, audiuit uerba quæ nequaquam ualet humana lingua proferre. Sed & spiritus interpellat pro nobis gemitibus ineffabilibus. Istius igitur, cuius generationem, aut nullus aut rarus enarrare

Hier. 11. d

2. Cor. 5. d

Heb. 2. d

Philip. 2. a

Exod. 12. b

Gal. 3. g

Rom. 13. d

1. Cor. 2. c

Prou. 8. b

Rom. 11. d

Luc. 1. c

Osee 14. d

Luc. 10. d

2. Cor. 12. a

A rare potest sublata est uita de terra, ut nequaquam in terra sed in caelo uiueret. Siue abscissus est de terra uidentium ut impleret de eo quod scriptum in Apocalypsi Ioannis: Ego sum primus & nouissimus, qui uiuebam & sum mortuus, & ecce uiuo in aeternum, ut post uitam quam uixit in terra mortuus terra, caelis uiueret in aeternum. Quod dicitur: Propter scelus populi mei percussit eos. Siue iuxta Lxx. *αὐτὸν τὸν ἀποστόλου τὸν δευτέρου ἰησοῦ ἐστὶν ἰησοῦς*, id est, ab iniquitatibus populi mei ductus est ad mortem: Duplice sensum habet. Aut enim persecutores & sceleratos populi sui, sua morte percussit. Aut propter magnitudinem peccatorum populi quem semper peculiariter habuit ductus ad mortem est, ut illos ad uitam sua morte reuocaret. Ipse dedit impios pro sepultura sua, & diuites pro morte sua. Siue pessimos, pro sepultura eius, & diuites pro morte eius, utriusque populi significas: ut in malis & pessimis quae ante dei noticiam non habebant, ostendat gentium multitudinem in diuitibus, quorum erat testamentum & legislatio & prophetae, Iudaicus populus demonstrat. Ergo idcirco passus est dominus & sepultus, ut ex utroque populo sibi ecclesiam congregaret. Siue hoc dicitur, quod scribas & pharisaeos, ac Sadduceos, sacerdotes, & pontifices, qui in populo ante regnabant, & nimis opibus affluerebant, post domini passionem Romanis tradiderit deus, & aeterna subiecerit seruituti. Iste pro cuius sepultura & morte, impij diuites sunt traditi, iniquitatem non fecit, nec dolus inuentus est in ore eius. Quod de nullo penitus hominum intelligi potest, ut nec opere nec sermone peccauerit, dicitur scriptura: Nemo mundus a foribus, ne si unius quidem diei fuerit uita eius: & oes sicut oues errauimus, unusquisque in uia sua declinauit: nisi de illo, qui peccata nostra portauit, & pro nobis dolet & uulneratus est, in iniquitatibus, nostris. Et afflicus est propter scelera nostra, cuius liuore sanati sumus. Super quo & princeps apostolorum Petrus hoc testimonium edisserens ait: In hoc enim uocati estis, quia & Christus passus est pro nobis, relinquentes nobis exemplum ut sequamini uestigia eius. qui peccatum non fecit, nec inuentus est dolus in ore ipsius. qui cum malediceret, non maledicebat, & cum pateret, non comminabatur. Dominus autem uoluit mundare eum a plaga, quam laeua militis percussus acceperat. Siue conterere eum in infirmitate ac uulnere. De quo & ipse dicebat: quoniam quem tu percussisti, ipsi persecuti sunt. Et per Zachariam loquitur deus: Percutiam patrem, & oues dispergemus. Ergo ut patere non fuit necessitatis, sed uoluntatis patris & suae, ad quem ipse dicebat: Deus, ut facerem uoluntatem tuam uolui. De quo & supra legitur: Oblatus est, quia ipse uoluit. *¶ Si posuerit, etc.* Iuxta Hebraicum hic sensus est: Si posuerit, pro peccato animam suam ille quem dominus conterere uoluit siue mundare, uidebit semel longeuum quod seminauit in bona terra. De quo in euangelio scriptum est: Exiuit qui seminat seminare. Et iterum: Simile est regnum caelorum homini qui seminat uit bonum semel in agro suo. Et uoluntas domini in manu illius diriget, ut quicquid pater uoluit, illius uirtute impleat, dicitur ad patrem: Ego seruaui eos in nomine tuo quos dedisti mihi. Custodiuisti & nemo ex his perijt, nisi filius perditionis. Semel autem uidebit aeternum, & uoluntas

patris in manu illius diriget. Quia laborauit anima eius multo tempore, requiem non inueniens in Iudaeis, & dicitur in euangelio: Vulpes foueas habent, & uolucres caelorum, filius autem hominis non habet ubi caput reclinet. Et in hoc eodem propheta: Laboraui sustinens. Quia igitur laborauit, uidebit ecclesiam in toto orbe consergere, & earum saturabit fide. Denique est uolens & sitiens sedisset super puteum Iacob, mediuum die sole torrete, emptis cibis uti noluit, quia iam Samaritana & exeuntis ad eum ciuitatis Sichem, fide satiat erat. Iuxta quem sensum dicitur in octo beatitudines: Beati qui esuriunt & sitiunt iustitiam. In scientia sua, id est, in doctrina, ipse iustus, qui peccatum non fecit, nec dolus inuentus est in ore eius, & seruus patris qui formam serui acceperat, & dominus seruierat uoluntati, multos iustificabit de toto orbe credentes. Et iniquitates eorum ipse portabit, quas illi portare non poterat, & quarum pondere opprimebant. Iuxta Lxx. hoc dicitur: O uos propter quorum peccata filius dei est ductus ad mortem, qui pessimus & in malo diuites, dati estis pro sepultura & morte eius: si uolueritis agere poenitentiam, & pro peccatis uestris offerre sacrificium placens deo, spiritum contribulatum, uidebit anima uestra semel longeuus, ipsum dominum saluatore. De quo in octogesimo octauo psalmo canit: Semel eius in aeternum permanet, & thronus illius sicut sol in conspectu meo: Et iterum: Pona in seculum seculi semel eius, & thronum illius sicut dies caeli. Quod alijs uerbis ad uirginem Gabriel loquitur: Ecce concipies in utero & paries, qui filius altissimi uocabitur. Et dabit illi dominus thronum David patris sui, & regnabit super domum Iacob in sempiternum, & regnum eius non erit finis. Uult enim dominus auferre de dolore animam eius, qui dixerat: Tristis est anima mea usque ad mortem, ut crucis contumelia resurrectionis gloria temperetur. Et ostendere ei lucem, ut omnes per se uideat illum minatos. Et formare intelligentiam, subauditur eum, super quem descendit spiritus sapientiae & intellectus. Et iustificare iustum qui bene multis seruierit. Non enim uenit ut ministraret ei, sed ut ministraret, in Petri pedibus cunctorum apostolorum peccata ablues: Qui apparuit in carne, iustificatus est in spiritu. De quo & Iudas proditor confitetur: Peccaui, tradens sanguinem iustum. Et uxor Pilati: Nihil tibi sit & iusto illi: multa enim passa sum hodie in somnis propter eum. Et notandum quod non iustificatus sit, ut de iniquo iustus fieret. Sed iustus iustificatur, non ut inciperet esse quod non erat, sed ut quod erat, omnibus appareret. Iste iustus pro iniquis passus est, ut oes nos offerret deo. De quo dicitur ad Iudaeos: Et negastis sanctum & iustum, & petistis ut uir homicida donaretur uobis. Et peccata, inquit, eorum ipse portauit, quasi medicus languores argrotantium, quo sani non indigent, sed hi qui male se habent. *¶ Ideo dispersit, etc.* Causas reddidit cur post passionem multa Christus praemia consequatur. Quia, inquit, passus est, & fecit omnia quae praeteritus sermo descripsit, & iniquitates multorum ipse portauit. Propterea diuidam ei plurimos, ut pro parte domini Iacob, & siniculo hereditatis illius Israel, credat in eum de oriente & occidente ueniens, & recumbant in regno dei, cum Abraham

A ham, Isaac & Iacob. Impleto illo quod scriptum est: Postula me, & dabo tibi gentes hereditate tuam, & possessionem tuam terminos terra. De quo & in hoc eodem propheta legitur: Erit radix Iesse, & qui resurget ut princeps gentium, in ipso gentes sperabunt. Ipsi autem plurimi quondam a fortibus tenebatur, & sub specie asina & puli, multos habebant dominos, quibus dixerunt apostoli: Dominus eos necessarios habet. Qui fortes erant ante Christum humanum corpus assumeret, & forte superato, diriperet domum eius. Praedam ergo fortium apostolis suis tradidit atque diuisit, ut Petrus, Iacobus & Ioannes circumscriptione populi principes fierent, & Paulus & Barnabas mitterent ad gentes, locis non animo separati: & sub uno domino in diuersa staret acie, ut agminis utriusque uictoria, triumphum erigerent saluatori. Ex quo qui dispersa fortia inter se Petrus & Paulum contentione, uere dicunt iurgium fuisse atque certamen, ut blasphemum Porphyrio satisfaciant, & ueteris legis caeremonias in ecclesia Christi, a stirpe credentis Israel afferunt esse seruandas, debent & auream in mille annis expectare Hierusalem, ut uictimas immolent & circuecidant, ut in sabato sedere, dormiant, saturentur, inebrientur, & surgant ludere, qui ludus offendit deum. Hoc diximus propter id quod nunc prophatur. Et fortium diuidet spolia. Iuxta illud quod in alio loco scriptum est: Cum diuideret coelestis gentes in ea. Et iterum: Rex uirtutum dilecti, & speciei domus diuidere spolia. Denique super Paulo apostolo, qui de tribu Benjamin erat: iuxta Hebraicum dicitur: Benjamin lupus rapax, mane comedit, & ad uesperam diuidet spolia. De quibus & ante haec diximus: Latrabunt in conspectu tuo, sicut qui latrant in messe, & sicut qui diuidunt spolia: in toto orbe sibi Christi ecclesiam diuidetes. Propterea autem accipiet gentes plurimas, qui uenit praedicare captiuis remissionem, & captiuam prius ad diabolo atque demonibus duxit captiuitatem,

& dedit eam donum hominibus atque credentibus, quia tradidit in mortem animam suam, & cum sceleratis sine iniquis reputatus est. Si enim Apostolus eius his qui erant sine lege, factus est quasi sine lege, cum non esset sine lege, sed esset in lege Christi: quare non & Christus cum iniquis reputatus sit, ut iniquos redimeret a peccato, & omnibus omnia fieret, ut oes saluos faceret? Peccata enim non solum portauit in corpore suo, sed ligno crucis affigens ea, ut deleret chirographum, quod diabolo & angelis illius feceramus, scriptum manibus animae, id est, operibus eius. De quibus Paulus Apostolus loquitur: Et uos cum essetis mortui in peccatis, & in desideriis carnis, uiuere fecit cum Christo, donans nobis omnia peccata. Et delens quod aduersum nos erat chirographum quod erat contrarium nobis, & ipsum tulit de medio, affigens illud cruci: spolians principatus, & potestates dehonestauit, considenter triumphans de eis. Iniquos autem cum quibus reputatus est, Marcus euangelista latrones intelligit scribens: Et crucifixum cum eo duos latrones, unum a dexteris, & alterum a sinistris. Et impleta est scriptura quae dicit: Et cum iniquis reputatus est. Quod & altius intelligi potest, dicitur de semetipso domino: Reputatus sum cum descendenti bus in lacum, factus sum sicut homo sine adiutorio inter mortuos liber. Verum enim reputatus est inter peccatores & iniquos, ut descenderet ad infernum: qui in multis scripturarum locis uocatur lacus, & uinctos in carcere liberaret. Qui traditus est propter peccata nostra, & resurrexit propter iustificationem nostram. Tantum clementer fuit, ut pro transgressionibus, imò pro persecutoribus suis rogaret in cruce, & diceret: Pater, ignosce illis, quod enim faciunt, nesciunt.

Commentarii decimi quarti in Esaiam prophetam Finis.

DIVI HIERONYMI PRESBYTERI IN DECIMUM QUINTUM COMMENTARIORUM ESAIAE AD EUSTOCHIUM UIRGINEM PROCEMIUM.

Rebro Eustochem dixisse menoui, Apostolos & Euangelistas ubique de ueteri instrumentum ponunt testimonia, si inter Hebraicum & Septuaginta nulla diuersitas sit, uel suis uel Septuaginta interpretum uerbis uti solitos. Sin autem aliter in Hebraico, aliter in ueteri editione sensus est: Hebraicum magis quam Septuaginta interpretes sequi. Denique, ut nos multa ostendimus posuisse eos ex Hebraeo, quae in Septuaginta non habentur, sic a muli nostri doceant assumpta aliqua de Septuaginta testimonia, quae non sunt in Hebraeorum libris, & finita contentio est. Hoc diximus quia praesens capitulum cum in sensu unum sit, in uerbis discrepat. A cuius explanatione, quintus post decimum in Esaiam liber incipit.

COMMENTARIORVM HIERONYMI IN Esaiam prophetam, Liber XV. *Auda sterilis, etc.* Symmachus hunc locum ita interpretatus est: Latere sterilis quae non peperisti: Gaude in exultatione, & hinni, quae non parturisti. Plures enim filij dispersae, magis quam eius quae erat sub uiro. A quo Theodorico & Aquila praeter pauca uerba non discrepant. Post natiuitate saluatoris, & ordinem uita

Latere sterilis quae non peperisti: Gaude in exultatione, & hinni, quae non parturisti. Plures enim filij dispersae, magis quam eius quae erat sub uiro. A quo Theodorico & Aquila praeter pauca uerba non discrepant. Post natiuitate saluatoris, & ordinem uita

Latere sterilis quae non peperisti, erupe & clama quae non parturisti, quia plures filij desertae, magis quam eius quae

atque uirtutum, passionem crucis, & resurrectionis gloriam, quando ponens animam suam uidit semen longeuum, & in scientia sua ipse iustus iustificauit plurimos, & fortium diuisit spolia, & pro transgressoribus rogauit, dans locum poenitentiae, uenit ad uocationem gentium & qui in illo sint credituri, pleno sermone describit. Quae quidem locum & apostolus Paulus sub nomine Sarae & Isaac, refert ad ecclesiam, quae prius or populus de morte Sinae & Agar seruauit cum filiis suis, sequens autem liber sit, de quo

A dicit Esaias: Letare sterilis que non parit: erupe & clama quia non parturisti. Quia plures filii deferte, magis quoniam quia habet uirum. Et statim: nos autem, inquit, fratres secundum Isaac re, promissio filii sumus. Sed sicut tu quia secundum carnem natus es, persequebatur te, quia secundum spiritum, ita & nunc. Sed quod dicit scriptura: Erige ancillam & filium eius. Non enim haeres erit filius ancillae cum filio liberae. Nos autem fratres non sumus filii ancillae, sed liberae, quae libertate donauit nos Christus. Si igitur uas electionis, assumens de Esaias testimonium, quod nunc habemus in manibus, ad remissionem retulit filios, & ad ecclesiam de gentibus, seu ex utroque populo congregatam, quae deserta in iudaeis fuerat & relicta, quae uirum non habuerat deum, nec legem acceperat nec prophetas, ipsa ratione non pellitur sequi uestigia praecessoris: & desertam eam dicere de qua supra legimus: Latere deserta, & reliqua his similia. De qua & in Hieremia scriptum est: ex persona dei: Vacua facta est quae pariebat septem, defecit & anima eius. Occidit ei sol adhuc meridie. Et in Samuelis uolumine: Sterilis peperit septem, & quae habebat filios plures, infirmata est. Et in psalmis: Qui habitare fecit sterilem in domo, matrem filiorum latantem. Septem autem filios dicit genuisse synagoga, propter mysterium hebdomadis & sabbati, cui prior populus fuerat obligatus. Siue pro septem, plures intelligendi sunt, iuxta Hebraei sermonis ambiguitatem, quo & sabbatum significat & plures. De quo in Hebraicarum questionum libro, quem in Genesim scriptum, plenius dicitur est. Haec ergo quae quandiu uirum habebat deum sermonemque diuinum, & legitur facta erat, generabat deum plurimos filios: quoniam autem accepit libellum repudiij, & uocatur uiro noluit respondere & audiuit: Filia matris tua tu es, quae derelicta uirum tuum. Et iterum: Non ut dominum me uocasti, neque ut patrem & principem uirginitatis tuae: propterea in hoc eodem propheta plangit: Quod facta est meretrix ciuitas fidelis Sion plena iudicij, i qua iusticia dormiuit in ea, nunc autem latrones. Sed & hoc notandum, quod quae dicitur: Plures filii deferte, magis quoniam eius quae habet uirum, non penitus synagoga excludatur a partu, sed multitudo eius gentium praefertur: & ipsa enim in apostolis, & per apostolos primum populum genuit de iudaeis. Unde duo apostolorum principes, agmina sibi credentium in Christo, circuncisionis & gentium diuiserunt, ut ex utroque populo deserta prius atque pauperula edificaret Hierusalem. Quod autem Hebraicum per laetitia, hinc nunc posuit, gaudij significat magnitudinem, in similitudinem hinc nunc equi ad uictoriam. De quo in Iob plenius scribitur. Hic locum & caetera quae sequuntur, Iudaei & nostri Iudaeizantes ad Hierusalem referunt, quae dicuntur in mille annorum regno instauranda, & eandem esse quae prius habuit uirum, & postea habere deserit, multoque plures habitura sit filios post repudiium, quam prius habuit sub uiro. Cum perspicue duarum mulierum ponatur comparatio, eius quae uirum habuit & dimissa est, & eius quae semper deserta & absque uiro fuit. Nec mirandum de Iudaeis, quorum oculi auresque sunt clausae, si apertam non uideant ueritatem. De Christianis qui loquar, nescio, qui dicente apostolo, quae sunt allegorica, & ad duo testamenta, uetus & nouum, Saram Agarque referent: Iudaeis tradunt manus, terrenarum in mille annis desiderio uoluptatum. **D**ilata locum tentorium tui, etc. Cui dixerat: Lauda sterilem quae non parit, rumpe uincula quibus prius te

Supra 3. a
Hier. 15. b
1. Reg. 2. 2
Psal. 112. 4
Hier. 3. b
Trem. 1
Iob 39. c

nebaris astricta, & clama in confessione domini, quae liberos non habebas. Nunc eidem praecipitur in similitudine tabernaculi Moysi, quod quondam habuit in deserto, ut dilaret tentorium suum, pellesque distenderet, & funiculos faciat longiores, & clauos quibus firmat omne tentorium, in altum distendat, & roboret, ne uentorum flatibus dissipetur. Ad dexteramque penetret & sinistram, & nequaquam Iudaei tabernaculi imitem angustias, quod centum longitudinis cubitorum, & quinquaginta latitudinis ambiebat: nec templi breuitate claudat, quod sexaginta cubita habebat in longum, & uiginti in latum. Sed ad dexteram & ad sinistram locum capere ne cesset. Ac ne putemus hoc iuxta frivolum Hebraeorum contentione dici de Sion, quae in antiquum statum a domino restituta sit, ponit manifestum quod latebat: Et semen tuum gentes hereditabit. De quo & in Euangelio legimus: Egredus est qui seminat feminare. Et iterum: Nonne bonum semen seminasti in agro tuo? Quod semen etiam ciuitates desertas faciet inhabitari, ut ecclesiarum gentium in toto orbe consurgant. Vel certe semen dicendum est apostolorum, & Iudaei populi reliquia. De quo in hoc eodem propheta dicitur: Nisi dominus sabaoth reliquisset nobis semen, sicut Sodoma essemus, & similes Gomorrhae fuissim. Et apostolus: Reliquia, ait, salua facta sunt. Hoc de ecclesiarum magnitudine, quae pro uno Iudae loco & ipso angustissimo, in toto orbe terrarum, suos terminos dilatantur. Veniamus ad intelligentiam spirituale. Qui in tabernaculo est, firmata atque perpetua non possidet mansionem, sed semper mutat loca: & ad ulteriora festinat, dicens in psalmo: Pertransibo in locum tabernaculi admirabilis, praeteritorum obliuiscens, & in futurum se extendens, donec perueniat ad brauium aeternae uocationis. De hoc tabernaculo & in alio loco legimus: Quam dilecta tabernacula tua domine uirtutum: concupiscit & deficit anima mea in atria domini. Postquam infert: Beati qui habitant in domo tua, in secula seculorum laudabunt te. Finis enim tabernaculorum, aeternae domus possessio est, quae fundamenta non mutat, nec transfertur de alio in alium locum. Qui enim plantati in domo sunt domini, prius in atrijs illius effluerunt, ut in floribus ad frugem ueniant, possintque dicere: Ego autem sicut oliua fructifera in domo dei. Denique uir sanctus tabernacula praeterire festinans, & domum dei uidere desiderans, unum uotum se habere dicit, ut nunquam de domo dei exeat. Unde petiui a domino, hoc requiram, ut inhabitem in domo domini omnibus diebus uitae meae. Dilatandum est enim tabernaculum, & aulae pellesque tendendae, & funiculi multiplicium uariorumque sermonum longius producendi, & clauis ratione firmandi, in dextris & sinistris: ut semen sermonis, id est, doctrinae dei, gentes ualeat possidere, & ciuitates habitabiles facere, quae accepit qui manam duplicauerat. Dextra autem & sinistra in scripturis sanctis, tunc in bonam partem accipitur, quando eas & iuxta spiritum intelligimus, & iuxta litteram per arma iusticiae a dextris & a sinistris: ut & humilior intelligentia, uideat in institutione exemplarum maiorum, & spirituales atque sublimes de praesentibus nos transferat ad futura. Hoc est quod dominus pharisaeis interrogantibus loquebatur: Reddite quae sunt Caesaris Caesaribus, & quae sunt dei, deo: ut & potestatibus istius seculi subijciamur, quae non iniuste tenent gladium in uindictam eorum qui male egerunt, quae sinistra

Pron. 3. b
Zach. 11. b
Rom. 1. c
Deut. 32. b
Zach. 11. c

A intelligitur, & deo reddamus quae dei sunt: ut nullum alium timeamus, nisi eum qui & animam & corporis habet potestatem, quod in dextra accipitur. Denique de sapientia dei dicitur, cui nihil preciosum comparari potest, quod in dextra sua uita habeat longitudinem, & annos plurimos. In sinistra autem diuitias & gloriam, ut diuitiae illae accipiantur quae in praesenti scientia sunt & bonis operibus: & gloria quae accipitur, per cuius opera deo glorificatur in gentibus: longitudo autem uita & anni plurimi aeternae uitae significat: quae praesentia negligens, ad futura festinat. **N**oli timere, etc. **O** ut quae sitio, quod si ad ecclesiam dicit de gentibus. congregata: Latere sterilis quae non parit, & plures filii deferte magis quoniam quae habet uirum, quod uirum non habuerit, quae postea plures fecit filios: & illa in sterilitate uera sit, quae prius habebat uirum: quod nunc dicat ad eam quae uirum non habuit: Viduitatis tuae non recordaberis amplius, & concubitis adolefcentiae tuae obliuisceris. Ex quo intelligi uoluit Iudaei, omnia quae dicuntur, dicit ad Hierusalem, quae deserta a deo, rursum ab eo instauranda sit. Qui facile repellent, cum ad montem fuerint dicit ei persona domini in Zacharia: Et assumpsi mihi duas uirgas, unam uocauit decorum, & alteram uocauit funiculum, & pauci greges, de quo in suo loco plenius diximus, & nunc ex parte dicit: Duas uirgas, utrumque esse populum, gentium & Iudaeorum: quorum prior uocata sit turba gentium, quae accepit naturalem legem fixam in cordibus suis: de qua Paulus scribit ad Romanos, fortissime disputa: quae uirga nihil pulchrius est, ut omnis creatura aequaliter uocet ad cultum creatoris sui. Secunda autem, id est, populi Iudaeorum appellata est funiculus: quae post offensam gentium, uocata pars domini, & funiculus hereditatis eius Israel. Denique postquam in Abraham uocatus est Israel, dicit dominus: Tuli uirgam meam, quae uocabatur decus, & abscedi eam, ut irritum faceret foedus meum quod percussis cum omnibus gentibus. Ergo in aduentu Christi dicit ad uirgam, quae abscessa fuerat: Noli timere, nec erubescas, neque ora pudore suffundas. Nequaquam enim ultra confundaris, ut prius confusa fueras, nec confusio adolefcentiae tuae memor eris: & uiduitatis tuae non recordaberis, per quam relicta es a deo: quia factor tuus ipse dominabitur tui: cuius nomen omnipotens est: qui regnat non in una gente Iudaeae, sed in uniuerso orbe terrarum. Denique sequitur: Qui te fecerat, ipse te redemit sanguine suo, & deus omnis terrae uocabitur: pro eo quod est omnium qui morantur in terra. Ex quo perspicue patet, ne quaquam dicit ad Hierusalem: quae nunquam in toto orbe dominata est, sed ad ecclesiam Christi, cuius hereditas, mundi possessio est. **Q**uia ut mulierem derelictam, etc. **H**ic amicum

HEB. & ciuitates desertas inhabitabit. **N**oli timere, quia non confundaris, neque erubescas: non enim te pudebit, quia confusio adolefcentiae tuae obliuisceris, & opus propter uiduitatis tuae non recordaberis amplius. Quia dominabitur tui qui fecit te, dominus exercituum nomen eius, & redemptor tuus sanctus Israel, deus omnis terrae uocabitur. **q**uia ut mulierem derelictam et meretrix spiritu uocauit te dominus: & uxor ab adolefcentia abiecta, dixit deus tuus. **A**d punctum modico dereliquit te, & in miserationibus magnifici meae parumper a te, & in misericordia sempiterna, misertus sum tui, dixit redemptor tuus dominus. **S**icut in die

SEPT. & ciuitates desertas habitare facies. **N**oli timere, quia confusa es, neque confundaris, quia experiatum tibi est: confusio enim aeterna obliuisceris, & opus propter uiduitatis tuae memor non eris: quia dominus qui fecit te, dominus sabaoth nomen eius: & qui eruit te, deus Israel, omnis terrae uocabitur. **N**on ut mulierem derelictam & pusillanimum uocauit te dominus, neque ut mulierem quae ab adolefcentia odiosa est, dixit deus tuus: **T**empore modico reliquit te, & cum misericordia magna miserebor tui. **I**n furore paruo auerti faciem meam a te, & in misericordia sempiterna miserebor tui: dixit qui eruit te dominus. **A**qua

Iudaeorum uilificam mulierem derelictam, & uxor ab adolefcentia abiecta, quae ad punctum & ad modicum dereliquit dominus: Hierusalem esse dicentes: Qui abscondit semper faciem suam, suscepit eam in misericordijs sempiternis: & dolor praeteritum gaudium commutat. **H**oc iuxta Hebraicum. **P**orro iuxta Lxx. non eam dicit quasi derelictam mulierem, & pusillanimum uocatam a domino, neque sicut uxor quae ab adolefcentia odio habitata sit. Sed dicitur se eam ad modicum reliquisset & auertisse faciem suam, ut misereatur illius in aeternum. Si ergo Iudaei & nostri Iudaeizantes, dicunt Israel ad modicum derelictum: ut in aduentu Christi, eius misereatur deus: & modicum, interpretantur ad comparationem totius aeternitatis: cur & nobis non cedunt modicum dicere tempus, quo gentes sunt derelictae: ut abiecta in medio, quae in adolefcentia sua dei fuerat, postea in senectute aeternae misericordiae consequantur. Praesertim cum in uocatione temporis Israel, nunquam exclusa sit turba gentium, sed semper eis per prophetas ianua patuerit reuertendi: ut sicut nos illorum uocatione parumper uidemur exclusi, sic illorum exclusione perpetua, nobis ad deum reditus concedatur. Perpetuam autem exclusionem diximus, si non egerint poenitentiam. **A**lioquin Paulus apostolus dicit: Conclussit deus omnia sub peccato, ut omnibus miseretur. **Q**uam nos de ecclesia ex utroque populo congregata interpretati sumus, & Iudaei de Hierusalem accipiunt, qui solam tropologiam sequuntur, & in locis difficilissimis liberę disputationis excursu nascens fugiunt questiones, ad animam referunt peccatricem: quae abiecta a deo sit, non ob odium, sed ob dispensationem, ut malorum pressa pondere, reuertatur ad uirum suum pristinum: & perditam substantiam, de patris clementia non desperet. **A**n non est grandis misericordia occurrere filio reuertenti, anulum & stolam osculumque porrigere: & inuidenti fratri, iuxta alterius parabole similitudinem dicere: Amice, si ego bonus, quare oculus tuus nequam? **S**icut in diebus Noe iurauit mihi est, cui iuravi me inducerem aquas Noe ultra super terram, etc. **U**t credat sanctorum congregatio misericordiam domini sempiternam: & ideo ad punctum & ad breue eos esse desertos, ut in amicitiam dei aeterno foedere iungerentur, ponit exemplum maiorum dicens: Quomodo uniuerso orbe peccante, postquam corrupta omnis terra uiam domini, inductum est diluuium: & cum autoribus cunctis peccatorum cuncta peccata deleta sunt, & in uno homine Noe humanum seruatum est genus: cui iuravi nequaquam iteris inducendum esse diluuium, & sponso mea hucusque seruata est, nec unquam irrita fiet: Sicut iuro ecclesie meae quae

Gal. 3. d
Luc. 15. c
Mat. 20. b

A mihi redemi sanguine meo, nequaquam me iratum fore his quorum misertus sum: nec meam clementiam ulla increpatione duritia commutanda. Facilius enim motus mouebuntur & colles, quam mea sententia commutabitur. Iuxta quod & in Eua-
Matt. 24. c gellio loquitur: Coeli & terra transibunt, uerba autem mea non praeteribunt. Haec est autem, inquit, misericordia mea, ut foedus pacis quo mihi reconciliatus est mundus, non merito eorum quibus datus est, sed mea clementia conseruetur. Iuxta Lxx. confusus est sensus: & sic turbata sunt omnia: ut quod dicatur, difficile possit intelligi: non quo ignoret quod in hoc capitulo uir prudentissimus dixerit, sed quia non satisfaciatur animo meo. Ponit enim tropologicum diluuium, quod interpretatur in baptismo saluatoris, & gerens exemplum plurimum, ut est illud: Dominus diluuium inhabitare facit. Et iterum: Suauis dominus expectantibus se in die tribulationis: & scies timere se, in diluuium itineris consum-

H E B. in diebus Noe istud mihi est, cui iurauit inducere aquas Noe ultra super terram: sic iurauit, ut non irascat tibi, & non increpet te. Motus enim commouebunt, et colles commouebunt: misericordia autem mea non recedet: & foedus pacis meum non mouebit, dixit miserator tuus dominus. **A** paupercula tempore tepestate commissa absque consolatione. Ecce ego sternam per ordinem lapides tuos: & fundabo te in sapphiris, & ponam in iaspide propugnacula tua, & portas tuas in lapide sculptos: & omnes terminos tuos in lapides desiderabiles. Vniuersos filios tuos doctos a domino, & multitudinem pacis filiorum tuorum, & in iustitia fundaberis.

B mationem facit: quod scilicet uniuersa peccata in baptismo deleuerit, dicens in alio lo-

Supra 43. d Infra 13. d co: Ego sum, ego sum, qui deleo iniquitates tuas. Omnes enim declinauerunt, simul inutiles facti erant. Non erat qui faceret misericordiam, nec ueritatem: neque erat scientia dei in terra. Maledictio, & mendacium, & homicidium, & adulterium, & furtum cuncta occupauerant, & sanguinem sanguini miscuerant. Unde loquitur per prophetam: Heu mihi, quia peristi reueres a terra. Non est qui faciat rectum in hominibus, omnes in sanguine meo iudicantur. Vnusquisque proximum suum tribulat tribulatione: & ad malum manus suas praeparant: & caetera his similia. E quibus illud est: Nemo mundus a forde, nec si unius quidem diei fuerit uita eius super terram. Unde dominum fecisse diluuium, qui iuxta apostolum Petrum, occisus est carne, uiuificatus spiritu, & praedicauit spiritibus in carcere constitutus, qui dei patientia expectabat in diebus Noe, diluuium impijs inferens. In cuius exemplum aqua nos mundat: non sordes carnis abluens, sed bonae conscientiae interrogatio in deum. Montes autem & colles qui non commouebantur, & in huiusmodi diluuium permoti fuerant, sanctos uult intelligi, accepto foedere sempiterno: qui in priore diluuium moti fuerant, & suam reliquerant firmitatem. Dicit motus, & demones, & aduersarias potestates, qui uiderunt filias hominum quod essent bonae: & amoris iaculo uulnerati, sumptulerunt sibi uxores ex omnibus, quas elegerunt, & perdiderunt fortitudinem pristinam: & nequaquam in hoc diluuium sunt futuri. Hoc ille dixerit, cuius explanationem leuoris arbitrio derelinquo. **A** paupercula tempore tepestate commissa, etc. Vbi nos diximus: Sternam per ordinem lapides tuos, in Hebraico scriptum est, **וּבְיָמַי** quod omnes praeter Lxx. similiter transferunt:

Psal. 28. b

Psal. 119. d Michee 7. a

Iob 25. a

1. Pet. 3. c

Gen. 6. d

Sternam in stibio lapides tuos, in similitudinem compite mulieris, quae oculos pingit stibio, ut pulchritudinem significet ciuitatis. & ubi nos iaspide, sequentes Lxx. diximus, in Hebraico scriptum habet **וּבְיָמַי** quod solus Symmachus **וּבְיָמַי** transferunt. Pro crystallo quoque, in cuius loco apud Hebraeos **וּבְיָמַי** legitur, Symmachus & Theodotio **γλαυφίς**, id est sculptura: **Αγλα** **πρωμαίω** posuit: quod uerbum foratarum caelatum quoque gemmarum sensum sonat. De diuersitate translationis diximus: ueniamus ad sensum: Adhuc loquitur ad ecclesiam, humilem prius atque pauperulam, quae non habet legem, nec prophetas, nec sermonem dei: & tepestate conuulsam siue instabilem, quae multos seculi turbines sustinuerat: & inter uarios idolorum fluctuabat errores, quae nullum habuit consolatorem: & frustra omnem substantiam suam in medicis perdidit, quae ipse ueniat, ipse descendat, & aedificet in terris coelestem Hierusalem, quae in Apocalypsi Ioannis uocat **Αποκαλυψις** sponsa & uxor agni,

S E P. aqua quae fuit sub Noe hoc mihi est: sicut iurauit ei in tempore illo, terrae nequaquam ultra irasci super te, neque in comminatione tua montes transferre: neque colles tui transferent. Sic nec misericordia mea deficiet, nec testamentum pacis meae auferetur, dixit propitius tui dominus. Humilis & instabilis absque consolatione. Ecce ego praeparo tibi carbunculum lapidem tuum: & fundamenta tua sapphirum, & ponam propugnacula tua iaspin: & portas tuas lapides crystalli: & muros tuos lapides electos: & omnes filios tuos discipulos dei: & multa pax erit filijs tuis, & in iustitia aedificaberis.

Recede habes ium simile lapidei preciosi, sicut iaspidis & crystalli, & murum magnum & portas duodecim inscriptas nominibus tribuum Israel: quarum tres erant ab Oriente, & tres ab Aquilone, & tres ab Austro, & tres ab Occasu solis: murus quoque fultus duodecim fundamentis, cuius omnis aedificatio ex lapide iaspide: & singula fundamenta murorum habebant singulos lapides: primum, iaspide: secundum, sapphirum: tertium, chalcidonium: quartum, smaragdum: quintum, sardonychem: sextum, sardium: septimum, chrysolithum: octauum, berillum: nonum, topazium: decimum, chrysolitum: undecimum, hyacinthum: duodecimum, amethystum: quod legentes exclamamus illud & dicimus: O profundum sapientiae & scientiae dei, quam inscrutabilia iudicia eius, & inuestigabiles uiae eius. **Q**uis enim cognouit sensum domini, aut quis consiliarius eius fuit? Et iterum: Quis sapiens & intelliget haec intelligens & cognoscat ea? Respondeant amatores tantum occidatis litterae, & in mille annis exquisitos cibos gulae ac luxuriae praeparantes, quorum deus uenter est, & gloria in confusione eorum: qui post secundum in gloria saluatoris aduentum, sperant nuptias: & paruulos eorum annorum, & circumfisionis iniuriam, & uicium sanguinem, & perpetuum sabbatum: qui dicunt cum Israel in peruersum modum: Manducemus & bibamus, cras enim regnabimus: quae sit ista coelestis Hierusalem, cui nunc dicitur: Ecce ego sternam per ordinem lapides tuos. Siue iuxta Lxx. **ידני עגידו עומאפו סוי** **וּבְיָמַי**, id est, Ecce ego praeparo tibi carbunculum lapidem tuum: ut tota ciuitas plena sit carbunculis, & habeat fundamenta sapphirina, & propugnacula iaspideum siue chalcidonium, & portas crystallinas, siue anagly-

A anaglyphas: & murum in circuitu preciosorum lapidum: omnesque filij eius non habent magistros homines, sed dei: & appellent discipuli dei, & sit in ea pax perpetua, & edificatio iustitiae. Ex quo perspicuum est sub occasione iustitiae, quod uirtutes in aedificatione ecclesiae debere nos querere: nec Iudaica deliramenta sectari. Exponantur quoque sit illud quod in Proverbij de sapientia dicit, preciosior est cunctis lapidibus preciosissimis. Si. n. Christus dei uirtus & dei sapientia est, stultum est Christum in sensibilibus lapidibus comparari. Rursum quoque de iudicijs dei legitur: Iudicia domini recta, iustificata in semetipsa: desiderabilia super aurum & lapide preciosum multum. Ex quo palam est illud lapide ceteris lapidibus comparari, de quo supra in hoc eodem propheta exponitur dei dicitur: Ecce immittam in fundamenta Sion lapide angulare, lapide electum, preciosum: & qui crediderit in eo, non confundetur. Hunc lapide reprobauerunt aedificantes, scribae uide licet & pharisaei, & principes Iudaeorum, qui factus est in caput anguli. De quo & apostolus Petrus disputat ait: Nobis ergo honor qui credimus angulari & preciosio electo quoque lapidi. Incredulis autem est lapis offensiois & petra scandali. Qui & in Actibus apostolorum ad principes loquitur sacerdotum: iste est lapis electus, preciosus, quem uos despexistis reprobatum, qui factus est in caput anguli: & duos populos committet gentium & Israel, qui aedificauit ciuitatem, cuius artifex & conditor deus est: de qua & Ap' scribit Corinthijs: Dei aedificatio estis, & quasi architectus sapiens fundamentum posuit, alij superaedificat. Vnusquisque autem uideat quomodo aedificet. Fundamentum enim aliud nemo potest ponere praeter eum qui positus est, Iesus Christus. Si quis autem super fundamentum hoc aedificat aurum, argentum, & lapides preciosos, ligna, foenum, stipulam: uniuscuiusque opus manifestum erit. De hoc fundamento in epistola altera loquitur. Aedificati super fundamentum apostolorum & prophetarum, ipso angulari lapide Iesu Christo. Et iterum: In quibus omnes aedificamini lapides uiuentes in aedificatione sancti offerre spirituales uictimas. De his lapidibus, mystice dicitur: Lapidibus sancti uolunt super terram. E quibus aedificat Christus ecclesiam super petram, dicens in Eua-gelio: Super haec petram aedificabo ecclesiam meam. Quae ciuitate qui meruerit intrare, gaudes loquitur in domino: Sicut audi uimus, ita uidimus in ciuitate domini uirtutum, in ciuitate dei nostrae: deus fundauit eam in aeternum. Super conditore huius ciuitatis & in alio loco dicitur: Hic aedificabit ciuitatem meam, & reducet captiuitatem populi mei. De natura autem duodecim lapidum atque gemmarum, non est huius temporis dicere, cum & Graecorum plurimi scriperint & Latinorum. E quibus duos tantum nominabo, uirtus sanctae & uenerabilis memorie episcopi Epiphanius: qui in signe nobis ingenij & eruditiois suae reliquit uolumen, quod inscripsit **περὶ λίθων**. Et Plinius Secundum eundem apud Latinos oratorem & philosophum: qui in opere pulcherrimo naturalis historiae tricesimum septimum librum, qui & extremus est, lapidum atque gemmarum disputatione compleuit.

Prou. 3. b

1. Cor. 1. d

Psal. 18. c

Supra 28. d

Psal. 117. c

Matt. 21. d

1. Pet. 2. d

Act. 4. b

1. Cor. 3. b

Eph. 2. d

Zach. 9. d

Matt. 16. c

Psal. 47. b

Supra 45. c

Rom. 11. d

Supra 45. c

Phil. 3. d

1. Tim. 6. e

1. Tim. 6. e

1. Tim. 6. e

fuiti. Omnia lapide primo indutus es, sardio, topazio, & smaragdo, carbunculo & sapphiro & iaspide, argato quoque & auro & lyncurio, & achate, & amethysto, & chrysolitho, & berillo, & onychino: auro quoque replesti thesauros tuos & apothecas tuas in te. A qua die conditus es, cum Cherubim posuisti in monte sancto meo: fuit in medio lapidum ignitorum, immaculatus in diebus tuis, ex quo conditus es, donec inuente sunt in te iniquitates tuae. Quis enim tam stultus & uocordis ingenij, ut in paradiso dei, posuisti principem Tyri, quem cum illis esse crediderit: & conditu inter Cherubim, & inter igneos lapides conuersatum: quos haud dubie angelos intelligimus coelestesque uirtutes: putet fuisse eum qui terrenis lapidibus ornatus sit, & habuerit similitudinem & signaculum dei? De natura igitur omnium lapidum, & per partes singulorum, non est huius temporis dicere: neque enim semper dicenda sunt omnia. Nunc autem de carbunculo, sapphiro, & iaspide disseramus. Carbunculus quoque parat, siue per ordinem sternit, uidetur mihi ignitus sermo doctrinae: qui fugato errore tenebrarum, illuminat corda credentium. Hic est quoque unus de Seraphim tulit forcipe comprehendit, ad Esaiam labia purganda, qui nascitur, iuxta Geneleos fide, in terra Heuila, ubi est aurum optimum, lapis quoque carbunculus & rufinus. Porro sapphirus, qui ponitur in fundamentis, coeli habet similitudinem, & supra nos aeris: qui talis est, ut possit Aristophanum dicere cum Socrate: **ἀσφάδερτο ἵσκι περὶ φρονῶν ἢ μὴ ἴδοναι**: quod nos in Latinum sermonem conuertere possumus: Scando aere, solem quoque despicio. Siue cum Pauli apostoli: Nostra autem conuersatio in caelis est. Ezechielis quoque scriptura commemorat: quod locus in quo thronus dei sit, sapphiri habeat similitudinem: & gloria domini in hoc colore consistat. Qui portat imaginem super coelestis. Sed & propugnacula urbis dominicae, hoc est murorum moenia, iaspide roborant: qui possunt omnem altitudinem eleuantem se contra scientiam dei destruere atque conuincere, & mendacium subire ueritati. Qui ergo in disputando fortissimus est, & sanctorum scripturarum testimonij roboratus, iste propugnaculum ecclesiae est. Iaspidum multa sunt genera: alius enim est smaragdi habes similitudinem, qui reperitur in fontibus Thermodoctis fluminis, & uocatur grammatis, quo oia phatasmata fugari autumant. Alius uiridior mari & tinctus quasi fontibus: hinc in Phrygia monte Ida, & in profundissimis specubus eius nasci referunt: alium uero iuxta iberos Hyrcanos quoque mare Caspium reperiri: & praecipue iuxta lacum Neusin. Est & alius iaspis niui & spume marinarum fluctuum similis, & clementer quasi mixto cruore subrutillans. Hoc diximus, ut ueniueris gratias spirituales in ecclesia propugnaculis conuocamus: quas qui habuerit, uanos timores fugat, & potest cum spoliis dicere: Fratruelis meus candidus & rubicundus. Portae autem istius ciuitatis de lapide sunt crystallo: quae scalpitur uarijs modis, quo lapide nihil purius est. Denique uehemetissimis Alpium frigidibus, & inaccessis solis speluncis, crescere aquae dicunt in crystallum: & tactu quidem lapide, uisu aqua esse. Per quam ostendit eos qui in foribus ecclesiae sunt, nulla debere sordem maculari, sed fidei esse purissimae, & dicere cum propheta: **A** mandatis tuis intellexi. Et illud audire: Beati mundo corde, qui ipsi sibi uidebunt. Muri autem ciuitatis siue termini & **περὶ βολῶν**, lapidibus electis extruunt: quos reliquos lapides intelligere possumus: & omnes filios eius esse doctos, siue discipulos dei: quo testimonio dominus utitur in euangelio Ioannis, dicens: Nemo potest ad me uenire, nisi pater meus qui misit me, traxerit eum: & omnis qui audierit & dixerit a patre, uenit ad me. Et post paululum: Scriptum est in prophetis: **Erunt omnes docti a deo. Qui & per Hieremiam** **Hier. 13. f** **misit loquitur: Dans leges meas in mentibus eorum, & super cor illorum scribam eas: & nequaquam ultra docebunt singuli proximos suos & fratres dicentes: Cognosce dominum: Sed**

Esai. 6. b Gen. 2. c

Phil. 3. d Ezech. 1. g

D

Can. 5. e

Psal. 118. a Matt. 5. d

1. Tim. 6. e

1. Tim. 6. e

1. Tim. 6. e

A Delectare, siue delicijs fruere in dño, & dabit tibi petitiones cordis tui. Et alibi: Credo uidere bona dñi in terra uiuentiu. Et in alio psalmo: Benedic anima mea dño, & omnia interiora mea nomē sanctū eius. Qui implet in bonis desideria tuū. Deniq; infert: Audite me, & uinet aia uestra. Omniū bonorū pmissio, uita est sempiterna. Qd si uolueritis audire, & anima uestra uiuere in æternū, feri am uobiscū pactū sempiternū, misericordias David fideles. De qb. idē psalmista cāta bat: Misericordias domini in æternū cantabo. In generatione & generatione annūcia bo ueritatē tuā. Et ut sciamus quæ sint istæ misericordias, sequenti sermone demonstrat: Semel iurauit in sancto meo: si Dauid mētiar, semē eius in sempiternū manebit, & thronus illi sicut sol in cōspectu meo, & sicut luna perfecta in æternū, & testis in celo fidelis. Qui idcirco uocat fidelis, quia pmissa cōpleuerit. Pro quib. Lxx. translulerūt: id est, sancta Dauid fidelis, quod pōt pro firmis accipi atq; robustis. Ut est illud: Fidelia omnia mandata eius, cōfirmata in seculū seculi. Et in alio loco: Deus fidelis, & nō est iniquitas in eo. Et apostolus Paulus: Si negauerimus, inquit, eum, ipse fidelis manet: negare seipsum nō pōt. Et in alio loco scribens ad Timotheū: Fidelis sermo, & omni acceptione dignus. Hoc aut pactū quod dñs pollicet, nō erit breue & unipēporis, sicut fuit populi Iudæorū, sed manebit in æternū, ut ueniat uerus Dauid: & in euangelio cōpleantur quæ ex dei persona sunt repromissæ: Inueni Dauid seruū meū, in misericordia sancta unxi eū. Cuius manū posuit in mari, & in fluminibus dexteræ illius. Quæ uia p̄ta Ezechiel, per multa iā secula dormiente Dauid, appellat seruū suū atq; pastorē dicens: Suscitabo uobis pastore unū, seruū meum Dauid. **¶** Ecce testē populis, etc.] Pro uocauerat ad credendū populū Iudæorū, ut inclinaret aurē suā, & pactū acciperet sempiternū: qd dñs Dauid repromiserat, & Abraham, ac semini eius, dicens: In semine tuo benedicentē gētes. Quod apostolus Paulus edisserens, nō dixit, ait, in semine sed, in semine qd est Christus. Et quia sciebat illis nō credētibz, credituros esse populos nationū, trāsit ad gētes: & dicit misisse se filium suū testem uel testimoniū cunctarum gentium, qui præcepta illius atq; mandata populis nūciaret, q de seipso loquitur: Oportet prædicari euāgelium istud in omni orbe, in testimoniū cunctis gentibus. Deniq; superbientē Pilatū hoc sermone cōfutat: In hoc natus sum, ut testimoniū præbeā ueritati. De quo apostolus Paulus scribit Timotheo: Unus mediator dei & hominum, homo Christus Iesus, qui dedit se redemptione pro omnibus, testimoniū tēporibus, p̄p̄ris: in quo ego positus sum præco & apostolus. Omnia ergo quæ dicuntur, ad eū referēda sunt. Qui quasi ouis ad uictimā ductus est: & quasi agnus corā tondēte nō aperuit os suū. De quo supra dicitur: Vidimus eū, & nō habebat speciem neq; decorē. Et ipse peccata nostra portauit, & pro

dunt. Nos aut̄ iungentes superioribus quæ dicuntur, hoc asserimus: quod omnia idola quæ eos nō poterat liberare, tollat uentus atq; tempestas, & sint quasi puluis, quē proficit uentus à facie terræ. Eos aut̄ qui habuerint in dño fiducia possessuros terrā. De qua in hoc eodem propheta lecturi sumus: Eleuabit te ad bona terræ. Ex quo perspicuū est, hanc terrā non deorsum esse, sed sursum. Ad quā sanctus dño eleuante cōscendet, de qua crebro diximus: Beati mites, quoniā ipsi possident montē, & ciuitatē dei uiuentis Hierusalem cœlestē, & multa milia angelorū, & ecclesiam primitiuorū: qui scripti sunt in cœlis. Possumus terram & montem dñi quem sancti possessuri sunt & scripturas sanctas intelligere, quas auferendas à ludæis, dominus cōminat, dicens: Auferetur à uobis regnum dei, & tradetur genti facienti fructus eius, ut inueniant in eis illum montē, de quo in hoc eodem propheta, & in Michea legimus: Erit in nouissimis diebus manifestus mons domini. Et ipse dominus præcepit Apostolis, cunctisq; doctoribus ecclesiæ, ut quicquid asperum uideretur atq; difficile, sua interpretatiōe dissoluant, & intelligentiā uiam præbeant, omniaq; tollāt de medio scandala, ut populus dominī absq; ullo impedimēto quod legit intelligat, & in dei timore proficiat. De his uis & Ioannes Baptista dicebat: Parate uias domini, & rectas facite semitas eius. Vbi nos posuimus ex persona dei, & dicam: Septuaginta posuerunt ἑσθίον, id est, & dicent̄: hi uide licet qui possidebunt terram, & hæreditate consequentur montem sanctū dei. Nec erunt propria salute contenti, sed etiam ceteros ad docendū populos prouocabunt. Symmachus hūc locū ita interpretatus est: Qui aut̄ confidit in me, possidebit terrā: & hæreditate cōsequetur montē sanctū meū, & dicet: Rectam uiam facite: & reliqua. Eo quod ipse qui terram montēque possederit, ceteros instruat, ut uiam domino parent.

Quia

Supra 4. c Gen. 19. f

Luc. 8. g

Ezech. 8. d

Hier. 32. f Sopho. 1. b

2. Reg. 13. c

Matt. 5. a

Psal. 26. d

Heb. 12. f

Mat. 21. d

Michea 4. a

Matt. 5. a

A Quia haec dicit excelsus, etc. Coeperat sermo propheticus contra populum iudaeorum, quorum magistros appellauit speculatores caecos, & canes mutos, & pastores ignorantes intelligentiam, & filios iniquos, & semel adulterorum atque meretricis: postquam uenit ad Hierusalem, cui exprobrat fornicationem eius, eo quod dilatauerit cubile amatoribus suis, & susceperit eos manu aperta, & ornauerit se cunctis idolis, & miserit legatos procul, ut peregrinis quoque amatoribus frueretur. Quae increpatione finita, uenit ad eos qui confidunt in domino, & quibus terram montemque promiserat possidendam, & quorum reuerfionem iusserat preparari: Haud dubium quin apostolis ad quorum praedicationem de utroque populo creditur. Unde in laudibus dei incipit, & quae de reditu populi sui pollicitus sit, sequenti sermone testatur. Haec enim dicit dominus excelsus atque sublimis qui habitat in excelsis, & sanctus in sanctis, non loco sed merito eorum in quibus habitat, quorum unus dicit in psalmo: Exaltabo te domine, quoniam suscepisti me. Et iterum: Exaltate domine qui iudicas terram: non quo deus humanis sermonibus eleuetur: sed iuxta illud quod alibi dicitur: Dominus mihi factus est in salutem, etiam humilibus excelsus fiat. Qui superbis resistit, & humilibus dat gratiam, ut eos eleuet & habitet in excelsis. Excelsus enim dominus & humilia respicit. Et in euangelio angeli clamant: Gloria in excelsis deo, & super terram pax. Et rursum in psalmis: Laudate dominum de caelis, laudate eum in excelsis. Et non solum excelsus habitat in excelsis: sed & sanctus in sanctis. Qui dicit in alio loco: Sancti estote: quoniam ego sanctus sum. Et quod in peruersam animam non ingreditur sapientia, neque habitat in corpore subdito peccatis: sic sanctus in sanctis habitat, & ubicunque sordes fuerint, non potest habitare mundicia, dicitur sancto ad dominum: Tu autem in sancto habitas laus Israel. Unde & nos in oratione audemus dicere: Pater noster qui es in caelis, sanctificet nomen tuum. Et in secundo psalmo legimus: Qui habitat in caelis iridebit eos, & dominus subannabit eos. Christus enim non in his habitat qui terreni sunt, sed in his qui supercaelestes, qui enarrant gloriam domini, de quibus dicitur: Exaudivat eum de caelo sancto suo. Et iterum: Caelum caeli domino: in quem sensum & Moyses famulus dei pari uoce consentit: Ecce dominus dei tui caelum, & caelum caeli: quod utique non more iudaico debemus accipere, ut deus ullo claudat loco, & in caelo tantum habitat, qui ubique diffusus est, & a quo omnia continentur. Sed excelsa & caelos, scilicet merito intelligamus atque uirtutes. Iste est enim qui habitat in caelo, de quo in euangelio scriptum est: Nemo ascendit in caelum, nisi qui descendit de caelo, filius hominis qui est in caelo. Iste regnabit in sanctis & habitat in humilibus, & in his qui contriti sunt spiritu. De quibus dicitur: Sacrificium deo, spiritus contribulatus: cor contritum & humiliatum deus non despicit. Ipse pusillanimitas dat patientiam, ut in angustijs constitutus, ipse futurorum, tribulationem sustineat. Ipse dat uitam utique his qui peccato mortui erant. De quo dicitur, Apud te est fons uitae. Qui loquitur in euangelio: Ego sum uisus, ueritas & uita. **B** Non in, etc. Dominus qui in excelsis habitat & humilia respicit, cuius nomen est sanctum & requiescit in sanctis, qui sustentat affli-

Psal. 29. d
Psal. 117. b
Iacobi 4. b
Psal. 112. b
Luc. 2. b
Psal. 148. a
Leuit. 20. b
Sapient. 1. d
Psal. 21. a
Math. 6. b
Psal. 19. b
Ibid. 113. d
Psal. 50
Ioan. 14. d

ctos, & uitam tribuit oppressis: haec locutus est: Non semper irascor, nec iugiter indignabor. Qui ad hoc percussio, ut emendetur: ideo occido, ut uiuificetur. Misericors enim creaturae meae, & quos ipse condidit, in aeternum perire non patiar. Spiritus quoque meus qui ex me ingreditur, siue qui iuxta Hebraicum, Aquilam, Symmachum, & Theodotionem, cuncta circumdat, hoc enim significat *περιελαβον* *τα*, uegetator est omnium. Et statum siue pluraliter status, hoc quippe *ἡσυχῆ* sonat, ego feci: de quo alibi scriptum est: Omnis status, siue omne quod spirat, laudat dominum. De quo spiritu & flatu, in principio Geneseos scriptum est: Insuper flauit deus flatum uitae, & factus est homo in animam uiuentem. Tale quid & Iob loquitur: Spiritus domini qui est in naribus meis: & status omnipotentis qui docet me. Cum ergo a me egredietur spiritus, & flatu atque inspiratione mea cuncta uegetentur & uiuant, non est iustum perire eos in aeternum, qui meo flatu ac spiritu sustentantur. Quidam nostrorum hunc esse aiunt spiritum, quo omnis mundus inspiratur & regitur, & cuncta habent uoluntatem dei, quae iuxta Stoicos insignis poeta describens, ait: Principio caelum ac terras camposque liquentes, Luceo tempeque globum lunae, Titanamque astra spiritus intus alit: De totamque in se per artus Mers agit molis, & magno se corpore miscet, & reliqua. Alij uero sanctum spiritum intelligunt: qui in principio ferebatur super aquas: & uiuificabat omnia, qui de patre egreditur, & propter societatem naturae, a filio mittitur, dicitur: Expedit uobis ut ego uadam: nisi enim ego iero, paracletus non ueniet ad uos: si autem ego iero, mittam eum ad uos. De quo rursum ait: Cum uenerit paracletus quem ego mittam ad uos a patre, spiritum ueritatis, qui de patre egreditur. Ne scandalizet quempiam, si spiritus egredi dicitur ex patre, cum etiam filius de se dixerit: Ego de patre exiui & ueni, neque enim a me ipso exiui, sed ille me misit. De hoc spiritu loquebatur: Rogabo patrem & alium paraclitum dabit uobis, ut sit uobiscum semper, spiritum ueritatis. Hic est spiritus de quo scribit & Moyses: Quis det ut omnis populus domini sit in prophetas: & det dominus spiritum suum super eos? Et Iob ex persona dei: Effundam de spiritu meo super omnem carnem, & prophetabunt filij uestri & filiae uestrae. Et Zacharias: Veruntamen uerba mea & legitima mea suscipite, quae ego praecipio in spiritu meo seruis meis prophetis. Et iterum: Effundam super Hierusalem spiritum gratiae & misericordiae. Multaque alia de utroque testamento quae nunc longum est repetere. Hoc solum dicimus, quod idem propheta de hoc spiritu & flatu pariter sit locutus: Haec dicit dominus deus qui fecit caelum. Et post paululum: Qui dat flatum populo suo, qui est super eam, & spiritum his qui calcant eam. **C** Propter iniquitatem auaritia eius iratus sum & percussus eum, abscondi & indignatus sum, etc. Post abiectionem populi iudaeorum, & eorum qui in saluatore credere noluerunt, pollicitus fuerat habitibus in se deduciam, terram mitium, montemque sanctum, & apostolis praeparat: Viam facite populo reuerfenti, & omnia de medio scandala tollite: ac ne incredibile uideretur, exponit potentiam suam, quod excelsus & magnus

Psal. 79. b
Psal. 37. b

A & magnus facile possit poenitentibus ueniam tribuere: & iustum sit creator misericors creaturae suae. Propter quod iungit: Quod iratus sit & contristauerit populum suum, idcirco se fecisse, quia peccauerit, & iniquitatis auaritiam habuerit, nec una fuerit iniquitate contentus, sed semper addiderit peccata peccatis. Et percussus, inquit, eum ad breuiter ut sanaret, & abscondi, subauditur, faciem meam, ut magis me desideraret & diceret: Ostendefaciem tuam & saluum erimus. Indignatus sum quod ille sentiens, tristis ingreditur, & ambulauit moerens siue conuersus in uia cordis sui: ut non ad faciem hominum, sed in corde ageret poenitentiam. Propterea uidens uias conuersionis eius, sanauit uulnera, quibus eum ante percussissem. Et reduxi eum ad me, quae prius eieceram, & reddidi ei consolationem ueram. Multae enim fallae sunt consolationes, quibus genus decipitur humanum. Siue consolatus sum lugentes eius, **M**atth. 5. dicens in euangelio: Beati lugentes, quoniam ipsi consolabuntur. Quodque sequitur: Creauit fructum labiorum, hunc habet sensum: impleui quod pollicitus eram, dicens: Uio ego dicit dominus, malo poenitentia peccatoris quam morte. Si uero omnia tribui quae ante promiseram. Quae est autem domini pollicitatio: Pacem meam do uobis: pacem meam relinquo uobis. Et hoc est quod non ait: Pacem super pacem, non uni tantum genti, sed omni: unde, his uidelicet qui erant longe, & qui prope, id est, primis gentibus, & postea his qui ex Israel credere uoluerunt. De quibus **A**d. 13. g dicit & Apostolus: Vobis quidem oportebat praedicari uerbum dei, sed quia in dignos uos iudicatis salute, ecce conuertimur ad gentes. Qui scribens ad Ephesios, & de populo circumcisionis atque gentilium plenissime disputans, intulit: Nunc autem in Christo Iesu, uos qui aliquid ad eratis longe, facti estis prope in sanguine Christi. Ipse est enim pax nostra, qui fecit utraque unum, & medietatem parietem macerata, soluens inimicitiam in carne sua, & reliqua. Et iterum: Et ueniens annunciauit pacem uobis qui longe, & pacem his qui prope erant. Quoniam per ipsum habemus accessum utriusque in uos spiritu ad patrem, dans pacem super pacem his qui fuerant longe, & qui prope non habuerant legem & prophetas, & qui antea susceperat, suscepit eos atque sanauit. Impij autem siue iniqui fluctuabunt quasi mare feruens, & quiescere nunquam poterunt. Quod licet de omni impio possit intelligi: tamen propterea refert ad populum iudaeorum, qui condona uoce clamauit & pleuerat in impietate sua, dicens: Crucifige, crucifige talē. Non habemus regem nisi Caesarem. Sicut igitur mare feruens quiescere non potest, sed redundant fluctus eius, & reuoluunt ad littora, atque iterum resorbent, & in se fracti, lutum efficiunt, quod pedibus conculcat: Sic impij aeternae conculcationi subiacent, quorum nullum est gaudium, & qui

Matth. 19. c

nulla pace quiescunt, in eo quod impij perseuerant. **C** Quidam hunc locum specialiter super saluatorem intelligunt, quod propter peccata mundi ad modicum contristatus sit, dicens: Tristis est anima mea usque ad mortem. Et percussit eum pater qui loquitur per Zachariam: Percussit eum pater, & oues dispergetur: qui & ipse de se in sexagesimo octauo psalmo dixerit: Quoniam quem tu percussisti, ipsi persecuti sunt: & auertit deus faciem suam ab eo, ut formam serui paulisper acciperet, & ambularet tristis, & lugens peccata populi deplorans & plangens Hierusalem. Et quia uiderit pater uias eius, propterea sanauerit eum qui fuit inter mortuos liber, & caro eius non uidit corruptionem, ut qui percussus est in cruce, sanaretur in resurrectione. Et consolatus sum, inquit, eum, dans ei pro una genere iudaeorum, uniuersum mundum. Et lugentes eius, subauditur consolationis sum: Nec dubium quin apostolos significet. Et concupiscit fructum labiorum suorum, qui dixerat ei: Postula a me, & dabo tibi gentes hereditatem tuam, & possessionem tuam terminos terrae, pacem super pacem, mundum reconcilians deo, ut utrumque populum uocaret ad se, & sanaretur a patre. Impios autem de quibus supra diximus, comparat mari, quod nunquam potest quiescere, sed etiam in summa tranquillitate, fractis ad littora uoluitur fluctibus, sinibusque eius lutum est & conculcatio. **C** **L**ama ne cesses, quasi tuba exalta uocem tuam, & annuncia populo meo, etc. Finito priori capitulo, in quo pax iustus & nulla requies impij nunciata, praecipit deus Esaiam propheta, ut clamet in fortitudine, & instat tuba exaltet uocem suam, & peccata ac scelera populi Israel dicere non formidet, nequaquam mortem metuens, nec impiorum terribilia & conuicia, sed magis consideret imperantem dominum. Et quia surdas aures habeant & audire uix possint, iuxta Symmachum & Aquilam, guttur suum uertat in buccinam, quae Hebraice dicitur *שופר* quam *נשפא* *נשפא* id est, corneam interpretati sunt. Et supra quidem ubi apostolis dicebat: in montem excelsum ascende qui euangelizas Sion, exalta in fortitudine uocem tuam qui euangelizas Hierusalem, exalta, nolui timere, nec buccina assumi nec tuba, sed montem iubent ascendere, & uoce propria personare. Hic autem quia peccatores erant quibus nunciandum est & morabantur deorsum, non iubet propheta ut ascendat in montem, sed tantum ut exaltet sicut tuba uocem suam, & eis nunciet bella uentura. Alioquin in die iudicij, quando in resurrectione mortuorum, & nouissima tuba dicitur, scriptum est: canet enim tuba, & mortui resurgent in corrupti: ut quod illi ad uocem tubae sunt iudicandi, sic Israel peccato mortuus audiat scelera sua: simulque appellatur populus dei, ut discat quale patrem perdidit, qui etiam peccator uocet populum suum.

Matth. 26. d
Zach. 13. c

1. Cor. 15. g

A a *¶ Me etenim de die, &c.*] Hoc proprie iudaeis conuenit, qui per singulos dies currunt ad synagogas & dei legem meditant, icire cupientes, quid Abraham, Isaac & Iacob, quid & ceteri sanctorum fecerint, & libros prophetarum ac Moysi memoriter reuoluentes, decantant diuina mandata, quibus rectissime illud aptabitur: *Quaerent me mali & non inuenient. Sicut enim scriptum est, Omnis qui quaerit inuenit, qui quirit non inuenit, male quaerit eum inuenitur ab his, qui cum quaerunt in bonitate, & ostendit illis, qui non sunt ei in re doli. Cui igitur iusticiam iudicium reliquerint dei, quibus nominibus Christus ostenditur, dicente psalmodogra- pho: Deus iudicium tuum regi dedit, & iustitiam tuae filio regis:*

1. Cor. 1. d Christus enim factus est nobis redemptio, sanctitas, & iusticia: frustra legis iactant scientiam, cum sanctus non in notitia scripturarum, sed in operibus glorie dicens: *Viam mandatorum tuorum cucurri, quando dilatasti cor meum.*

b *¶ Rogant me iudicia iustitiae, &c.*] Est alia temeritas iudaorum, quasi fiducia bona conscientiae, iudicium postulat in se, & imitant sanctorum uerba dicentium: *Iudica me domine, quoniam ego in innocentia mea ingressus sum. Et iterum: Proba me domine & tenta me, ure renes meos & cor meum. Et in alio loco: Iudica causam meam & redime me. Et adpropinquare deo desiderant, cum hoc non in loco sit, sed in affectu: nec metis ociosa, sed laboriosa operis. Denique quid sit appropinquare deo, instruit scriptura, dicens: *Quaerite dominum: cum appropinquauerit uobis, & relinquat impietas uias suas, & uir iniquus cogitationes suas. Appropinquat enim dominus appropinquantibus sibi, & his qui iuste quod iustum est persequuntur, & possunt dicere: Mihi autem adhærere deo bonum est. Si enim omnipotens deus pater est ueritatis atque iustitiae, quicquam est mendax & iniustus, appropinquare deo non potest, de quo scriptum est: Non habitabit iuxta te malignus, neque permanent iniusti ante oculos tuos. Quare ieiunauimus, inquit, & non aspexisti: humiliuimus animas nostras, & nescisti. In iuste arguit dominum, quod bona opera non respiciat: solamque ueritatis, absque opere uirtutum ingerit deo, non comedentes eos cibos quos creauit deus fidelibus. & his quod cognoscunt ueritatem, ut sumat eos cum gratiarum actione: sed illos de quibus scriptum est in Proverbis: *Hi enim alunt cibis impietatis, & uino iniquitatis inebriant. Huiusmodi epulis saturatus phariseus, inter cetera uerba super***

Luc. 18. b bis, in sabba te ieiunare iactabat: quod non biberat uinum de uinea Sorek, sed de uinea Sodomorum, cuius uinum furor draconum est, & furor aspidum insanabilis, & uina

Dent. 32. e eorum, uina fellis: quos deus arguit propheta: *Peccata populi mei comedunt. Et rursum: Quare tacuistis impietatem eorum, & iniquitates uindemastis, & comeditis frumentum meum: Quia igitur proferuerat questionem deo, scire cupientes, quare ieiunauerint, & humiliauerint animas suas, & deus non respexerit, obliuisceris historiae, cur non respexerit ad munera Cain, qui recte quidem offerebat, sed non recte diuidebat cum fratre, dei non uides charitatem, dicente scriptura: *Diliges dominum deum tuum ex toto corde tuo, & proximum tuum sicut teipsum. Propter**

Gen. 4

Mat. 22. d

Mat. 7. a

Psal. 71. a

Psal. 25. a

Psal. 72. d

1. Cor. 1. d

1. Cor. 2. d

1. Cor. 13. b

1. Cor. 10. e

Gal. 6. c

Mat. 3. d

rea respondit deus, quod non ieiunia reprobet, sed opera qua ieiunia sunt, d. cens. in diebus ieiuniorum uestrorum inueniuntur uoluntates uestrae, ut non dei, sed uestras faciatis uoluntates, quas Paulus scribens Ephe- sijs reprobat: *Iuxta principem potestatis aeris, spiritus*

Mat. 6. a *Luc. 18. a* *Mat. 6. a*

Rom. 8. c

1. Tim. 2. c

Psal. 137. b

2. Reg. 21. g

2. Cor. 6. a

Mat. 6. b

Psal. 101. a

Psal. 34. b

1. Cor. 13. b

Luc. 18. e

Mat. 23. a

Mat. 23. a

1. Cor. 13. b

1. Cor. 13. b

1. Cor. 13. b

A ipse praeparat, docet quomodo ieiunandum sit, imò an re quam doceat quid sequatur, instruit quid debeat de- clinare: Ut audiat, inquit, in excelso clamor uester. Ne ad orationem deferatis clamorem, orantes in synagogis & angulis platearum, ut ab hominibus uideamini, & ele- uetis uocem in excel-

Mat. 6. a **Luc. 18. a** **Mat. 6. a**

Mat. 6. a **Rom. 8. c**

1. Tim. 2. c

Psal. 137. b

2. Reg. 21. g

2. Cor. 6. a

Mat. 6. b

Psal. 101. a

Psal. 34. b

1. Cor. 13. b

Luc. 18. e

Mat. 23. a

Mat. 23. a

1. Cor. 13. b

1. Cor. 13. b

1. Cor. 13. b

1. Cor. 13. b

historia, anno remissionis septimo, uel quinquagesimo, qui est uerus iubilus, omnes possessiones redire ad dominos, & reddi seruis pristina libertate, cunctaque nomina, quae uulgo appellat cautiones, irrita fieri. Sin autem hoc ceteri lege praecipitur, quanto magis in euange-

Exod. 21. c **Mat. 5. f**

Supra eod. a

1. Cor. 13. b

Luc. 18. e

Mat. 23. d

Mat. 3. d

Mat. 3. d

Mat. 3. d

Mat. 3. d

Mat. 3. d

Mat. 3. d

Mat. 3. d

Mat. 3. d

Mat. 3. d

Mat. 3. d

Mat. 3. d

Mat. 3. d

Hier. 10, 5

A de his qui in die iudicii a dextris staturi sunt. Venite benedicti patris mei, possidete regnum preparatum vobis a constitutione mundi: esurivi enim, & dedistis mihi manducare: sitivi, & dedistis mihi bibere: infirmus eram & in carcere, & venistis ad me: peregrinus, & duxistis me in domum vestram: & nudus, & vestistis me. Illisq; humilitate dicentibus, se nihil fecisse domino salutatori, respondit: Quam diu fecistis uni de fratribus meis minimis, mihi fecistis. Iuxta tropologia hanc possumus dicere: Qui se iunat ab omnibus malis, & vult suum ieiunium respici, non solum declinet a malo, sed & faciat bonum, ut soluat omne vinculum iniquitatis, quo simplices quicq; credentium hereticorum fraudibus colligati sunt. Et *εργαλαίος βιάωρ ου= νωδωλαγμάτωρ*, id est, obligationes violentorum contractuum,

Psal. 124. quas & in Psalmo propheta demonstrat, dicens: Declinantes autem in obligationes, adducet dominus cum operibus iniquitatem. Omnes enim qui hereticorum vinculis alligantur, declinant a domino: & quasi bos ductus ad uicium: & eligunt atque commutant pro veritate mendacium. Istiusmodi igitur homines qui sunt fracti iudicio, dimittat uir ecclesiasticus atque dissoluat, & omnem scripturam hereticorum: de quibus hic idem propheta dicit: Vae qui scribunt iniquitatem: scribentes enim scribunt malitiam, rapientes iudicium pauperum populi mei: soluat atque dirumpat, ut nequaquam laqueis suis simplices quosq; neant irretitos: Et quum hoc fecerit, frangat doctrinam ecclesiasticam: esurienti panem suum: quod fecit & dominus, fractos panes apostolis tribuens, quos eis in septem sportis & duodecim cophinis, nequaquam integros sicut habebatur in lege, sed comminutos atque contractus in euangelio dereliquit, ut haberent quod pauperibus largirentur. Quos uideris non habentes calorem fidei, sed extra ecclesiam frigoribus infidelitatis algentes, inopes atque peregrinos, induc, aut in domum ecclesie, & operi in corruptionis pallio, ut uestiti Christi tunica, nequaquam maneat in sepulchris, quod de eo legimus, qui possessus a demonum legione, nudus habitabat in memorijs mortuorum. Quumq; inquit, haec feceris, & liberalitas tua ad omnes exposita fuerit, specialiter ne despicias domesticos fidei, *a* **Tunc erumpet quasi,** etc.] Quando illa non feceris quae praeteritus sermo narrauit, & ista feceris de quibus nunc diximus: Tunc acceptabile erit ieiunium tuum, & erumpet matutinum lumen tuum: solum uidelicet iustitiae, de quo Malachias propheta ex persona dei patris loquitur: Orietur uobis timentibus, nomen meum sol iustitiae, & sanitas in pennis eius. Qui ibi sol, hic lux dicitur. Sicut enim matutina lux soluit tenebras, ita lumen scientiae & ueritatis omnes errores fugat. Et sanitates (inquit) tunc est orient. Pro quo Aquila, uerbum de uerbo exprimens posuit: Et cicatrix uulneris tui cito obducet, ut scilicet uulnera peccatorum nostrorum ad ortum solis iustitiae cito obducta cicatrice claudant. Pro eo quod Lxx. translulerunt *λερωται ου*, id est, sanitates tuae: Latini interpretes ducti nominis similitudine: *μωρτα*, id est uesimenta

Mat. 25. **H E B.** Tunc erumpet quasi mane lumen tuum, & sanitas tua cito orientur, & anteibit faciem tuam iustitia tua, & gloria domini colliget te. Tunc iuocabis, & dominus exaudiet: clamabis, & dicit: Ecce adsum. **S**i abstuleris de medio tui catenam, & desieris digitum extendere, & loqui quod non potest. Quum effuderis esurienti animam tuam, & animam afflictam repleueris, tunc orientur in tenebris lux tua, et tenebrae tuae erunt sicut meridies. **E**t

Psal. 33. **S E P.** Tunc erumpet matutinum lumen tuum, & sanitates tuae cito orientur, & praebit in conspectu tuo iustitia tua, et gloria dei circumdabit te. Tunc clamabis, & deus exaudiet te. Adhuc loquere te dicit: Ecce adsum. Si abstuleris a te colligationem & ordinationem & uerbum murmurationis, & desideris esurienti panem tuum ex animo tuo, & animam humiliter saturaueris, tunc orientur in tenebris lumen tuum, & tenebrae tuae erunt sicut meridies. **E**t

quod in Hieremia, torques ferrea interpretatur: in praesenti capitulo bis legitur. In eo enim loco ubi supra iuxta Lxx. diximus: Dissolue obligationes uolentium commutationum: pro uno uerbo *νυμφα* scimus eos posuisse uoluntas cautiones: pro quibus Aquila, *ερωδωρ*, id est, torquem, translulerunt. Rursum in praesenti loco ubi nos uertimus, Si abstuleris de medio tui catenam, & pro catena Lxx. *ουδωλαγμάτωρ*, id est colligationem siue uinculum translulerunt: Aquila, sicut supra erroris, interpretatus est. Symmachus in Theodotionis scita concedens, torquem posuit. Hoc de interpretationis uarietate sit dictum. Alioquin sensus sic cum superioribus iungitur: Orietur tibi matutina lux, & sanitates tuae cito orientur, & praecedet te iustitia tua, & gloria domini coronabit te. De precantemq; statim exaudiet, & se ostendet esse praesentem: ita duntaxat, si ad superiora opera haec quoque addideris, ut tollas de te obligationem & catenam qua tua anima colligata est. De qua & Petrus loquebat ad Simonem: In felle enim amaritudinis & obligatione iniquitatis uideo te esse. Et Paulus dolebat, obligata carnem idola trahere Atheniensium ciuitate. Funibus enim peccatorum suorum unusquisq; constringitur: De quibus anime uinculis, & David precabatur in Psalmo: Ab occultis meis mundam me dominus, & ab alienis parce seruo tuo. Difficile reperitur qui his non stringatur catenis. Raro inuenitur anima quae hanc grauissimam torquem non habeat suo collo circumdata, ad terrena se opera deprimentem, ut nequaquam coelum, sed terram aspiciat. Quod & de euangelio Luc. ca. 11. refertur muliere, quae uinxerat satanas per annos decem & octo: ut incuruata, coelestia non uideret. Si ergo, ait, tuleris de medio cordis tui hanc catenam: & istiusmodi uincula dissipaueris: & *χαερωταίωρ*, pro qua tres alij interpretes uoce consona, extenuum digitum translulerunt: ut non solum malum ipse non cogites & non facias: sed ne detrahas quidem ex proximo tuo, & singulos quasi digitos notes: & loquaris quod non prodest animae tuae, non tua mala, sed aliorum errores considerans, accipies quae sequens sermo subnectit. Pleriq; nostrorum *χαερωταίωρ*, id est ordinationem clericorum: quae non solum ad imprecationem

In Esaiam

A precationem trocis, sed ad impositionem impletur manus: ne scilicet, ubi in quibusdam risimus, uobis imprecatio claudens in clericos ordinem neciteris: sic intelligunt, ut assumant testimonium Pauli scribentis ad Timotheum: **Tim. 5.** **M**anus cito nemini imposueris, neque comunicaueris peccatis alienis. Non est enim peccatum leue, mittere margaritas ante porcos, & dare sanctum canibus: & ordinationem clericatus, nequaquam sanctis & in lege dei doctissimis, sed alienis suis tribuere, & uilium officiorum ministris: quod quibus de decore eius est, multum decorosius est, multum officiorum ministris. In quo consideranda loquentis in se Christi apostoli sapientia, qui uel ordinationis periculum demonstraret, iunxit tormenta peccantium: Neque comunicaueris peccatis alienis. Sicut ergo in ordinationibus malorum, particeps est peccatorum, qui tales constituit: sic in ordinatione sanctorum, particeps est eorum iustitiae, qui bonos elegit. Sequitur: Et uerbum murmurationis, subaudiatur *απο τον ουδωρ*, si abstuleris a te. Verbum autem murmurationis est, quando contra nos loquitur deus: Desinit a me murmuratio populi huius, & non morietur: nostraeque peccata referimus ad deum, ad excusandas excusationes in peccatis, & dicimus: Corpus me superauit ardor, adolescentie in centum uicerunt, a deo talis creatus sum, paupertas coegit ad furtum. Itaque si non fecerimus ista quae dicta sunt, & fecerimus ea quae dicenda sunt: ut esurienti, non sicut supra, demus panem nostrum, sed animam nostram, ut eum in quibuscumque possumus adiuuemus: & non quasi ex tristitia & necessitate, sed ex animo tribuamus: accipietes magis, quam dantes beneficium: Hilarem enim datorem diligit deus, ut animam esurientem siue afflictam non resocilemus ex parte, sed saturemus, & doleamus cum dolentibus, iugamurq; cum lugentibus: Tunc orientur in tenebris lux nostra, ille qui dicit: Ego lux ueni in mundum, ut omnis qui credit in me, in tenebris non maneat, sed habeat lucem uitae. Lucerna enim corporis nostri, est oculus: si simplex fuerit, totum corpus nostrum erit lucidum. Si autem qui lux esse deberet, uersus fuerit in tenebras, tunc omne corpus tenebrosum erit, & dicitur nobis: Si lux quae in te est, tenebrae sunt, ipsae tenebrae quae sunt: Consideremus quantis uirtutibus perueniamus ad lucem dei, ut tenebrae nostrae uertantur in meridiem: dicamusq; cum sponsa: Vbi pascis, ubi cubas in meridie? **Et requiem dabit tibi dominus semper,** etc.] Quod in Alexandrinis exemplaribus in principio huius capituli additum est: Et adhuc in te erit laus mea semper: & in fine, Et ossa tua quasi herba orienti, & pinguescent, & hereditate possidebit in generatione & generatione: in Hebraico non habet, sed ne in Lxx. quidem emendatis & ueris exemplaribus. Vnde obelo praenotandum est. Quum tenebrae (inquit) peccatoris tui, orta luce fuerint dissolutae: & pro nomine palpabili meridies fuerit exorta, tunc semper habitorem habebis deum, qui impleat splendoribus animam tuam. De quibus in Psalmo legitur: Tecum principium in die uirtutis tuae, in splendoribus sanctorum, ex utero ante luciferum genui te. Siue saturaberis cunctis quae desiderat anima tua: quia & ipse saturasti animam esurientem: Et dicere poteris: Benedic anima mea domino, qui implet in

Cap. LVIII.

A precationem trocis, sed ad impositionem impletur manus: ne scilicet, ubi in quibusdam risimus, uobis imprecatio claudens in clericos ordinem neciteris: sic intelligunt, ut assumant testimonium Pauli scribentis ad Timotheum: **Tim. 5.** **M**anus cito nemini imposueris, neque comunicaueris peccatis alienis. Non est enim peccatum leue, mittere margaritas ante porcos, & dare sanctum canibus: & ordinationem clericatus, nequaquam sanctis & in lege dei doctissimis, sed alienis suis tribuere, & uilium officiorum ministris: quod quibus de decore eius est, multum decorosius est, multum officiorum ministris. In quo consideranda loquentis in se Christi apostoli sapientia, qui uel ordinationis periculum demonstraret, iunxit tormenta peccantium: Neque comunicaueris peccatis alienis. Sicut ergo in ordinationibus malorum, particeps est peccatorum, qui tales constituit: sic in ordinatione sanctorum, particeps est eorum iustitiae, qui bonos elegit. Sequitur: Et uerbum murmurationis, subaudiatur *απο τον ουδωρ*, si abstuleris a te. Verbum autem murmurationis est, quando contra nos loquitur deus: Desinit a me murmuratio populi huius, & non morietur: nostraeque peccata referimus ad deum, ad excusandas excusationes in peccatis, & dicimus: Corpus me superauit ardor, adolescentie in centum uicerunt, a deo talis creatus sum, paupertas coegit ad furtum. Itaque si non fecerimus ista quae dicta sunt, & fecerimus ea quae dicenda sunt: ut esurienti, non sicut supra, demus panem nostrum, sed animam nostram, ut eum in quibuscumque possumus adiuuemus: & non quasi ex tristitia & necessitate, sed ex animo tribuamus: accipietes magis, quam dantes beneficium: Hilarem enim datorem diligit deus, ut animam esurientem siue afflictam non resocilemus ex parte, sed saturemus, & doleamus cum dolentibus, iugamurq; cum lugentibus: Tunc orientur in tenebris lux nostra, ille qui dicit: Ego lux ueni in mundum, ut omnis qui credit in me, in tenebris non maneat, sed habeat lucem uitae. Lucerna enim corporis nostri, est oculus: si simplex fuerit, totum corpus nostrum erit lucidum. Si autem qui lux esse deberet, uersus fuerit in tenebras, tunc omne corpus tenebrosum erit, & dicitur nobis: Si lux quae in te est, tenebrae sunt, ipsae tenebrae quae sunt: Consideremus quantis uirtutibus perueniamus ad lucem dei, ut tenebrae nostrae uertantur in meridiem: dicamusq; cum sponsa: Vbi pascis, ubi cubas in meridie? **Et requiem dabit tibi dominus semper,** etc.] Quod in Alexandrinis exemplaribus in principio huius capituli additum est: Et adhuc in te erit laus mea semper: & in fine, Et ossa tua quasi herba orienti, & pinguescent, & hereditate possidebit in generatione & generatione: in Hebraico non habet, sed ne in Lxx. quidem emendatis & ueris exemplaribus. Vnde obelo praenotandum est. Quum tenebrae (inquit) peccatoris tui, orta luce fuerint dissolutae: & pro nomine palpabili meridies fuerit exorta, tunc semper habitorem habebis deum, qui impleat splendoribus animam tuam. De quibus in Psalmo legitur: Tecum principium in die uirtutis tuae, in splendoribus sanctorum, ex utero ante luciferum genui te. Siue saturaberis cunctis quae desiderat anima tua: quia & ipse saturasti animam esurientem: Et dicere poteris: Benedic anima mea domino, qui implet in

Cap. LVIII.

219

S E P. Et erit deus tuus tecum semper, & impleberis sicut desiderat anima tua, et ossa tua pinguescent. Et erunt sicut hortus ebrius, & sicut fons aquarum, cui non deficient aquae. Et edificabunt in te deserta saeculorum, fundamenta generationis & generationis suscitabis: & uocaberis edificator sepium, & uertens semitas in quietem. **S**i

Possimus: & de uirtutibus anima, quasi significans sanctus loquitur in Psalmo: Omnia ossa mea dicent, Domine, quis similis tibi? De quibus & in Proverbis scriptum est: Fama bona impinguat ossa: Et quibus praemia promittuntur, sanitas erit corpori tuo, & curatio ossibus tuis. De quibus rursum scriptum est: Dominus custodit omnia ossa eorum, unum ex his non conteret. **E**cce

Pertinatio, qui peccator est, & animae robur perdidit atque uirtute plagit & loquitur: Dissipata sunt ossa nostra secus infernum. Neque enim possimus credere quod ossa peccatorum non in inferno sint, sed iuxta infernum: Et fama bona impinguat ossa, quae ad corporis saginam non pertinet. Sequitur: Et eris, siue erit: id est, aut tu, aut anima tua, sicut hortus irriguus. De quo scriptum est: Fons egrediebatur, & irrigabat omnem faciem paradisi: pro quo in Hebraico, hortus legitur. Quem fontem non alium possumus dicere, nisi eum cui dicitur: Apud te est fons uitae: qui in definerter rigat ecclesiam suam, & cuius corda credentium. **Et edificabuntur in te deserta saeculorum, fundamenta generationis,** etc.] Non solum, inquit, orientur in tenebris lumen tuum, & tenebrae tuae erunt quasi meridies, & dabit tibi dominus requiem semper, & eris quasi hortus irriguus, & caetera: Sed edificabunt in te quae longo tempore deserta fuerant, & in multis generationibus permansura aedium tuarum fundamenta iacentur, ita ut uel tu ipse uocaris edificator sepium atque maceriarum, uel oriatur in te quasi edificator sepium: & auertat semitas in quietem, siue iuxta Septuaginta, *τις τβλ= τις τις εν αυτωρ παυσης*, id est, calles in medio facies conquietescere. Haec Iudaei & amici tantum occidentis litterae, ad instauracionem referunt urbium Palaestinarum, Et uel facta sub Zorobabel & Esdra & Neemia, uel in ultimo tempore futura contendunt: Et ad instauracionem Hierusalem & in circuitu ciuitatum altissima fundamenta iacienda, & tam excelsos muros aedificandos: ut nullus hostium possit intrare, & omnium in eas inimicorum prohibeatur ingressus. Nos autem sequentes coepitae explanationis ordinem, quae deserta fuerant in Iudaeis, dicimus aedificari in ecclesia, non ad breue tempus, sed in perpetuum: Et fundamenta illius ex utroque populo: id est, in duabus generationibus suscitanda. Vnde dicitur Apostolus: Quasi sapiens architectus fundamentum posuit, alius superaedificat, unusquisque autem uideat quid superaedificet. Et in alio loco: Dei agricultura, dei aedificatio sumus. Et iterum: Aedificati super fundamentum apostolorum & prophetarum, & uocandam eam, siue eum, qui natus est in ea, aedificator sepium. De quo in Psalmo legitur: Homo natus est in ea, & ipse fundauit eam altissimum. Quas sepes atque macerias: hoc enim Graecus sermo significat, *σπαργυρις*, agro & uineis circumdari scriptura commemorat: Vineae de Aegypto translulisti, elecisti getes, & plantasti ea. Et post paululum: Quare destruxisti maceriam eius, & uidemiant eam omnes qui transeunt uiam? Et in hoc

A muscas & culices & parua capiunt animantia, ad quas quom forte quid uenerit, quali per aerem uacuum tran-

Gen. 4. b

interficietur: Sive ut Lxx. transtulerunt, Qui uoluerit de ouis eorum comedere, cōterens inueniet putridum, & in ipso regulum. Qui em prima fronte deceptus, oua putauerit gallinarū & aliarum uolucrum, quarū efus innoxius est: si fregerit anteq̄ comedat, statim putore teterimū foetoremq̄ cognoscat: & qd̄ confortum est, inueniet regulum. Sive iuxta Symmachū & Theodotionē aspidē. Aquila aut uiperam posuit. Pro qua in Hebraico legitur nyp̄n. Qui igit̄ audiens traditōes Iudaicas, ad eas fcas f mille annorū uoluerit preparare: & repromissionū delictis itretitus, manū ad opum extendere: Siantequā comedat,

hoc est uerbis mortiferis acquiescat, uoluerit prius cōsiderare quod dicit̄, & singulos sermones discutere, eorūq̄ tractationē: statim in ipsis reperiet Antichristum preparari. Ergo iuxta Hebraicum qui comederit de ouis eorum, morietur. Qui autem iuxta Lxx. frangere ante uoluerit, & diligentius inueni ac uidere quid latitet, reperiet foetorem teterimum, & principem omnium serpentum diabolium, in eorum latitare traditionibus. Et quia supra dixerat: Telas araneae texunt: exponit quod telarum istarum textura non proficiat. Labor, inquit, eorum, omnisq̄ doctrina non Christi efficit uestimētum, nec pallium quonuditas animae protegatur, sed casto labore defudant, dicente hoc eodem propheta: Populus hic labijs me honorat, cor uerō eorum longe est à me. Frustra autē me colūt, docentes doctrinas & praecepta hominum: quae sequentes negligunt legem dei. Et ut sciamus in tela opera demonstrari, intulit: Neque operientur operibus suis. Quidam locum istum sic edisserunt: Oua aspidū sciderunt siue ruperunt, id est, mordentes prophetarū reliquere sermones omnes, & blandi sibi pseudoprophetarum eloquia texuerunt: De quibus qui comedere, à serpente ferietur: & intelliget nihil sibi uerba profuisse mendacij. a ¶ Opera eorum, opera inutilia, etc.] Ideo non operiuntur operibus suis, quia opera eorum, opera iniquitatis sunt. Quae Apostolus in fructuosa cognominat, id est, fructus non habentia. Et pedes eorum currunt ad malum, & festinant ad effundendum sanguinem innoxium. Hanc enim & in prophetarum occasione habuerunt consuetudinem. Ad quos Ste-

Supra 15. d

Eph. 5. c
Prou. 1. b

phanus loquebat: Quem enim prophetarum non sunt C persecuti patres uestri: Et dñs in Euangelio: Hierusalem, Hierusalem quae occidis prophetas & lapidas eos qui ad te missi sunt. Et iterum: Veniet super uos omnis sanguis iustus qui effusus est super terram, à sanguine Abel iusti usq̄ ad sanguinē Zachariae filij Barachiae, quem occidisti inter templum & altare. Unde & supra ad eos dicit: Manus enim uestrae pollutae sunt sanguine, & lingua uestra loquitur iniquitatē. Et per hanc meditationem crudelitatis atque blasphemiae ad necem domini peruenerunt. Quomodo & Iudas per auaritia uia uenit ad homicidium, imò sacrilegiū auaritia copulatum. Quodq̄ sequitur: Cogitationes eorum, cogitationes stultorum: contritio & infelicitas in uis eorum, & uiam pacis non cognouerunt. Et supra: Veloces pedes eorum ad effundendum sanguinem: Apostolus post hoc posuit ad Romanos. Quod multi ignorant, de tertio decimo psalmo sumptū putat: quersus in editione uulgata additi sunt: & in Hebraico non habentur. De quo plenius in exordio huius uoluminis diximus. Recte autem uiam pacis ignorauerunt, quia autorem eius suscipere noluerunt. Ipse enim pax nostra, qui loquitur ad apostolos: Pacem meam do uobis, pacem meam relinquo uobis. Et ad Hierusalem: Si scies quae ad pacem sunt tibi, quoniam uenient dies super te, & circumdabunt te inimici tui uallo, & obsidebunt te, & filios tuos allidēt ad terram. Qui autem pacem non susceperint, consequenter nec iudicium habent in uis suis. Illud de quo supra dictum est: Ecce puer meus quem elegi, dilectus meus quem dilexit anima mea, iudicium gentibus profert. Sequitur: Via eorum peruersa, non natura, sed propria uoluntate. Quisquid enim peruertitur atque curuatur, de recto torquetur in prauum. Omnis doctrina pharisaorum, subuersio ueritatis est: per quam qui ambulauerit, non solum non inuenit pacem, sed nec cognoscit quidem eam, ut sciat quid querere debeat. b ¶ Propter hoc elongatum est iudicium à nobis, etc.] Post accusationem populi Iudaeorum, ex persona eorum propheta respondit, quid loqui debeant poenitentes, si tamen uelint post uulnera recipere sanitatem. Mirorq̄ cur Septuaginta, quasi propheta de eis loquatur, & non ipsi ad prophetae uerba respondeat, orationem texuerint: quum in consequentibus ueritate superat, hoc idem fecerint dicentes: expectauimus iudicium, & non est: salus Iōge recessit à nobis. Multa enim iniquitas nostra in conspectu tuo, & peccata nostra restiterunt nobis: &

HEB. pepererunt iniquitate, & oua aspidū ruperunt, & telas araneae texuerunt. Qui comederit de ouis eorum morietur, & quod confortum est, erumpet in regulum. Telae eorum non erunt in uestimentū, nec operietur operibus suis. Opera eorum, opera inutilia, & opus iniquitatis in manibus eorum. Pedes eorum ad malum currunt, & festinant ut effundant sanguinē innocentē. Cogitationes eorum, cogitationes inutiles, uastitas & contritio in uis eorum. Viam pacis nescierunt, & non est iudicium in gressibus eorum. Semitae eorum incuruatae sunt eis, ois qui calcant in eis, ignorat pacē. Propter hoc elongatum est iudicium à nobis, & non apprehendet nos iustitia. Expectauimus lucē, & ecce tenebrae: splendorē, & in tenebris

SEPT. generant iniquitatem. Oua aspidū fregerunt, & telas araneae texuerunt. Et qui de ouis eorum comedere uoluerit, frangens reperiet putridū, & in ipso regulū: tela eorum non erit in uestimentum, nec operientur operibus suis. Opera enim eorum, opera iniquitatis, & pedes eorum ad malitiā currunt. Veloces ad effundendum sanguinem innoxium: & cogitationes eorum, cogitationes stultorum. Contritio & miseria in uis eorum, & uiam pacis non cognouerunt, & non est iudicium in uis eorum. Semitae enim eorum peruersae quas transeunt, & nesciunt pacem. Propterea recessit iudicium ab eis, et non apprehendit eos iustitia. Quum expectarent lucem, factae sunt eis tenebrae. Prestolantes eam in tenebris

A caetera. In praesenti igitur tempore uniuersa complent. Elongatum est iudicium à Iudaeis, quod gentibus nunciatum est. Et non apprehendet eos iustitia, quae à nationibus comprehensa est. Expectauerunt lucem, dicentes: Emitte lucem tuam & ueritatem tuam, quae eis per prophetas fuerat repro-

psal. 42. d

missa, & erroris tenebris occupati sunt. Sustinebat splendorē, & ambulauerunt in tenebris: ita scripturas sanctas, quasi caeci palpantes parietem: uerba tantum in eis & solia, non sensum studiumq̄ quarentes, quatenus in literis. Deniq̄ iugit & dicit: Impugnemus siue caedemus meridie, quasi in tenebris: in caligolis, quasi mortui. In toto enim orbe, sole iustitiae splendore rutilante, illi morantur in tenebris, uidelicet in peccato mortui. Rugiemus (ait) quasi uis omnes, & quasi columbae meditates gememus: ut & crudeliter sint pariter & miseriteri & immanes, ad humiles atq̄ subiectos: pauidi atq̄ trepidantes, ad eos qui fortiores sunt: quos quasi accipitres perhorrescunt. Legimus & in alio loco: Quasi uis raptis catulis: Et in Daniele, regnum cruentū, in quo tres sunt ordines dentium, uis ferocissima comparatum. Et quasi columbae meditates gememus, absq̄ sensu & intelligentia scripturarū, tantū uerba meditates, quae decantant memoriter. Sed quomodo colūbe, de quibus scriptū est: Ephraim quasi columba non habens sensum. Et quomodo in Euangelio contra serpentem malitiam, simplicitas absq̄ prudentia, quae uicina stultitiae est, in sola uerborū meditatione monstratur. Expectabunt iudicium, & non erit: salutem, subauditur expectabunt, & non erit, quia longe migravit ad gentes. In quo notandum, quod omnia futurq̄ dicantur tempore: ut quod nunc Iudaei sustinent, indicitur. ¶ Multiplicatae sunt iniquitates nostrae contra te, etc.] Reddit causas quare rugierint quasi uis, & meditati sunt ut columbae: expectauerunt iudicium quod non erat: salutem, quae transiit ad gentes: quia multiplicatae sunt dicentes: Iniquitates nostrae in conspectu tuo. A quibus multo tempore auerterat faciem, ne eas cerneret, ne feriret. Et peccata nostra responderunt nobis, ut reciperemus quod meruimus. Et scelera nostra nobiscum sunt. Iniquitatesq̄ cognouimus, quas multo tempore perpetrantes, putabamus esse iusti-

psal. 77. e
Mat. 10. b

tiam. Quae sunt autem iniquitates: Peccare & mentiri contra deum: siue ut iuxta Hebraicum Aquila transtulit, negare deū: quod ad saluatorem refertur. Et reliquimus, inquit, deum nostrū, dicentes: Scimus quod Moyse loquutus sit de, hunc autem nescimus unde sit: ut loque-

remur calumniā. Hic si ex deo esset, non solueret sabbatū. Et: In Beelzebub principe daemoniorū eicit demonia. Et transgressio nē quae significatio Graecē dicitur παρανομία, quum aliquis negat deum & prauaricationis arguitur: conceptimus, & loquuti sumus de corde uerba mendacij, cōtēnētes legē dei, & sequentes traditiones hominum: quas derisōsus uocāt: & quas in nostro corde simulauimus. Et conuersum est retrorsum iudicium, & iustitias nostras cognouimus. Impie egimus, & mentiti sumus, et recessimus à deo nostro. Loquuti sumus iniqua & inobediētes fuimus. Parturiuimus, & meditati sumus de cordibus nostris uerbainiqua. Et recessimus à iudicio, & iustitia Iōge stetit, quae cōsumpta est in uis eorum ueritas, & per rectum iter transire non poterant. Et ueritas sublata est, & transtulerunt mentē ut non intelligerēt. Vidit dominus & non placuit ei, quoniam non

ciū. Et qui recessit à malo, praedae patuit. Quod quam uideatur obscurū, sic edisseri potest: nobis mendacium de nostro corde fingentibus, & differentibus legē dei, iustitia Iōge stetit, & ueritas corruit in plateis, & aequitas ad nos intrare non potuit: & filius dei qui est ueritas, factus est in obliuionē: in tantū ut quicūq̄ à traditionibus Iudaeorum cupierit recedere, statim pateret in sidijs & persecutionibus: ita ut cecū à natiuitate qui oculos receperat, expulerint de synagogis: & post resurrectionē domini saluatoris, omnes qui in eo credebant, persecuti sint atq̄ nudauerint: quibus de toto orbe gentiū ecclesiae ministeria dirigebant, quae per manus apostolorū distribuerent. b ¶ Et uidit, etc.] Hucusq̄ ex persona populi propheticus sermo contextus est: nunc propheta ex sua persona loquitur. Illis ista dicentibus, uidit dñs quod poenitentiam ore iactarent, & corde non agerent, & non placuit ei. Quasi enim in eis iudicij ueritatem, quod ad gentes translatum fuerat, & non reperit. Desiderauit aliquē iustum uirū, qui sibi irato possit occurrere, & non inuenit: qui & supra dixerat: Veni, & non erat

Luc. 11. b

2. Cor. 5. c

Mat. 7. b

D

psal. 84. b

Joan. 9. a

Sup. 50. a

A uir: uocauit, & nō erat qui audiret. Et quia illis in scelere permanentibus, ne unus quidē iustus inuentus est: sed omnes declinauerūt, simul inutiles facti sunt: & non est qui faciat bonū, non est usq; ad unū: Brachio suo atq; iustitia, siue misericordia confirmauit eū, ut qui uoluerint ab errore conuer-
Psal. 13. a ti: nō suo merito, sed dei clementia conseruentur. Deniq; indutus est iustitiā lorica, & galea salutis, & uestibus ultionis, & zeli pallio circūdatus: sicq; armatus processit ad bellum, ut red-
Eph. 6. b deret ultionem inimicis suis. Haud dubium quin Iudeos si-
B gnificet, perseverantes in blasphemijs: & uicissitudinem hostibus suis, quando eos Romanus cinxit exercitus. Quibus uincētib; dominus pug-
Supra 20. b nasse mōstrat. Hoc testimonio usus est Paulus scribēs ad Ephesios, & uolēs nos indui armatura Christi, quo pōssimus ignitis diaboli iaculis resistere. Quodq; in Lxx. interpretib; non habetur, infulis uicē reddet, urbes Iudææ significat, quas Romanus uastauit exercitus. Nam & suprā habitatoribus insula: id est, Hierusalem dominus loquitur p prophetam. *¶ Et timebunt qui ab occidente nomen domini, & qui ab ortu solis, etc.* Postquā dominus lorica iustitiæ, & galea salutis, & uestibus ultionis, zeliq; pallio fuerit indutus ad pugnam, & uenit ad certamen atque uindictam, ut retribuatur hostibus & reddat inimicis suis, & insulas eorum, id est urbes uiculosq; subuertat: Tunc alienigena qui de occidente & oriente uenturi sunt, ut requiescant in sinu Abraham: de quibus & suprā dictum est: Ecce isti de longe uenient, alij de occidente, & alij ab aquilone, & alij de terra Perfarum, timebunt dominum, eo timore qui
Mat. 8. b effinitium sapientiæ. De quo in multis locis legimus, ex quibus pauca ponamus: Beatus uir qui timet dominum, & non est inopia timentibus eum. Et: Timor domini disciplina & sapientiæ. Et: Venite filij audite me, timorem domini docebo uos. Et: Beatus homo qui timet dominum. Et: Timor domini addit dies. Quod autem repulso Israel, gentium turba succedat, Malachias propheta plenius docet, in quo dicitur ad Iudæos: Non est uoluntas mea in uobis, dicit dominus omnipotens. Et hostiam non suscipiam de manibus uestris. Rursumq; de multitudine nationum: Ab ortu enim solis usq; ad occasum, glorificatū est nomen meū in gentibus. Huius beatitudinis ille autor est, qui uenit et quasi fluuius uiolentus, quem spiritus dñi cogit. Si-

H E B. nō est iudiciū, & uindicta nō est uir: & aporia-
 tus est, ga nō est qui occur-
 rat. Et saluabit sibi brachiū
 suū, & iustitia eius ipsa cō-
 firmauit eū. Indut⁹ est iusti-
 tia ut lorica, & galea salutis
 in capite eius. Indut⁹ est ue-
 stimētis ultionis, et oper⁹
 ē quasi pallio zeli, sicut ad
 uindictā quasi ad retribu-
 tionē indignationis hosti-
 bus suis, et uicissitudinē ini-
 micis suis, infulis uicē red-
 det. ⁴ Et timebūt q ab occi-
 dente nomē dñi, & qui ab
 ortu solis, gloriā eius, quū
 uenerit quasi fluuius uiolē-
 tus quē spiritus dñi cogit,
 & uenerit Siō redemptor,
 & eis qui redeunt ab ini-
 quitate in Iacob, dicit dñs:
 Hoc fœdus meū cū eis, di-
 cit dñs: Spiritus meus q est
 in te, & uerba mea quæ po-
 sū in ore tuo, nō recedent
 de ore tuo, & de ore sem-
 nis seminis tui, dicit dñs: A
 modo et usq; in sēpiternū.

S E P T V A G. non erat iudiciū. Et uidit, & non es-
 rat uir. Et considerauit, &
 nō erat qui defenderet. Et
 ultus est eos brachio suo,
 & misericordia sustinuit.
 Et indutus est iustitiā qua
 si lorica, & posuit gale-
 am salutis in capite. Et cir-
 cūdatus est uestimēto uin-
 dictæ & pallio, quasi retri-
 buens ultionem opprobri-
 um aduersarijs. Et time-
 bunt qui ab occidente no-
 men Domini, & qui ab or-
 tu solis, nomen inclytum.
 Veniet enim quasi fluuius
 uiolentus ira Domini, ue-
 niet cum furore, & ueniet
 de Sion qui liberet. Et au-
 uertet impietates à Iacob,
 & hoc erit eis à me testa-
 mentum, dicit Dominus:
 Spiritus meus qui est in te,
 & uerba mea quæ dedi in
 ore tuo, non deficient de
 ore tuo, & ex ore seminis
 tui, ait Dominus ex nunc
 & in æternum.

ut Aquila translulit, quasi flumē angustum, spiritus dñi signaculum eius. Aut Theodotio, quasi fluuius op-
 pugnant, spiritus dñi signatus est. In eo ergo testimo-
 nij huius, quod Lxx. translulerunt: *οὐκ ἔστιν ἄλλος ἄλλος*, id est, quasi fluuius uiolentus, ira
 domini ueniet cum
 furore: pars ultima,
 in Hebraico non ha-
 betur. Neq; enim in
 repromissionib; dei,
 ira furorq; ponēdus
 est: quum in cæteris
 quæ sequuntur, bea-
 titudo sit futurorum,
 & comminatio pœ-
 næ peccantium. Iux-
 ta Aquilam autem
 & Theodotionē, spiri-
 tus domini qui signa-
 tus in Christo est: il-
 lud confirmat exem-
 plum, quod in Ioan-
 ne euangelista legit:
 Hūc enim deus signa-
 uit pater, de quo &
 antē iam dictum est:
 Exiet uirga de radice
 Iesse, & flos de radice
 eius ascendet, & re-
 quiescet super eum
 spiritus domini, spiri-
 tus sapientiæ & intel-
 lectus, spiritus consi-
 lij & fortitudinis, spi-
 ritus scientiæ & pieta-
 tis, & repleuit eū spiri-
 tus timoris domini.
 Vnde & nos dicim⁹:
 Signatum est super
 nos lumē uultus tui
 domine. Et in Eze-
 chiele, uirorum ge-
 mentū frontes, thau
 litera Hebraicæ, quæ
 apud eos ultima est,
 impressione signan-
 tur. Sin autem scire uolumus, quomodo spiritus san-
 ctus fluuius uiolentus sit, Apostolorum acta relega-
 mus: in quibus scriptum est: Quum autem congre-
 gati essent pariter, factus est subito de coelo sonus,
 quasi spiritus uiolentus, & impleuit uniuersam do-
 mum, ubi erant sedentes: apparueruntq; eis lingua
 dispersa sicut ignis, & sedit super singulos eorum: re-
 plerique sunt omnes spiritu sancto. Sequitur, Veniet
 redemptor Sion, & eorum qui redeunt ab iniquitate
 in Iacob, dicit Dominus. Pro quo Septuaginta transu-
 lerunt: Veniet ex Sion qui liberet, & auertat impieta-
 tes à Iacob. Si ergo de Sion ueniet qui auertat impieta-
 tes à Iacob: Hoc intelligimus, quod homo natus sit
 in Sion, & fundauerit eam altissimus, qui auertit sce-
 lera à Iacob. Sin autem ueniet Sion redemptor, & his
 qui redeunt ab iniquitate in Iacob, dicit Dominus.
 Hic sensus est: Veniet Christus qui redimet Sion san-
 guine suo. Siue iuxta Hebraicam proprietatem, qui
 propinquus est Sion, & de Israel stirpe generatus sit,
 hoc enim *בן*, id est, *filij* sonat. Ac ne putemus
 omnem redimi Sion, & eam de sceleribus libe-
 rari, quæ sanguine Domini cruentata est: significan-
 ter adiunxit: His qui redeūt ab iniquitate, si uoluerint
 agere

A gere poenitentiam: in quibus oratio domini cōplea-
 tur: Pater, ignosce eis: quod enim faciunt, nesciunt. Eo-
 rum igitur in Sion redemptio est, & propinquus, qui
 eum susceperint ex Iacob: & illis pollicetur, dicens: Hoc
 fœdus meum cum eis: siue pactum, ut omnes alij tran-
 stulerunt: aut *ברית*, id est, testamentum, ut posuere
 Lxx. Quod sit autē fœdus, pactum & testamentum, se-
 quens uersus ostendit: Spiritus (inquit) meus qui est in
 te, & uerba mea quæ posui in ore tuo, non recedent de
 ore tuo, & de ore seminis tui, amodo & usq; in sempiter-
 num. Quod uel ad Esaiam dicitur, ut mihi uideretur: uel
 ad dominum, ut pleriq; estimant. Igitur ad Esaiam sic
 ordo connectitur: Hoc est pactum euangelij sempiter-
 num, ut spiritus meus qui est in te, & uerba mea quæ
 posui in ore tuo, per quæ uentura prædicēs: non de tuo
 ore discedant, nec de filiorum tuorum ac nepotum, &
 seminis seminis tui: ut omnis per seriem generatio de-
 monstretur: quod scilicet gratia prophetarum in apo-
 stolis ueniat, & per eos qui de Israel per apostolos cre-
 dituri sunt. Quod autem infert: Amodo & usq; in semp-
 iternum, illi congruit: Cœlum & terra transibunt, uer-
 ba autem mea non præteribunt. Hunc locū diligenter
 Paulus edisserens, scribit ad Romanos, quod non sit di-
 stinctio Iudæi & Græci: sed ipse dominus omnium, di-
 ues in omnibus qui inuocant illum, & quod nō sic cre-
 diderint gētes, ut Israel penitus pelleretur. Nam & ego
 (ait) Israelites sum ex semine Abraham, de tribu Benia-
 min: non repulit deus plebem suam quam præsciuit. Et

post paululum, quum Helise posuisset exemplum, que-
 rentis ad dominum quod solus esset relictus: & audie-
 tis ab eo, quod reliquisset sibi dominus septem milia
 uirorum, qui non curuassent genua ante Baal, intulit:
 Sic igitur & in hoc tempore reliquie secundum electio-
 nem gratiæ, saluæ facte sunt. Si autem gratia, iam nō ex
 operibus, alioquin gratia iam nō est gratia. Quid ergo
 est: quod quærebat Israel, hoc non est consequutus: e-
 lectio autē cōsequuta est: ceteri uero excæcati sunt. Qui
 si non permanerint in incredulitate, inserentur. Potēs
 est enim, inquit, deus iterum inserere illos: non contra
 naturam ex oleastro, sicut gentium inserta est multitu-
 do: sed secundum naturam in bonam, id est, in suam o-
 liuam. Et ad extremum posuit, ut ad præfens capitulū
 perueniret: Nolo enim uos ignorare fratres mysterium
 hoc, ut non sitis apud uos imitipfos sapientes. Quia ce-
 citas ex parte Israel contigit, donec plenitudo gētium
 subintraret: & sic omnis Israel saluus fieret: sicut scriptū
 est: Veniet ex Sion qui liberet & auertat impietates à Ia-
 cob, & hoc illis à me testamētum, quum abstulero pec-
 cata eorum. Hæc idcirco latus profectum sumus, ut qd
 quid repromissionum & legimus & lecturi sumus ad
 Sion & ad Hierusalem non generaliter ad omnes Iudæ-
 os, sed specialiter ad eos dici intelligamus, qui in apo-
 stolis & per apostolos electi sunt ex Israel.

¶ Commentarij decimiseptimi in Esaiam prophetam finis.

DIVI HIERONYMI PRESBYTERI IN DECIMVM SEP-
 TIMVM Commentariorum Esaiæ ad Eustochium uirginem Proœmium.



Quanta mysteria septimus post decimum numerus, ad quem nunc explanationū in
 Esaiam peruenit liber, in scripturis sanctis continet: uellem, uirgo Christi Eusto-
 chium, breui sermone percurrere. Sed quia nō possum omnia in omnibus locis di-
 cere, hoc strictim admoneo: quod psalmis qui huius numeri titulo prænotatur, sit
 pueri domini David: & cecinerit uerba cantici, in die qua eripuit eum dñs de manu omnium ini-
 micorum suorum, & de manu Saul, & dixerit: Diligā te dñe fortitudo mea: & reliqua. Puer autē
 dñi ille est, cui pater loquitur in Esaiā: Magnum tibi est uocari puerum meū. Et in alio loco: Ecce
 puer meus quem elegi, & dilectus meus in quo complacuit sibi anima mea. Iste puer q interpre-
 tatur, fortis manu, in die qua liberauit eum dñs de manu Saul, qui in lingua nostra, expetitū uel
 infernum sonat: & ab omnibus inimicis suis, qui clamauerunt cōtra eum: Crucifige, crucifige ta-
 lem: quando ad patrem uictor ascendit fuluis uestibus de Bosra, inter cætera triumphātis loquu-
 tus est uerba: Eripe me de contradictionibus populi, cōstitues me in caput gētū. Populus quē
 non cognoui, seruiuit mihi: in auditu auris obediuit mihi. Rursumq; de populo Iudæorū: Filij
 alieni mētiti sunt mihi, filij alieni inueterauerūt & claudicauerūt à semitis suis: quibus & Helias di-
 xerat: Usque quo claudicatis utroq; pede. Deniq; quod difficile in alijs reperit, hic psalmus tam
 in Samuelis q; in Dierum historia continetur. Qui de uno numero ad hebdomadem per incre-
 menta proficiens, uenit ad uicesimum octauum psalmum: qui & ipse inscribitur David, in con-
 summationem tabernaculi, quando angelis imperatur: Afferte dño filij dei, afferte domino filia-
 os arietum. Et omnia baptismi salutaris & ecclesiæ mysteria concinuntur: Vox dñi super aquas,
 deus maiestatis in tonuit, dominus super aquas multas, uox domini in uirtute. Et post paululū:
 Vox domini præparantis certuos, & reuelauit condensa, & in templo eius omnes dicent gloriā.
 Atq; ut multitudinem credentium demonstraret, intulit: Dominus diluuium inhabitare fecit,
 & sedebit dominus rex in æternum. Rursumq; octauo addito sacramento, tricesimum sextum
 psalmum efficit literatum, cuius principium est: Noli æmulari in malignantibus, neque zelae-
 ris facientes iniquitatem. Cuius expositio, non præfationis, sed proprii uoluminis est. Et ne mul-
 ta nunc replicemus, usque ad quintumdecimum numerum per augmenta succrescens, in quo
 psalmi graduum sunt, & uias electionis apud Petrum Hierosolymis commoratur, centesimum
 uicesi-

A uicesimum efficit numerum, qui primi in Christum fuere credentes, & cum apostolis coenaculum fidei conscenderunt. Descenditq; super eos spiritus sanctus postq; usq; ad septimumdecimum numerum ordine gradens, & euangelicam possidens dignitatem, praecipiente domino de extris partibus, centum quinquagintatres pisces magnos capit, & in ecclesia collocat. Cui & nunc Esaias propheta loquitur.

COMMENTARIORVM HIERONYMI IN Esaiam prophetam Liber XVII. CAP. LX.



Virge, illuminare, etc.] Quid nobis uideret de instauratione Sion & Hierusalem, & cum istis quae ei propheta si uaticinio promittunt, in fine superioris libri plenius diximus: ubi interpretati sumus quod significaret ille ueritulus: Veniet Sio redemptor, & his qui redeunt ab iniquitate in Iacob. Nunc breuiter pstringendum est, quid plurimum de hoc loco sentiant: ut errore perspecto, facilius possimus suscipere ueritatem. Iudaei & nostri



Virge, illuminare, quia uenit lumen tuum, & gloria domini super te orta est. Quia ecce tenebrae operient terram, & caligo populos. Super te autem orientur dominus, et gloria eius in te uidebitur. Et ambulabunt gētes in lumine tuo & reges in splendore ortu tui.

pulis suis: In uiam gentium ne abieritis, & in ciuitates Samaritanorum ne intraueritis, ite magis ad oues perditas domus Israel. Quam ob causam & apostoli primum in synagogis dominum nuntiabant: quibus non recipientibus euangelium dicitur ad eos: Vobis quidem oportuerat praedicari uerbum, sed quia non recepistis salutem, ecce conuertimur ad gentes. Lux enim uenit in mundum, & magis Iudaei dilexerunt tenebras. Unde & dominus minus quum Hierusalem sciuisset, adiecit: Si scires etiam tu quae ad pacem sunt tibi: Quam quia non suscepisti, intulit: Nunc autem ueniet dies super te, & circumdabunt te inimici tui uallo, & coartabunt te, ad terramq; deducet cum



Luminare, illuminare: Hierusalem uenit enim lumen tuum, & gloria domini super te orta est. Ecce tenebrae operient terram, & caligo super gentes. Super te autem apparebit dominus, et gloria illius in te uidebitur, & ambulabunt gētes in lumine tuo & reges in splendore tuo.

Leua filijs tuis. Nos autem iuxta priorem sensum, ad ecclesiam dici uniuersa credamus, quae primum de Iudaico populo congregata est, & lumen quod super eam ortum fuerat, per apostolos transmissit ad gentes. Cui dicitur: Surge, illumina: ut quae cecidit in incredulis, surgat in fidelibus: quae cecidit in synagogis, surgat in ecclesijs: & postquam surrexit, illuminetur: ut nequaquam habeat erroris tenebras. Venit enim, inquit, lumen tuum: quod omnes prophetae pollicebantur: quod iugiter expectabas. Et gloria domini, quae quondam fuit super tabernaculum, & templum eius, orta est super te. De qua dicitur: Gloriosa dicta sunt de te ciuitas dei. Ecce enim tenebrae operient terram, eos qui terrena sapiunt: Et caligo populos: sicut ut in Hebraico legitur, tribus: quod proprie refertur ad Iudaeos: de quibus in alio Psalmo scriptum est: Illuc enim ascendet tribus tribus domini testimonium Israel. Super te autem orientur dominus sol iustitiae, & gloria eius in te uidebitur. De qua scriptum est: Et uidimus gloriam eius, gloriam quasi unigeniti a patre, plenum gratiae & ueritatis. Et ambulabunt gentes in lumine tuo. Nos omnes ambulabimus in apostolorum luce, quae lucet in mundo, & tenebrae eam non comprehenderunt. Et reges, inquit, in splendore ortus tui: quando primum in Christo nata es. Quod & spiritualiter impletur, & carnaliter: Ut reges, quorum cor in manu domini est: & quibus non regnat peccatum in mortali corpore, ambulent in splendore nascentis ecclesiae, sicut in eo qui ortus est in ecclesia: & ueri reges Christi fidei colla submittant. Quod & quotidie uidemus expleri, quando idololatriae errore sublato & persecutio nis rabie, ad fidem ac tranquillitatem Christi Romani principes transeunt. Sunt qui haec omnia quae nos post primum saluatoris aduentum usque ad consummationem mundi, & ex parte completa, & penitus explenda memoramus, futuro tempore praestolent: quando subintrante plenitudine gentium, saluandus sit omnis Israel. Quorum nequaquam sententia reprobanda est, dum modo spiritualiter haec complenda, & non carnaliter

A nouerimus. Porro nomen Hierusalem & gentium, quod hic à Lxx. ponitur, in Hebraico non habet, & obelo prano tandum est, aduersum eos qui asserunt omnia quae dicuntur, dici ad Hierusalem. [¶ Leua in circuitu, etc.] Dicitur ad ecclesiam, quae primum per apostolos congregata est in Sion: de quibus & in

Act. 2.4 Actib. Apostolorum legimus, quod de uniuerso orbe terrarum uiri religiosi fuerint in Hierusalem, qui susceperint sermonem dei, & linguis suarum alienarumq; gentium, uel audierit loquentes alios, uel ipsi loquentes ad ceteros: Et praecipitur ut leuant oculos suos in circuitu. Quod & dominus praecipit apostolis, dicens: Leuate oculos uestrorum, & uidete: quia iam albae sunt segetes ad metendum. De Sion enim, & nequaquam de monte Sina egredietur lex, & uerbum domini de Hierusalem. Praecipiturq; ut eleuatis oculis uideat suos filios congregatos qui longe ueniant. Cui & in alio loco dicitur: Gaudemini filia Sion, praedica filia Hierusalem: Ecce ego uenio & habitabo in medio tui, dicit dominus. Et uenient gentes multae ad dominum, & erunt mihi in populum, & ego ero eis in deum. Nos autem sumus filij, qui de longe uenimus ad dominum, peregrini quondam a testamentum dei & repromissionibus eius, spem non habentes, & absque deo in mundo. Sed quid dicit Apostolus: Vos qui eratis aliquando longe, nunc facti estis propinquus. Quod & sequitur: Et filiae tuae lac fugent: illud significat, quod animae in Christo lactentes, & in baptismate paruulorum: de quibus & Petrus apostolus loquitur: Quasi mō nati paruuli, ratiōabile & absque dolo lac desiderate: fugant lac apostolorum. Quibus paruulis atq; lactentibus loquebat & Paulus: Filioli mei quos iterum parturio, donec Christus formetur in uobis. Et in alio loco: Quasi nutrix fouens filios suos, sic desiderantes uos cupimus impertire, nō solum euangelium Christi, sed & animas nostras. Quod autem pro hoc in Lxx. dicitur, diuinitas eius est: quae super humeros portabunt: diligentius attendendum est. Filij enim qui robusti sunt, ipsi per se de longe ueniunt, & ad fidem domini congregantur. Filiae autem quae imbecilliores sunt, & pro fragilitate sexus, necdum in uirtutem uenire perfectae, apostolorum portantur humeris, ut deferantur in sinu Abraham, Isaac & Iacob. [¶ Tunc uidebis, etc.] Quum eleuaueris oculos tuos & filios tuos filiasq; prospexeris, uel per se uenire uelociter uel sanctorum humeris deportari: Tunc gaudebis, & in modum fluuioꝝ aquis subbitis inundaberis, & mirabitur ac stupēbit, imō dilatabitur cor tuum, audietis Apostolum: Os meum patet ad uos o Corinthij. Et iterum: Dilatamini & uos, ne angustia peccatoris non possitis habere hospitem Christum: quod dicit in Euangelio: Ego & pater ueniemus, & mansione faciemus apud eum. Quod autem additur in Lxx. uidebis, id est, & timebis, in Hebraico non habetur. Nisi forte post gaudij magnitudinem subintrauit timor, ne tanto bono careat. An non est gaudium, cernere diuitias & multitudinem maris ad se transferri atq; conuerti, & multitudinem gentium uenire sibi, ut quaequid in seculo & orbe terrarum est, suum sit, & roborata fide gentium dicat: Omnia possum in eo qui confortat me, Iesu Christo. [¶ Inundatio, etc.] Post diuitias maris & multitudinem gentium, greges quoque camelorum, & dromades Madiar

& Ephe promittunt Hierusalem, qui omnes uenient de Saba, portantes aurum & thus, & quod his maius est, annuntiantes domini salutem. Uniuersae quoque oues Cedar congregabuntur ecclesiae, & arietes Nabaioth uenient, sicut ut in Hebraico scriptum est: Ministrabunt & offerent, sicut offerent uictimas super altare domini, ut domus eius in clytra fiat. Madiam & Ephe regiones sunt trans Arabiam fertiles camelorum, omnisq; puincia appellatur Saba. Unde fuit & Saba regina, quae uenit sapientiam audire Salomonis: Et ipsa deferens aurum & thus, pacifico regi multa deportans, & ab eo maiora suscipiens. Cedar autem regio Sarracenorum est, qui in scriptura uocatur Ismaelita. Et Nabaioth, unus est filiorum Ismael, ex quorum nominibus, solitudo appellatur, quae frugum inops, plena est pecorum. Per familiaria ergo nomina gentium barbararum, quae uicinae sunt Israeli, totius mundi conuersio praedica. Madiam quippe in hoc loco interpretatur iniquitas: Cedar, tenebrae: Nabaioth, prophetia. Greges igitur camelorum, iniquitatis uinculis resoluti, & animas suas effundentes deo, operient Hierusalem munera sua, aurum fidei deferentes, & thus sacrificij. Et per haec munerum nequaquam propria salute contenti proficiet, ut etiam ceteris praedicet salutem dei. Diues ille qui in star camelum portabat in euangelio diuitiarum pondera, & camelus erat: noluit dominum audire conuersio, nec exonerari: ut abiecit sarcinam, alis colubae uolaret ad caelum, propterea tristis habuit. Et de istiusmodi camelo saluator loquitur: Facilius est camelum per foramen acus transire, quam diuitem in regna caelorum. Difficultate rei proposuit, non impossibilitate. Denique sanctae memoriae mater tua Paula, fraterq; Pammachius, per foramen acus, hoc est, per artem & angustiam uiam quae ducit ad uitam, transferunt ad regna caelorum: lata uiam cum sarcinis relinquentes, quae ducit ad tartarum. Imo quicquid habebant, in domini dona portarunt: impletes illud quod scriptum est: Redemptio animae uirtutis. Quae enim apud homines impossibilia, apud deum possibilia sunt. Habentes in muneribus principalia, aurum, incensum & thus odoris optimi, atq; dicere: Dirigatur oratio mea sicut incensum in conspectu tuo. Et: Christi bonus odor sumus in omni loco: ex meo uirtutis suae, quotidie nuntiant salutem domini, ut omnes oues Cedar congregentur in ecclesia, & de erroris tenebris ad lucem transeant. Arietes quoque prophetarum: de quibus in xxxviii. psalmo canit: Afferre domino filij dei, afferre domino filios arietum, ueniant & offerant: sicut iuxta Theodorotum: Offerant se sacrificium domino, & placabiles hostiae fiant, ut Christi glorificetur ecclesia. De huiusmodi omnibus saluator discipulis loquebatur: Ite ad oues perditas domus Israel. Et iterum: Meae oues, mea uocem audient. Et in Ezechiele plenius: Ecce ego quaeram oues meas, & uisitabo illas, sicut quaerit pastor gregem suum. Haec dicit dominus: Perditam quaeram, & errantem terducam, & fractam alligabo, & infirmam confortabo, fortemq; custo diam, & pascam eas cum iudicio. Et ut nossemus quae essent oues, ponit manifestius: Et scietis, quia ego sum dominus deus eorum, & isti populus meus domus Israel, dicit dominus deus: & uos oues meae, & oues

apostolis, dicens: Leuate oculos uestrorum, & uidete: quia iam albae sunt segetes ad metendum. De Sion enim, & nequaquam de monte Sina egredietur lex, & uerbum domini de Hierusalem. Praecipiturq; ut eleuatis oculis uideat suos filios congregatos qui longe ueniant. Cui & in alio loco dicitur: Gaudemini filia Sion, praedica filia Hierusalem: Ecce ego uenio & habitabo in medio tui, dicit dominus. Et uenient gentes multae ad dominum, & erunt mihi in populum, & ego ero eis in deum. Nos autem sumus filij, qui de longe uenimus ad dominum, peregrini quondam a testamentum dei & repromissionibus eius, spem non habentes, & absque deo in mundo. Sed quid dicit Apostolus: Vos qui eratis aliquando longe, nunc facti estis propinquus. Quod & sequitur: Et filiae tuae lac fugent: illud significat, quod animae in Christo lactentes, & in baptismate paruulorum: de quibus & Petrus apostolus loquitur: Quasi mō nati paruuli, ratiōabile & absque dolo lac desiderate: fugant lac apostolorum. Quibus paruulis atq; lactentibus loquebat & Paulus: Filioli mei quos iterum parturio, donec Christus formetur in uobis. Et in alio loco: Quasi nutrix fouens filios suos, sic desiderantes uos cupimus impertire, nō solum euangelium Christi, sed & animas nostras. Quod autem pro hoc in Lxx. dicitur, diuinitas eius est: quae super humeros portabunt: diligentius attendendum est. Filij enim qui robusti sunt, ipsi per se de longe ueniunt, & ad fidem domini congregantur. Filiae autem quae imbecilliores sunt, & pro fragilitate sexus, necdum in uirtutem uenire perfectae, apostolorum portantur humeris, ut deferantur in sinu Abraham, Isaac & Iacob. [¶ Tunc uidebis, etc.] Quum eleuaueris oculos tuos & filios tuos filiasq; prospexeris, uel per se uenire uelociter uel sanctorum humeris deportari: Tunc gaudebis, & in modum fluuioꝝ aquis subbitis inundaberis, & mirabitur ac stupēbit, imō dilatabitur cor tuum, audietis Apostolum: Os meum patet ad uos o Corinthij. Et iterum: Dilatamini & uos, ne angustia peccatoris non possitis habere hospitem Christum: quod dicit in Euangelio: Ego & pater ueniemus, & mansione faciemus apud eum. Quod autem additur in Lxx. uidebis, id est, & timebis, in Hebraico non habetur. Nisi forte post gaudij magnitudinem subintrauit timor, ne tanto bono careat. An non est gaudium, cernere diuitias & multitudinem maris ad se transferri atq; conuerti, & multitudinem gentium uenire sibi, ut quaequid in seculo & orbe terrarum est, suum sit, & roborata fide gentium dicat: Omnia possum in eo qui confortat me, Iesu Christo. [¶ Inundatio, etc.] Post diuitias maris & multitudinem gentium, greges quoque camelorum, & dromades Madiar

apostolis, dicens: Leuate oculos uestrorum, & uidete: quia iam albae sunt segetes ad metendum. De Sion enim, & nequaquam de monte Sina egredietur lex, & uerbum domini de Hierusalem. Praecipiturq; ut eleuatis oculis uideat suos filios congregatos qui longe ueniant. Cui & in alio loco dicitur: Gaudemini filia Sion, praedica filia Hierusalem: Ecce ego uenio & habitabo in medio tui, dicit dominus. Et uenient gentes multae ad dominum, & erunt mihi in populum, & ego ero eis in deum. Nos autem sumus filij, qui de longe uenimus ad dominum, peregrini quondam a testamentum dei & repromissionibus eius, spem non habentes, & absque deo in mundo. Sed quid dicit Apostolus: Vos qui eratis aliquando longe, nunc facti estis propinquus. Quod & sequitur: Et filiae tuae lac fugent: illud significat, quod animae in Christo lactentes, & in baptismate paruulorum: de quibus & Petrus apostolus loquitur: Quasi mō nati paruuli, ratiōabile & absque dolo lac desiderate: fugant lac apostolorum. Quibus paruulis atq; lactentibus loquebat & Paulus: Filioli mei quos iterum parturio, donec Christus formetur in uobis. Et in alio loco: Quasi nutrix fouens filios suos, sic desiderantes uos cupimus impertire, nō solum euangelium Christi, sed & animas nostras. Quod autem pro hoc in Lxx. dicitur, diuinitas eius est: quae super humeros portabunt: diligentius attendendum est. Filij enim qui robusti sunt, ipsi per se de longe ueniunt, & ad fidem domini congregantur. Filiae autem quae imbecilliores sunt, & pro fragilitate sexus, necdum in uirtutem uenire perfectae, apostolorum portantur humeris, ut deferantur in sinu Abraham, Isaac & Iacob. [¶ Tunc uidebis, etc.] Quum eleuaueris oculos tuos & filios tuos filiasq; prospexeris, uel per se uenire uelociter uel sanctorum humeris deportari: Tunc gaudebis, & in modum fluuioꝝ aquis subbitis inundaberis, & mirabitur ac stupēbit, imō dilatabitur cor tuum, audietis Apostolum: Os meum patet ad uos o Corinthij. Et iterum: Dilatamini & uos, ne angustia peccatoris non possitis habere hospitem Christum: quod dicit in Euangelio: Ego & pater ueniemus, & mansione faciemus apud eum. Quod autem additur in Lxx. uidebis, id est, & timebis, in Hebraico non habetur. Nisi forte post gaudij magnitudinem subintrauit timor, ne tanto bono careat. An non est gaudium, cernere diuitias & multitudinem maris ad se transferri atq; conuerti, & multitudinem gentium uenire sibi, ut quaequid in seculo & orbe terrarum est, suum sit, & roborata fide gentium dicat: Omnia possum in eo qui confortat me, Iesu Christo. [¶ Inundatio, etc.] Post diuitias maris & multitudinem gentium, greges quoque camelorum, & dromades Madiar

Ioan. 8. b

Mat. 10. c
Ezech. 34. e

A & oues gregis mei omnes estis, & ego dñs deus uester. Si quis ergo in gentibus diues est, saluetur ut camelus, non absq; donis atq; munerebus, quo possit uerbū do mini prædicare. Si quis simplicitatis ouis & auctori tatis arietum, ascēdat uel offeratur in altare dñi ab his qui præualent, ut do mus eius glorificet. Quod aut̄ in Hebrai co scriptū notauim⁹: Arietes Nabaioth mi nistrabunt tibi, & of ferent super placabi li altari meo: propriè super his intelligitur, qui de gentib. electi in sacerdotium, mini stri sunt saluatoris. Si quis aut̄ contētiosus est, & carnaliter hæc promissa contendit. Respōdeam⁹ ei: Nos talem consuetudinē non habemus, neq; ecclesia dei. Illud q; di camus quod etiam si carnaliter sunt pro missa ludais, tamen sub conditione sunt promissa, ut si susce pissent lumen suum quod ad eos missum fuerat, tūc etiam ista sequerentur, quod uel delictet per desiderū auri & opū abūdan tiam, rerumq; carna liū, quarū semper ista gens capiat illecebris, susciperent ad se missum filiū dei, quē quia nō susceperunt, uniuersa sublata sunt & suscipiētib. spiri tualiter reddita hære ditas. **a** ¶ *Qui sunt isti, etc.* Quia dñs ingres sus est Aegyptū super nubem leuem & nu bibus prophetarum mandauit, ne plueret super Israel imbrē, ad quos peruenit ueritas dei: Mirā ecclesia de circumcissionis pri mū populo congregata, uolare ad se gentium turbā to to orbe terrarum: Et assumptis alis spiritus sancti, festi nare, iuxta Symmachum & Theodotionē, ad fenestras suas: iuxta Aquilā, ad catarractas suas, ut ingrediantur ecclesiam: Sicut doctores cum discipulis, id est, columbas cum pullis suis uolare ad ecclesiam de insulis gen tium, quæ iuxta uaticinia prophetarum expectabant dominum. Naues quoque *id est, maris: de quibus in uisione Tyri plenius diximus, adducunt filios ecclesie in principio fidei, aurum argentumq; portantes. Corde enim creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salutem. De quo auro & argento in LXVII. psalmo scriptum est: Pennæ columbæ de argen tate, & postiora eius in fulgore auri. Et LX XI. psal mo: Reges Tharsis & insulæ munera offerent reges Ara*

Rom. 10. 6

bum & Saba dona adducēt. Quæ omnia deferunt nō mini dñi dei, & sancto Israel, qui glorificauit eū. **b** ¶ *Et edificabunt, etc.* Inter cetera quib⁹ dicit ecclesia, & urbs saluatoris extruitur: Alienigenæ quoq; & filij peregrinorum adificanc muros eius, ne hostis possit intrare, ne locū inuenire per fidia. Alienigenæ aut̄ & peregrini, propriè significant populum nationū, qui uerè ex truxerunt ecclesiam Christi: intantū ut re ges eorū & principes ministrarent, siue assis tant ei. Quod uel car naliter accipit uel spi ritualiter: Si carnali ter, uidemus Cafares Romanos Christi iugo colla submittere, adificare ecclesias ex pēsis publicis, & ad uerūs psequutiones gentiū atq; insidias hæreticorū legum scd ta pēdere. Si spiritua liter: quicūq; in eis cō tinētia, eloquētia, san ctitate, principes sūt, & animæ imperio car nis subiugāt seruitu tem: Ipsi administrāt & assisūt uel auxiliā tur ei: quam sepe pro pter negligentia defe rit, uel psequutorū percutit uirga, ut rur sum propter sui misē ricordia diligat. Vel certè hoc dicendum, quod assisitam quō dā & captiuitati tra ditam in populo Iu dgorū in uocatione gētium reconciliat si bi, ita ut portæ eius se per aperta sint, & nec die nec nocte claudā tur: & saluari cupien tibus, iugiter pateāt: id est, ut ei in gaudio, & in tribulatione uo lentibus credere, in troitus non negetur. Et inferatur ad eam fortitudo siue diuitiæ gētium, & re ges earum ministrant siue adducantur ei quasi captiui, quum intelliges, quum uideris eloquētissimos addu ci ad fidem Christi, & stultam fieri sapientiam sapient um, ac prudentiam prudentium reprobari, ut fatuum dei sapientius sit hominibus. Gentes autem & reges ea rum qui seruire ecclesie noluerint bonam & uilem ser uitutem, ut in apostolicam transferant dignitatem, pe ribunt ea perditione, quæ impijs præparata est, & quic quid in eis fuerit, redigetur in solitudinem, qui habere noluerunt hospitem deum. **c** ¶ *Gloria Libani ad te ueniet, etc.* Multa desunt in Lxx. quæ ex Hebræo sub asteriscis posuit: & quod addiderunt, obelo prænotauit. Libanus mons Phœnicis est, excelsis arboribus constitus. Quas Psalmista describens ait: Vidi impiū superexal tatum

Psalm. 44

A tati, & eleuati quali Cedros Libani. Et in alio loco: Cō teret dominus Cedros Libani. Multaq; alia quæ studio breuitatis prætereo. De hoc quōdam Hyram rex Tyri, Salomoni Ioppen ligna mittebat ad adificandū tem plum dei. De quo etiam nūc scriptura promittit, abie tem & buxū & pinū, siue iuxta Lxx. cyparissum & pinū, & cedrū, aut iuxta Aquilam, abietē, Thadaar & Theassur, uel iuxta Theodotionē, prati Thadaar, & Theas sur, simul esse cadēdas, ut adificetur tē plum Sion. Quod si ita est, ubi erit aurea & gemmata Hierusa lem: Vbi uxor agni: Vbi portē duodecim gemmarum uarieta te distinctæ: nisi for tē muros habebit & fundamēta gemma ta, & templum, quod ornatius esse debe ret, lignis adificabit. Qua ratione cōpelli mur omnia spiritua liter accipere: quod abies, cyparissus, pi nus & cedrus, excel se quondam Libani arbores, glorificaue rint templū dei, & lo cum pedum illius, & inclytum fecerint. Ac nelōgo sermone sen sum traham: uir san ctus & eloquentissi mus martyr Cypria nus: & nostri tempo ris cōfessor Hilarius, nōne tibi uidentur excelsæ quondam in seculo arbores adifi casse ecclesiam dei? Quodq; sequitur: Et uenient ad te curui: siue reuertentes filij eorum qui hu miliauerunt te, & adorabunt uestigia pedū tuorum, omnes qui detraxerant tibi: de his debemus intelligere: qui non uolūtate, sed necessitate sunt Christiani: & me tu offensæ regnantū timentibus animis inclinant. Vel certe quod prius persecutores, postea crediderint. Qua lis fuit & apostolus Paulus, qui persequebatur ecclesiam dei, & postea uas electionis est appellatus. Cum hæc ita fuerint expleta, ut in tret gentium plenitudo, tunc om nis Israel saluus fiet. Et uocabitur uere ciuitas domini Sion sancti Israel, quæ cōstitit in specula, & de utroq; po pulo congregata est. **a** ¶ *Pro eo quod fuisti derelicta & odio habita, etc.* Quæ prius fueras derelicta, & odio habita, factis in te ramis, quia fructum non attulerāt. Qui id circo fracti sunt: quia nullus erat qui pertransiret, & i bi præberet auxilium: De quibus in palmis dicitur: Et non dixerunt qui præteribant: Benedictio domini super uos: Propterea ponam te in superbiā sempiternā, siue in exultationē & gaudium duarum generationū: pro pristinis ramis, alijs infertis de oleastro nationum, qui cōtra naturā exempli afferent fructus: non prioris

1. Tim. 1. c. A. 9. c.

Psalm. 118. 4

Hier. to. 5

amaritudinis, sed dulcedinis, quam de radice sumpse runt. Sugēs quoq; lac gentiū: & mamilla regum lacta beris. Qui locus quē sensum habeat, supra plenius ex posuimus, differentes illum uerficulam: Filij tui de lon ge uenient: & filia tuæ lac sugent: Siue iuxta Lxx. πᾶσι τοῖς τῶν βασιλέων γάλακτος, id est, diuitias regum comedes. Quæ diui tiæ secundū Hebrai cam ueritatem, ube ra sunt regū atq; do ctorum: quibus nas centium in Christo eruditur & nutritur infantia. Quæ cū su xeris & peruenieris ad solidum cibū: ut diuitias quoq; huius scemodi regū come das: Tunc scies quod ego sum saluator tu us: qui redemi te san guine meo, siue deus fortis Iacob. **b** ¶ *Pro ere afferam aurū, etc.* Eadem res pro loco rum qualitate, alteri genus, alteri species est. Et ne de artibus, Rhetorica, ac dialecti ca dicere quippiam uidear, ponam exem pla communia quæ possint simplicem le ctorem instruere: Fi lius meus qui ad me species est, & me ha bet genus, filio suo genus est. Dicam & aliud: quod alteri ma ius, alteri minus est. Centurio, gregario milite maior, tribu nominor est. Quinq; pauci sunt ad decē: plures, ad unum. Er go in instauratione spiritualis Hierusalē signa uertentur in as: & lapidēs mutabūtur in ferrum, id est, bruti quondā & insensibiles homines, in eas ma terias mutabūtur, quæ utilitatem aliquam præbeant ci uitati. Ipsum q; as & ferrū per augmenta uirtutū, in au rum argētumq; mutabūnt: ut nequaquā utilitatis spe cie, sed preciū quoq; habeāt ac decorē. De auro & argē to quid significet in scripturis sacris, sepius diximus. Ponā, inquit, principes tuos in pacē: & episcopos tuos in iusticiam: Pro quo in Hebraico scriptū est: Ponam ui sitationē tuam in pacē, & præpositos tuos in iusticiam. In quo scripturæ sanctæ admirāda maiestas, quod prin cipes futuros ecclesie, episcopos nominauit: quorū o minis uisitatio in pace est, & uocabulū dignitatis in iu sticiā: ut nequaquam accipiat personam in iudicio: nec audiatur quippiam iniquum in terra ecclesie, neq; con tritio & infelicitas in terminis eius. Vbi cunctq; enim ini quitas est, & iusticia non seruetur, & pax perditur: hæc omnia consequentur. Sed pro his (ait) omnibus occu pabit salus muros tuos, siue saluator: qui in Hebraico legitur נַחֲמָה, quod proprie nomen domini sonat. Ipse enim fortitudo murorum ecclesie, qui habet portas in laude

Supra cod. d

id est, diuitias regum comedes.

Quæ diuitias quoq; huius scemodi regū comedas: Tunc scies quod ego sum saluator tuus: qui redemi te sanguine meo, siue deus fortis Iacob. ¶ Pro ere afferam aurū, etc. Eadem res pro loco rum qualitate, alteri genus, alteri species est. Et ne de artibus, Rhetorica, ac dialecti ca dicere quippiam uidear, ponam exem pla communia quæ possint simplicem le ctorem instruere: Fi lius meus qui ad me species est, & me ha bet genus, filio suo genus est. Dicam & aliud: quod alteri ma ius, alteri minus est. Centurio, gregario milite maior, tribu nominor est. Quinq; pauci sunt ad decē: plures, ad unum. Er go in instauratione spiritualis Hierusalē

A laude domini: ut qui ingrediuntur eam, primū discant laudare dominum: & nomen illius confiteri. Quod autem Lxx. pro laude interpretati sunt γλωσσῶν, id est, sculpturam: hoc possumus dicere, quod porta ecclesie cunctis debeant celsata esse uirtutibus, per quas ingrediamur ad eam. a ¶ Non erit tibi amplius sol ad lucendum, etc.] Ex hoc capitulo cogimur omnia quae dicta sunt & dicenda, ad ultimū referre tēpus: quādo coelo terraq; nobis, solis ac lunae cessabit officium. Et erit dominus ipse lumē perpetuum: ut quae carnaliter asserūt esse complenda, nos spiritualiter futura credamus: in qualitate promissionum, non in tempore discipulantes. Quibus breuiter respondendum est: quod pseudoprophetae & peccatoribus sol occidat meridie, & eccliarum timentibus dominū semper orit sol iusticiae. Quare nō semper sanctus ille q dicit: Ego sum lux mundi qui lucet in tenebris & tenebrae eum non cōprehenderunt: Per diem quippe sol non uret nos: neq; luna p noctem. Quia habemus dominū lucem perpetuā: & dies luctus nostri cōplebuntur nequaquā plangentibus in subuersione Hierusalē, sed latantibus in extructione ecclesiae. Beati quippe lugentes: quoniam ipse cōsolabuntur. Beati stantes, quoniam ipsi ridebunt. Beati qui esuriūt & sitiunt iustitiam, quoniam ipsi saturabuntur. Vt postquam domini fuerint carne saturati, eructent sermonē domini, & dicant opera sua regi. b ¶ Populus autem tuus omnes iusti, etc.] Finitis diebus luctus atq; completis, quādo tristitia uertetur in gaudium, populus Sion erit omnis iustus, non ad breue tempus, sed in perpetuum; & quia iustus est, terram mitium possidebit. Nec mirandum si ad recipienda promissionis bona, terram manfuetorum teneat, atq; uiuentium: quam propheta suspirat, dicens: Credo uidere bona domini in terra uiuentium, cum germen plantationis domini sit, & opus manuum eius ad glorificandum deum. Omnis enim, inquit, plantatio quam non plantauit pater meus coelestis, eradicaabitur. Siue iuxta Septuaginta, populus custodiens plantationem dei, & opera manuum domini, in gloria seruabitur creatoris. De bona plantatione per Hieremiam loquitur deus: Ego plantauit te uinea, bonam, totam, ueram, quā in Esaiā appellatur uinea Sorek. Et quia Paulus conscientia uirtutū, loquentis in se Christi dicere poterat, Imitatores mei estote, sicut & ego Christi: Ideo ad Corinthios loquebatur: Ego plantauit, Apollo rigauit, dominus autem incrementū dedit. Plantati enim in domo domini, in atrijs eius efflorescent. Tunc qui paruulus fuit, erit in milia, & audiens a domino: Esto habens potestatem super quinq;

HEB. "Nō erit tibi amplius sol ad lucendū per diē: nec splendor lunę illuminabit te, sed erit tibi dñs in lucē sempiternā, & deus tu⁹ in gloriā tuā. Non occidet ultra sol tuus, & luna tua nō minuet: quia dominus erit in lucem sempiternam, & cōplebunt dies luctus tui.

b Populus aut tuus oēs iusti in perpetuum haereditabunt terram, germen plantationis meae, opus manus meae ad glorificandū. Minimus erit in mille: & paruulus in gētem fortissimam. Ego dominus in tempore eius subito faciam istud.

CAP. LXI.

Spiritus domini dei super me, eo quod unxerit me dñs, ad annuncian- dū mansuetis misit me, ut mede-

uel decem ciuitates: ita u appelletur χολιερῶν: Et qui cum Apostolo dixerat. Mihi minimo omnium sanctorum data est gratia haec: Princeps erit magna gentis in caelestibus, quando tempore constituto miserit dominus angelos suos, & cōgregauerint ad eū oēs sanctos, a summitate caeli usque ad summū eius: Non solum de Israel, sed & de gentium populo, quē significās loquebatur: Et alias oues habeo quae nō sunt de grege isto, & illas oportet me cōgregare, ut fiat unus pastor. Hoc aut subito faciet, ut quando omnia fuerint desperata, tūc in gentē fortissimā cōgregentur. Quae licet ex parte in ecclesia quotidie uideamus expleri, tamen in mūdi cōsummatione plenius cōplebunt, & in secūdo saluatoris aduentu.

CAP. LXI.

Spiritus domini super me, etc.] Ille qui supra dixerat: Ego dñs in tēpore cōgregabo eos: Siue iuxta Hebraicum: Ego dominus in tempore eius, subito faciam istud, loquitur concenter: Spiritus domini dei sup me, non quod dominus deus habeat dominū deum, sed quod iuxta dispensationē carnis assumptae dicat ea quae uerba sunt. Ad quem psalmista iam dixerat: Dilixisti iusticiam, & odisti iniquitatem, propterea unxit te deus, deus tuus, oleo exultationis praefortibus tuis. Quādo enim confortes nominantur, naturam carnis intelligit, quia deus confortes substantiae suae non habet. Et quae erat unctio spiritualis, & nequaquā humani corporis, ut fuit in sacerdotibus Iudaeorū, idcirco praefortibus, id est, ceteris sanctis unctus esse memoratur: Cuius unctio illo expleta est tempore, quādo baptizatus est in Iordane, & spiritus sanctus in specie columbae descendit super eum, & mansit in illo. De quo & hic idem propheta dicebat: Exiit uirga de radice Iesse, & flos de radice eius ascendet, & requiescet super eum spiritus dei, spiritus sapientiae & intellectus, spiritus consilij & fortitudinis, spiritus scientiae & pietatis. Unde & saluator cum uenisset in Nazareth in quo nutritus erat, postquam baptizatus est in Iordane, ingressus est iuxta consuetudinem in die sabbati synagogam eorum. Cumq; surrexisset ad legendum, datus est ei liber Esaiāe propheta, quo aperto, inuenit scriptum: Spiritus domini super me, propter quod unxit me, euangelizare pauperibus misit me, praedicare captiuis remissionem, & caecis uisum, dimittere fractos in libertatem, praedicare annum domini acceptum. Quādo conuolutum librum reddidit ministro, & sedit, & omnium oculi qui erant in synagoga, attendebant eum, coepitq; ad eos dicere: Hodie completum est scriptura haec in auribus uestris, & omnes testimonium

Spiritus domini super me, propter quod unxit me, euangelizare pauperibus misit me, sanare contritos

quod dominus deus habeat dominū deum, sed quod iuxta dispensationē carnis assumptae dicat ea quae uerba sunt. Ad quem psalmista iam dixerat: Dilixisti iusticiam, & odisti iniquitatem, propterea unxit te deus, deus tuus, oleo exultationis praefortibus tuis. Quādo enim confortes nominantur, naturam carnis intelligit, quia deus confortes substantiae suae non habet. Et quae erat unctio spiritualis, & nequaquā humani corporis, ut fuit in sacerdotibus Iudaeorū, idcirco praefortibus, id est, ceteris sanctis unctus esse memoratur: Cuius unctio illo expleta est tempore, quādo baptizatus est in Iordane, & spiritus sanctus in specie columbae descendit super eum, & mansit in illo. De quo & hic idem propheta dicebat: Exiit uirga de radice Iesse, & flos de radice eius ascendet, & requiescet super eum spiritus dei, spiritus sapientiae & intellectus, spiritus consilij & fortitudinis, spiritus scientiae & pietatis. Unde & saluator cum uenisset in Nazareth in quo nutritus erat, postquam baptizatus est in Iordane, ingressus est iuxta consuetudinem in die sabbati synagogam eorum. Cumq; surrexisset ad legendum, datus est ei liber Esaiāe propheta, quo aperto, inuenit scriptum: Spiritus domini super me, propter quod unxit me, euangelizare pauperibus misit me, praedicare captiuis remissionem, & caecis uisum, dimittere fractos in libertatem, praedicare annum domini acceptum. Quādo conuolutum librum reddidit ministro, & sedit, & omnium oculi qui erant in synagoga, attendebant eum, coepitq; ad eos dicere: Hodie completum est scriptura haec in auribus uestris, & omnes testimonium

monium praebant ei, & mirabantur super sermonibus gratiae, qui egrediebantur de ore eius. Si ergo illo completa est tempore propheta, quomodo quidā ad consummationis referunt tempora quae dicuntur: nisi forte possumus hoc dicere, quod tūc ex parte completum sit, plenius esse complendū, quādo omnis populus dei fuerit iustus: Nunc enim ex parte cognoscimus, & ex parte prophetaui: Cum autem uenerit quod perfectum est, ea quae ex parte sunt, destruentur. Unctus est igitur spiritu sancto, ut annunciat pauperibus, siue mansuetis, dicens eis in euangelio: Beati pauperes spiritu, quoniam eorum est regnū caelorum. Et: Beati mites, quoniam ipsi possidebunt terram. Et missus est ad sanandos eos, qui corde contriti sunt, & dicunt: Cor contritum & humiliatum deus non despicit. Siue iuxta Symmachum & Theodotionē, ad alliganda uulnera peccatorum, praedicare captiuis remissionē: caecis ut uideant, uel clausis aperitionem, quod manifestus interpretatus est Symmachus, uinctis solutionem. De quo, imō ad quem supra dicitur: Ecce posui te in lucem gentium, aperire oculos caecorum, educere de uinculis alligatos, & de domo carceris sedentes in tenebris. Annum autem acceptabilem, & diē retributionis, omne praedicationis eius quo in carne uersatus est, tempus intellige: Quod & apostolus Paulus in primo saluatoris interpretatur aduentu, dicens: Ecce nunc tempus acceptabile: ecce nunc dies salutis. De quo supra plenius diximus. Sin autem retributio non in meritis bonorum, sed in poenis accipitur peccatorum, iuxta quod dies dicitur ultionis, de Iudaico populo sentiendū est, in quē post passionē eius, statim dei ira peruenit. Consolatusq; est omnes lugentes, dicens: Beati lugentes, quoniam ipsi consolabuntur, ut poneret lugentibus Sion, & daret eis gloriā coronāq; pro cinere: De quibus fuit & apostolus Paulus qui iugebat Sion atq; dicebat: Tristitia est mihi & dolor contritus. Et iterū: Optabam ego anathema esse a Christo pro fratribus meis & propinquis iuxta carnē, qui sunt Israelitae. Et propterea lugentes atq; plangentes, pro cinere oleum gaudij susceperunt, uidentes de Iudaeis plurimos credidisse, & stolam accipere munusculum, pro lugubri uestimento. a ¶ Et uocabuntur, etc.] Postquā & apostoli & apostolici uiri pro cinere & meroris spiritu oleum gaudij, & palliū, siue iuxta Lxx. uocabuntur, id est, stolam gloriā laudisq; susceperint: Tunc uocabuntur generationes iustitiae, plātatio domini gloriosa: uel iuxta Hebraicum בְּרִייתֵינוּ per extensam utranq; syllabam, fortes deiq; iustitiae, ac plantatio domini ad glo-

HEB. mederer contritos corde, & praedicare captiuis indulgentiā, & clausis aperitionē, & annunciarē annum placabilē dño, & diē ultionis deo nostro, ut cōsolaret omnes lugētes. Ut ponerē lugētibus Sion, & darem eis coronā pro cinere, oleū gaudij pro luctu, pallium laudis pro spiritu meroris. Et uocabuntur in ea fortes iustitiae plātatio dñi ad glorificandum. Et edificabitur deserta a seculo, & ruinas antiquas erigent, & instaurabunt ciuitates desertas & dissipatas in generationem & generationē. Et stabunt alieni et pascent pecora uestra, & filij peregrinorū agricolę et uinitores uestri erūt. Vos autē sacerdotes dñi uocabimini

monium praebant ei, & mirabantur super sermonibus gratiae, qui egrediebantur de ore eius. Si ergo illo completa est tempore propheta, quomodo quidā ad consummationis referunt tempora quae dicuntur: nisi forte possumus hoc dicere, quod tūc ex parte completum sit, plenius esse complendū, quādo omnis populus dei fuerit iustus: Nunc enim ex parte cognoscimus, & ex parte prophetaui: Cum autem uenerit quod perfectum est, ea quae ex parte sunt, destruentur. Unctus est igitur spiritu sancto, ut annunciat pauperibus, siue mansuetis, dicens eis in euangelio: Beati pauperes spiritu, quoniam eorum est regnū caelorum. Et: Beati mites, quoniam ipsi possidebunt terram. Et missus est ad sanandos eos, qui corde contriti sunt, & dicunt: Cor contritum & humiliatum deus non despicit. Siue iuxta Symmachum & Theodotionē, ad alliganda uulnera peccatorum, praedicare captiuis remissionē: caecis ut uideant, uel clausis aperitionem, quod manifestus interpretatus est Symmachus, uinctis solutionem. De quo, imō ad quem supra dicitur: Ecce posui te in lucem gentium, aperire oculos caecorum, educere de uinculis alligatos, & de domo carceris sedentes in tenebris. Annum autem acceptabilem, & diē retributionis, omne praedicationis eius quo in carne uersatus est, tempus intellige: Quod & apostolus Paulus in primo saluatoris interpretatur aduentu, dicens: Ecce nunc tempus acceptabile: ecce nunc dies salutis. De quo supra plenius diximus. Sin autem retributio non in meritis bonorum, sed in poenis accipitur peccatorum, iuxta quod dies dicitur ultionis, de Iudaico populo sentiendū est, in quē post passionē eius, statim dei ira peruenit. Consolatusq; est omnes lugentes, dicens: Beati lugentes, quoniam ipsi consolabuntur, ut poneret lugentibus Sion, & daret eis gloriā coronāq; pro cinere: De quibus fuit & apostolus Paulus qui iugebat Sion atq; dicebat: Tristitia est mihi & dolor contritus. Et iterū: Optabam ego anathema esse a Christo pro fratribus meis & propinquis iuxta carnē, qui sunt Israelitae. Et propterea lugentes atq; plangentes, pro cinere oleum gaudij susceperunt, uidentes de Iudaeis plurimos credidisse, & stolam accipere munusculum, pro lugubri uestimento. a ¶ Et uocabuntur, etc.] Postquā & apostoli & apostolici uiri pro cinere & meroris spiritu oleum gaudij, & palliū, siue iuxta Lxx. uocabuntur, id est, stolam gloriā laudisq; susceperint: Tunc uocabuntur generationes iustitiae, plātatio domini gloriosa: uel iuxta Hebraicum בְּרִייתֵינוּ per extensam utranq; syllabam, fortes deiq; iustitiae, ac plantatio domini ad glo-

rificandum: ut cum glorificati fuerint uel ipsi glorificauerint dominum, adificent desertas a seculo ciuitates, & ruinas antiquas suscitēt, tam populi Iudaeorū, quā cunctarū gentiū, qui nō solum adificandi & instaurandi urbes, habebunt scientiā, sed & pastores erunt optimi: ut repulsis antiquis pastoribus, qui bus per Ezechielem dixerat deus: O pastores Israel, nūquid semetipsos pascent pastores, & non magis oues: audiant cū apostolo Petro: Pasce oues meas. Mirumq; in modum de cementarijs atq; pastoribus transibunt in agricolos, id est, in aratores & uinitores, ut possint cum apostolo dicere: Dei adificatio, dei agricultura sumus. Denique scribas & phariseos, uinitores & agricolos Iudaeorum, saluator interrogat: quid faciat uinitoribus malis & agricolis: Illisq; respondens: Malos male perdet, & uineam dabit alijs agricolis, in uultu: Auferetur a uobis regnū dei, & dabitur genti facienti fructus eius. Quae res interpretatione non indiget. Quotus enim quisq; ecclesiarū princeps est de Iudaeis, & nō de alienigenis, atq; externarū gentiū hominibus, qui ante idolis seruientes, & alieni a testamēto dei ac peregrini a promissionibus illius, spem non habentes, & sine deo in seculo nunc praesunt ecclesijs, & dura corda gentiliū, priusq; indomita, ad fructus ferendos aratro fidei edomāt, ut sementē doctrinae domini, bonorū operū uerbate multiplicent. b ¶ Vos autem sacerdotes domini, etc.] Adificatores urbiū desertarū & pastores gregum, qui ipsi sunt aratores & uinitores, hoc est, filij peregrinorū, ipsi quoq; sunt sacerdotes dei, ad quos propheta nunc dicit: Vos autē uocabimini sacerdotes domini, & ministri dei nostri dicitur uobis: Haud dubium quin ecclesiarum principes significet. Vel certe de apostolis intelligendū est, ut sit ordo: Cum cementarij, pastores, aratores, & uinitores de gentibus fuerint ecclesijs praepositi: uos de quibus dictum est: Reliquiae saluae fient, & nisi dominus sabaoth reliquisset nobis semen, quasi Sodoma essemus, & similes Gomorra fuissēmus: uocabimur sacerdotes & ministri dei, quales erant & filij Dauid: De quibus scriptura dicit: Filij autem Dauid, erant sacerdotes dei. Isti fortitudinem gentium comedent, & in diuitijs earum admirabiles erunt. Corona enim patrum gloria liberorum, & profectus populū, epula sacerdotum. De istiusmodi diuitijs Paulus scribebat ad Corinthios: Gratias ago deo meo per Iesum Christum, quoniam in omnibus diuites facti estis in eo, in omni uerbo, & in omni scientia, sicut testimonium Christi confitmatū est in uobis, ut in nullo indigeatis in ulla gratia.

HEB. mederer contritos corde, & praedicare captiuis indulgentiā, & clausis aperitionē, & annunciarē annum placabilē dño, & diē ultionis deo nostro, ut cōsolaret omnes lugētes. Ut ponerē lugētibus Sion, & darem eis coronā pro cinere, oleū gaudij pro luctu, pallium laudis pro spiritu meroris. Et uocabuntur in ea fortes iustitiae plātatio dñi ad glorificandum. Et edificabitur deserta a seculo, & ruinas antiquas erigent, & instaurabunt ciuitates desertas & dissipatas in generationem & generationē. Et stabunt alieni et pascent pecora uestra, & filij peregrinorū agricolę et uinitores uestri erūt. Vos autē sacerdotes dñi uocabimini

A gaudio. Haud dubium quin uniuersa terra, ut quae uetus uni genti gaudiū erat, noua cunctis nationibus laetitia sit. Instantū autē exultatio erit omnī, atq̄ latitiae super urbe & populo dei, ut ego quoq̄ conditor eius exultem & gaudeā super Hierusalē, & super populo meo qui comedit & bibet & letabitur, & exultabit in ea, & qui in nomine nouo fuerit appellatus. Neq̄ em̄ congruū erit ut in ciuitate Hierusalem & populo dei, qui exultationis & gaudij aeternā suscipiet creaturā, audiat ultra uox fletus & clamoris, qm̄ abierint dolor, & mœror, & gemitus. Cōtraria quippe simul esse non possunt. Et ubi exultatio est, & gaudiū quī fructus est spiritus sancti, ibi fletus & planctus non possunt cōmorari, qui aptus est lamentantibus atq̄ lugētibus, & praecipue clamor quē de ecclesia credentiū Paulus expellit, ne in similitudinē Iudaeorū, pro iudicio faciamus clamorē. In tali urbe diuinitates nō erūt, infans & senex, paru⁹ & magnus: qui non impleat dies suos, sed quasi filij resurrectionis, oēs perueniēt in uirū perfectū, in mensurā aetatis plenitudinis Christi, ut nec desint alicui annorū spacia, nec superflua: & alio necdū solidas habente uires, alius desinat esse qd̄ fuerit, & decrepita aetate marcescat. Perueniētiq̄ oēs ad centenariū numerū, qualis fuit Abraham, qui p̄missionē filij Isaac hac eate suscepit. De cuius numeri laudibus, nō necesse est plurima memorare, ne superflua sit disputatio. Hoc tantū dicimus, qd̄ decē decades aequalia habēt latera, & quadrā formā possidēt firmitatē. In re promissionibus quoq̄ pro his quae cōtemplimus, multiplicata nobis centuplū dñs pollicet, & in bonā terrā semētis cadens, primū habet uberrimē frugis numerū centenariū. Deniq̄ & Isaac unā sementē iacens suscepit. In illo igitur tempore, quātū fuerit una cunctorū, & sanctus uerborū erūt simili resurrectione perfecti, nec inter se uariabūt tēpore, sed alius ad praemia, alius ad supplicia pertrahet: Et in eo peccator, maledictus erit, quod in corrupto corpore poenas patiet aeternas. Illud quoq̄ quod in Apocalypsi Ioannis legitur, post resurrectionē exhiberi praesentia iudicis paruos & magnos, non aetati, sed merito rū significat differentias. Qui enim paruus est, iuxta sententiā Salomonis, dignus est misericordia: Potētes autē potēter tormēta patietur. In quē sensum & dñi uerba cōsentient: Seruos qui scit uoluntatē dñi sui & non facit eam, uapulabit multis. Qui uerō nescit & fecerit digna plagis uapulabit paucis. Beatus apostolus Paulus Christo in se loquente, scripturā ueterē edisserens: Abrahā patriarchā non solum circūcisionis, sed praepitij asserit patre: hoc est, duos ex eo populos esse generatos, & eum qui iuxta carnē natus fuerat, centenarius, propter Christum, qui de Abraham stirpe generatus est, in quem ille miserit manus, maledictioni perpetuae subiacere. Hanc figuram docent euangelia, in quibus fertur tunc hamor rousam agrotare coepisse, quādo nata est filia archify-

nagogi, & quādo ista sanata sit, statim illā esse mortuā, cū uno atq̄ eodē annorū spacio, nouū populū in iuuentute perfructe, & ueterē in infidelitate mori, & esse maledictū. Hoc iuxta Lxx. interpretes diximus, quorum editio toto orbe uulgata est, ne in loco famolisimo uideremur ad Hebraea linguā arcē confugere. Quod siue post resurrectionē intellexeris in secūdo saluatoris aduētū, siue post baptismū in prima resurrectione credendū, nō abhorret ab ecclesia fide. Hebraei haec ante resurrectionē in mille annorū regno super terrā futura cōtendunt, & tā lōga futurē uitē spacia repromittit, ut centum anni reputētur infantiae: peccatorē autē ceterisimo aetatis suae anno esse morturū, ne uidelicet patris opibus perfructur, sed ob peccatum maledictū esse se nouerit. Quod si ita est, ubi erit beatitudo perfecta, quae peccato uiolatur atq̄ corrumpit, & peccatū immatura morte puniēt: b̄ Et aedificabunt, etc. De his domib. & in sexagesimo octauo psalmo sermo propheticus pollicet, dicens: Quia deus saluā faciet Sion, & aedificabunt ciuitates Iudae, & habitabūt ibi, & hereditate acquirēt illā, & semē seruorū eius possidebit eam, & qui diligunt nomē eius, habitabunt in ea. Quae omnia Iudaei accipiunt carnaliter, ut Hierusalē urbesq̄ Iudae restituant in pristinū statū. Quod si eis dederimus, audiunt non solū hoc Hierusalē, sed & Sodomā reprobam, dicens Ezechiel: Restituet Sodomā in antiquū. Ergo domus in quibus habitaturi sunt qui aedificant eas, uel uirtutes intelligēdae sunt, uel diuersae mansiones apud patrē, quas iugiter possidebit, qui eas aedificauerit: Quales sibi aedificasse & obstetrices dicunt in Exodo: Quae timebāt deū, licet scriptū sit in Hebraico, a deo eis edificatas domos, quia timuerunt eū. Et Iacob quia simplex erat, siue ut Graecē dicit, id est, nequaquam fictus, nec talis quales in Petri epistola condemnantur, de quibus ait: In auaritia fictis sermonibus de uobis negociant. Idcirco habitabat in domo, quā Esau qui feris delectabāt & syluis, possidere nō potuit. Talē domū & saluatoris in euangelio uerba describūt: Omnis qui uenit ad me, & audit sermones meos & facit eos, similis erit uiro prudenti, qui aedificauit domū suā super petrā, & reliqua. Alioquin iuxta literā, multi sancti aedificāt domos, & non habitāt in eis, uel peregrinatione, uel alterius rapina, uel morte subtrahi. Qualis fuit Iob qui diues carne & spiritu, in tantā deductus est paupertate, ut in sterquilino sederet extra portā ciuitatis. Ecce trario diues ille in euangelio purpuratus, aedificauit domū & habitauit in ea, cui rectissime dici poterat: Stulte, hac nocte auferet anima tua à te, quae autē preparasti cuius erūt: Non solū autē ait, aedificabūt domos & habitabūt in eis, sed plātabūt quoq̄ uineas, & ipsi comedēt fructū earū. Iuxta illud qd̄ in Michea dicit: Requiescet unusquisq̄ sub uinea sua, & sub ficu sua, & nō erit qui extorreat. Haec est uinea quae in euangelio loquebat: Ego sum uitis, & uos palmites, & pater meus agricola. Omnis qui nō facit fructū, excidet & in ignē mittet. Huius fructus comedet.

HEB. salē exultationem, & populū meū laetitiae: & exultabo super populo meo. Et non audietur ultra in ea uox fletus, & uox clamoris, neq̄ fiet ibi ultra impletus tēpus suū. Erit enim infans centum annorū, & qui moritur peccator centenarius, maledictus erit. Et aedificabunt domos, & habitabunt & plantabunt uineas, & comedent fructus earum. Non aedificabunt, & alius habitabit: non plantabunt, & alius comedit.

SEP. salē exultationem, & populū meū laetitiae: & exultabo super populo meo. Et non audietur ultra in ea uox fletus, & uox clamoris, neq̄ fiet ibi ultra impletus tēpus suū. Erit enim infans centum annorū, & qui moritur peccator centenarius, maledictus erit. Et aedificabunt domos, & habitabunt & plantabunt uineas, & comedent fructus earum. Non aedificabunt, & alius habitabit: non plantabunt, & alius comedit.

SECUN.

A comeduntur & bibuntur, & lactificant cor hominis, & inebriant amicos sponsi, & in regno dei bibunt quoti- die. Sub sicu autem requiescit, & nullius insidias reformi- dat: qui dulcedine sancti spiritus fruatur, & illius fructi- bus saturatur, charitate, gaudio, pace, fide, continentia, patientia. De huiusce- modi dicitur planta- tore: Qui plantauerit sicu, comedet fructus eius. Qui tales edificauerit domos & plantauerit vineas, de quibus & Aposto- lus gloriatur: Ego plantauit, Apollo rigauit, deus incrementum de- dit, comedet labores manuum suarum, & seminans in spiritu, de spiritu metet uitam æternam, nec diaboli & satellitum eius fraudibus supplantabit. *¶* Secundum dies enim, etc.] Aeterna erit habitatio, atque planta- tio iustorum, ut dies uitae populi mei, diebus uitae ligni cõparent, de quo in psalmis dicitur: Iustus ut palma florebit, quotidiè tri- umphas de aduersariis, & in signe uictoriae praefertens. Sin autem iuxta Legimus dies ligni uitae, qui magis sensum ex Hebraeo uertere quæ uerba: Lignum uitae intelligimus, quod in paradiso situm est. Ad quod ne extenderet Adam manum suam ut uideret, electus est de paradiso. In cuius custodia cherubin, id est, scientiae multitudo, & ignita framae posita est, ut seruarent uitam ligni uitae, ne in peccato positus Adam, & necdum sua delicta cognoscens, comederet ex eo, & impenitentiae desperationis ac superbiam morte moreret. Quod sit hoc lignum uitae, Salomon exponit manifestus qui de sapientia dei disputans ait: Lignum uitae est omnibus qui accedunt ad eam, & qui inueniuntur super illam, quasi super dominum firmatas. Nec dubium quin uerbum dei significet, qui ipse est uita atque sapientia, & de se loquitur: Ego sum uita. Et de quo propheta decantat: Omnia in sapientia fecisti, repleta est terra creaturae tuae. Et apostolus Paulus: Christus dei uirtus, & dei sapientia. Opera quoque populi dei non ueterascunt, sed in nouabuntur quotidie, ut non ambulent in uetustate litterarum, sed in nouitate spiritus: Vt quomodo per inobedientiam unius hominis peccatores constituti sunt plurimi, sic per obedientiam unius hominis, iusti constituantur multi. Vel certe hoc dicendum, quod opera eorum ueterascunt, quorum domus fundata super petram, permanet in aeternum, & qui edificauerunt super fundamentum Christi, aurum, argentum, lapides preciosos: Et contrario eorum opera dispereant, quorum domus fundata super arenam, subita tempestate subuertitur, & qui edificauerunt super fundamentum Christi, ligna, foenum, stipulam. An non uidetur tibi quotidie in ueterare opera sua, qui praeteritorum oblitus, in futurum extenditur? Unde & uetus & nouum dicitur testamentum, non quod uetus periret, sed quod nouum aliud non succedat. Hoc quoque iuxta Hebraicum dici potest, quod opera populi & in Christo creditum fructus sint apostolorum, id est, electorum dei, & in thesauris eorum recondantur. Multi enim uocati, & pauci electi. Ipsi

non laborabunt frustra, ut quondam laborauerunt Iudaei, sed labores manuum suarum manducabunt, neque generabunt in conturbatione, siue in maledictione, & ut in Hebraico expressius ponit *eis ad uocatum*, quod lingua eorum dicitur *חַיִּים* hoc est, ut esse desistant: & sine substatia sunt habeant, pro quo Aquila, Symmachus, & Theodotus, festinationem interpretati sunt, ut nequaquam festinent absque ratione credere, sed imitentur Nathanael, quod domini uoce laudatus est: Ecce uerè Israelita in quo dolus non est, qui Christum autoritate scripturarum quarebat, & de prophetis cupiebat agnoscere, dicens: De Nazareth potest aliquid boni esse? Et est sensus: Quomodo mihi Messias adducitis de Galilaea & Nazareth, quae ego de Bethleem Iuda scio esse promissum? Apostoli igitur & apostolici uiri, ita filios generabunt, ut de scripturis sanctis instruant, ut non imitentur maledictionem Iudaeorum, sed cum propheta dicant: A timore tuo dominus in utero concepimus, & parturimus D & peperimus. De his enim dictum erat: Benedicta progenies uteri tui. Tales sunt filij Abraham, qui faciunt opera eius: & in ueteri historia appellantur filij prophetarum, quales in nouo instrumento apostoli genuerunt: Paulus Timotheus, Lucas, & Titus, multosque alios: Petrus Marcum & uangelistam, & ceteros ceteros, quorum benedictum semel est, & hucusque benedictum & permanent filij filiorum. De quibus propheta dicit: Beatus uir qui timet dominum, in mandatis eius uolet nimis. Potens in terra erit semel eius, generatio rectorum benedictum. Et alibi: Filij tui sicut nouellae oliuarum, in circuitu mensae tuae. Ecce sic benedictum homo qui timet dominum. E contrario de Iuda dicitur proditor, & omnibus qui similes eius sunt: Fiant filij eius pupilli, & uxor eius uidua. Commouentur & transferantur filij eius, & mendicent, eijciantur de omnibus suis. Generationes enim malae, finis est pessimus. Qui concipiunt dolorem, & parit iniquitatem. De quorum scriptum est principe: Ecce parturij in iniquitate, concepti dolore, & peperit iniquitatem. Si autem hoc de impijs dicitur, quomodo Samuel uir beatus & iustus, filios pessimos genuit: qui non ambulerunt per uiam patris: Et Dauid, de cuius Christus natus est semine, duos genuit filios, Ammon & Absalon, quorum alter fratris, alter patris extitit parricida. Ex quibus omnibus discimus, filios & nepotes secundum id intelligi debere quod diximus. Iuxta quod & Paulus filios parturit, donec Christus formetur in eis: & Onesimus in uinculis generat. Qui cum clamauerint, statim exaudient, & illis loquentibus: dicit dominus, adsum. Quae omnia etiam iuxta litteram in Actibus apostolorum certum esse completa. Neque enim potuissent oes gentes in tam breui tempore credere, nisi signorum miraculis fides eorum quodammodo esset extorta. Loquentibus enim & clamantibus apostolis & apostolicis uiris, dominus signorum magnitudine respondebat, ut Dorcas ad preces Petri

A Petri surgeret: ut Publij pater in insula Melita febribus & dysenteria, qui morbi inter se contrarij sunt, Pauli precibus sanaret, & ut eos totus orbis, deus inter homines diceret ambulare. Tunc lupus & agnus pascebant simul, persecutor Paulus, & Ananias discipulus. Ille lupus de quo scriptum est: Benjamin lupus rapax, mane comedit praedam, & ad uesperam dabit escas, siue ut in Hebraico dicitur: diuidet spolia. Cuius doctrina cibus fuit creditum, & qui in corde orbe de superatis aduersarijs triumphauit. Agni autem credentium sunt oes, qui in uentibus cadidit sequuntur agnum quocumque uadit: Quos dominus Petro tradidit ascendendum, dicens: Pasce agnos meos. Leo quoque ut bos comedit paleas, quando uiri discretissimi, & quondam apud seculum potentes, scripturarum se tradidit rusticitati, ut nequaquam seculari pascantur eloquentia, quae instar mellis stillat de labijs meretricis, sed uilitate & paleas sequantur historiae: donec multo labore atque industria mercant ad frumentum sensum peruenire. De quibus patris & frumeto Hieremias loquitur: Quid paleis ad triticum, dicit dominus? Et considerandum, quod non bos uertatur in rabiem, sed leo mutetur in mansuetudinem. Serpens etiam qui obseruabat hominis calcaneum, & cuius ab homine obseruabatur caput, nequaquam aliorum nutritur interitu, sed terram siue puluerem quasi panem comedit. Aut certe sic intelligendum, quod diabolus qui prius hominum mortibus pascebatur, eos tantum comedit, qui puluis ac terra sunt: Per quae omnia demonstratur malorum in bonum commutatio, qui innoxij erunt antiqua feritate deposita, non foris, sed in monte sancto domini, hoc est, in ecclesia & in confessione eius montis, a quo uulneratus est princeps Tyri, & qui excisus de monte sine manibus, creuit in montem magnum, & impleuit orbem. Interrogemus in hoc loco Iudaeos, & omnes qui sub nomine Christiano adhuc paleas comedunt scripturarum, quae uentilabro a domini tritico separata, uento tradentur & flammis: quae beatitudo sit aestimanda, ut in mille annorum regno in Sion monte ciuitate Christi praesentis Hierusalem, & in templo angustissimo, lupi & agni, leones & boues, serpentes & homines simul comedant, partemque commorentur? & hi tantum innoxij sint, qui in monte sancto domini habitauerint. Ex quo intelligimus omnes qui extra montem fuerint occidendos. Nudabitur ergo lupis, leonibus, uelis, pardis, atque serpentibus, & ceteris bestijs uniuersus orbis, & immensus salus, & Aegyptiae uastitas solitudinis, quae uenenatorum animatum fertis est, & pro summa felicitate ciuitas sancta, non solum hominum, sed & bestiarum ac serpentium, erit habitaculum, ut iuxta superioris prophetiam: Habitet lupus cum agno, & pardus cum haedo, uisculus & leo, & oues cum uelis simul morentur, & puer paruulus regat eos, & infans ab ubere mittat manum in foramen aspidis, & in caeuerna sua interficiat regulum. Causa quoque sit tantae felicitatis, quia repleta est omnis terra scientia domini. CAPVT LXVI.

Haec dicit, etc.] Ne montem sanctum intelligeremus Sion, & Iudaico operiretur errore, qui putant extruendam Hierusalem, & omnia quae pollicetur ibi explenda carnaliter, aufert nobis hanc suspensionem, & ponit testimonium, quo usus est Stephanus primus martyr in Christo aduersum Iudaicam contentionem. Salomon

aedificauit ei domum, haud dubium quia in deo, sed non in manufactis excelsus habitat, sicut propheta ait: Coelum mihi thronus est, terra autem scabellum pedum meorum. Et Paulus in eodem uolumine: Deus qui fecit mundum & quae in eo sunt, nequaquam in templis manufactis habitat. Si enim instar sedentis in folio atque regnantis, coelum thronus eius est, & terra scabellum pedum illius. Quomodo paruo claudes loco, qui complet omnia? Unde & Moyses: Ne dicas, inquit, in corde tuo, longe est: Deus enim in caelo sursum, & super terram deorsum, & non est alius praeter eum deus. Et psalmista: Quomodo ibo a spiritu tuo, & a facie tua quo fugiam? Si ascendero in caelum, illic es: si ad inferna descendero, ades. Cui & Hieremias ex persona dei congruit, dicens: Deus appropinquas ego, & non de longe deus. Numquid latere quod poterit in absconditis, & ego non uidebo eum? Nonne caelum & terram ego impleo? In ipso enim omnes sumus, & mouemur. Hoc autem dicit, ut Iudaicum conuincat errorem: qui putant inuisibile & incorporeum, & incomprehensibile deum, templo Hierusalem posse concludi. Quod quidem & ipse Salomon extructor templi, in oratione sua dominum prolixius cõfiteatur. Ac ne arbitremur caelo quoque & terra dei magnitudinem metiendam, in alio loco de eo legitur: Qui tenet caelum palmo, & terram pugillo. Per quae ostenditur deus & forissecus, & intrinsecus & infusus & circumfus, dum & solio ambiente non concludit, & pugillo concludit ac palmo. Qui Dominus non solum caeli & terrae, sed inuisibiliu creator est angelorum, & archangelorum, dominationum, potestatum, & cunctorum hominum, de quibus Apostolus loquitur: Quae omnia dei manu operata est. De qua & Iob & psalmista commemorant: Manus tua fecit me, & plasmauit me. Omnia enim per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil. De quo rursus Iohannes: In mundo, ait, erat, & mundus per ipsum factus est. Ipse enim dixit, & facta sunt, ipse mandauit & creata sunt. Et hoc quod scriptura Genesios mystico sermone demonstrat: Dixit deus, & factus est deus. Verbo enim domini caeli firmati sunt, & spiritu oris eius omnis uirtus eorum. Nullusque locus est requietionis domini, nisi iste quem propheta subnectit. *¶* Ad quem autem respiciam, nisi ad pauperculum & contritum spiritum, etc.] Sublato altari temploque terreno, quod humana construxerat manus, recte auferuntur & uictimae Iudaeorum, ne forsitan dicerent: Non tam stulti sumus, ut deum puremus loco posse concludi, sed in separato ad sacrificandum loco deo uictimas immolamus, quae lege praecipita sunt. Habitat igitur caeli, imò creator omnium qui in terris templum habere se denegat, humilem & quietum, & trementem sermones suos hominem liber assumit in templum. Iuxta illud apostoli: Vos autem estis templum dei, & spiritus sanctus habitat in uobis. Si quis uiolat templum dei, uiolabit illum deus. Templum enim dei sanctum est, quod estis uos. Quicumque ergo humilis est & quietus, & tremens sermones dei, ipsum respicit dominus, & de ipso dictum intelligi potest, quod sub terra nomine prophetatur: Terra tremuit & quieuit, cum resurgeret ad iudicium deus: Habitatores enim eius pro quibus *metamorphosis* terra dicitur, considerantes iudicium dei, quietem agunt a malis operibus, & sedentes in domo aeterno requiescunt sabbato, ne moueat se ad opus seruite peccati, sicut aedificatores turris moue-

A mouerunt quondam de oriente pedes suos, & ortu ueri luminis reliquerunt: Nec audierunt illud quod ad **Gene. 4. d** Cain dicitur: Peccasti, quiesce. Sed iuxta proverbialia Salomonis: Qui audit deum, habitabit cōfidens, & quiescet absq; timore & omni malo. Iste est humilis atq; pauperculus, & cōtritus spiritu, tremensq; sermones dñi, de quo scriptū est in euangelio: Beati pauperes spiritu: quonia ipso rū est regnū coelōrū. **Mat. 5. d** Et alibi: Beatus qui intelligit sup egenū & pauperem. Et rursum: Spiritus domini super me, propter qd' unxi me, euāgelizare pauperib; misit me. Quod q; sequitur in editōe uulgata: Iniquus autem, in Hebraico non habetur, sed simpliciter iugit & dicit: Qui immolat bouem, quasi qui interficiat hominē. Qd' & in alio scriptum est loco: Misericordiā uolo, & nō sacrificiū, scientiā magis dei, q̄ holocaustum. **Malach. 2. c** Et per Malachiā: Omnia quæ oderā, faciebatis, operientes lacrymis altare meum: nunquid dignū est ut respiciam ad sacrificiū uestrū, & suscipiā placabile quid de manibus uestris? Audiant Iudæi q' deus non querat sacrificia, sed offerentium animū. Et qui maculat, inquit, pecus, quasi q' excerebret canē. Vnde & per Moysen scriptū est: Non offeres mercedē meretricis, neq; precium canis in domo dei tui. Pulchre q; canis & meretrix copulantur, quæ utrunq; animal pronū est ad libidinē. Simulq; cōsideremus q' non dixerit: Qui immolat arietem, quasi q' immolat canem, sed occidat, inquit, canē: Quod uerbū non ponitur in sacrificijs, sed in his quæ trucidant illicitē. Qui offert oblationē & sacrificiū, quasi qui sanguinē suillū offerat. Quod & ipsum lege prohibet, tales sunt ceremoniæ Iudæorū. Qui thus tribuit quasi blasphemus, imō quasi benedicēs idolo. Postest autē & hic esse sensus: Post filiū meum qui uenit māfuetus & pauper, sedens super pullum asinæ, nolo carnes, uicinas detestor, sacrificia Iudæorū, umbras legis reprobo, quia delectabilis mihi est ueritas euangelij. Sin autē hoc dicitur, quod post fulgur euangelij, uetus religio cesset in nube: Quid respondebunt, qui credentes ex Iudæis arbitrantur absq; noxa sui posse carnaliter offerre sacrificia? **¶ Hec omnia elegerunt, etc.** Immolare bouem, maculare arietem, offerre sacrificium, thus succedere, quæ ita habet deus, quasi homicidium, & oblationem canis, & suillum sanguinem atq; blasphemiam ipsi elegerunt, & ut talia colerent, eorum arbitrij fuit. Iuxta quod dicit per Ezechiel: Dedi eis iustificationes non bonas, & præcepta non bona, & in uijs, inquit, suis ambulauerunt, non ip̄ uia domini: Et abominationes suas anima eorum uoluit, ut amatores magis essent sui, quā amatores dei. Quam ob causam illis eligentibus uias suas, & non eum qui dicit: Ego sum uia, & dominus elegit illusiones siue illusores eorū, quæ Hebraicē dicuntur **חַלְמֵי** id est, **חַלְמֵי**, ut cōstituat principes pessimos, & omnia mala eorum, siue quæ ti-

mebāt, pariter adducat. Causas q; reddit, cur traditi sint c scribis & pharisæis illusoribus suis, de quibus prius psalmus iuxta Hebræos canit: Et in cathedra illusorū non sedit, quos appellant Lxx. pestilentē, quales fuerunt filij Heli, filij pestilentiæ, pro quo in Hebraico scriptū est: **חַלְמֵי** hoc est, diaboli. Quia inq; uocauit, & nō erat qui responderet, Iocutus sum, & nō audierunt fecerūtq; malum in oculis meis, & quæ nolui, elegerūt: quos uersus secūdo ponit in præsentico & supra, ubi dicitur: Num merabo uos in gladio, & oēs in cede corruetis. Quia uocauit & nō respondistis: & cetera similiter. Qd' testimoniū, quo sensu accipi debeat, ibi dictum est. **¶ Audite uer. etc.** De quib; ante iā dixerat: Super quæ respiciam, nisi sit per humilē & quietū, & tremētē sermones meos, ipsi præcipit ut contemptis uicinis Iudæorū, & omni scribarū ac pharisæorū tumore despecto, trāseant ad eius cultū, quem uocantē illi audire noluerunt, atq; contempserunt, & fecerunt malū in cōspectu eius: Nec hoc præceptorū sine cōtentus est, sed imperat eis mandātū euangelij, ut diligant inimicos suos, benefaciant his qui oderunt se, & orent pro persecutoribus suis, & imitentur clementiā patris: Qui oriū facit solem suum super iustos & iniustos, ut uidentes, inquit, opera uestra, glorificent patrem uestrū qui in cœlis est. Quod post generalē intelligentiā spiritualiter apostolis præcipitur, & apostolicis uiris, ut diligant Iudæos psecutores suos, & eos qui se abominant, in loco fratrū habeant, dicentes cum Petro: Viri fratres & patres audite. Et Paulo apostolo: Tristitia mihi est, & cōtinuus dolor cordi meo pro fratribus meis qui sunt Israelitæ. Glorificatur autē nomen dñi, quando uiderit hominē persecutorū ferociā nostrā frangi patientia, & uerberantē manum alterius, male obuersione confundi. Quibus in euangelio præcipitur: Luceat lumē uestrū coram hominibus, ut uidentes bona opera uestra, glorificent patrem uestrum qui in cœlis est. Et in Apocalypsi Ioannis: Timeat deū, & date ei gloriam. Paulus quoq; scribit ad Corinthios, prouocans eos ad cōtinentiā: Ut glorificetis deū in corpore uestro. Et rursum: Siue comeditis, siue bibitis, omnia in gloriā dei facite. Vnde & dñs maledicentibus non remaledicebat: Et pro persecutoribus precabatur. Quod autē præcipit: Dicit fratribus uestris, nō simpliciter accipiendū est, alioquin multi fratres uocāt, & in corde nō retinēt charitatē, de quibus scribit apostolus: Deū cōfitemē se scire, operibus autē negant. De quib; & dñs loquebat: Nō omnis qui dicit mihi: dñe, dñe, intrabit in regnū coelorum: sed qui facit uoluntatē patris mei qui in cœlis est. Sicq; stare potest illa sententia: Nemo dicit, dñs Iesus, nisi in spiritu sancto. Nā cū hæretici dicant dominū Iesum, & multi in resurrectione dicturi sunt: Domine, nōme in nomine tuo prophetauimus, & uirtutes multas fecimus: Respondit eis dominus: Recedite

A Recedite a me, nescio uos, operarij iniquitatis. Ergo dicere nō sermone, qui facilis est, sed affectu & operib; cōprobatur. Ex quibus discimus, eundem esse utriusq; testamenti dñm, qui præcipit, ut si uiderimus iumentum inimici nostri cadere sub onere suo: nō transeamus, sed leuemus cum eo: & si bouem aut asinū inuenimus errātem, reddamus ei. Hæc iuxta Lxx. Porro iuxta Hebraicū, hic mihi sensus uidetur: Audi te apostoli, audite discipuli mei, qui tremistis uerbum dñi: narabo quid dixerint fratres uestri qui oderunt uos, & abierunt propter nomē meū: Glorificet dominus, & uidebimus in lætitia uestra, ipsi autem confundentur. **¶ Vox fremitus de ciuitate, uox de templo, uox domini reddentis retributionem inimicis suis.** **HEB.** Antequā parturiret, peperit: antequā ueniret partus eius, peperit masculū. Quis audiuit unq; tale? quid uidit huic similitē? Nūquid parturiet terra in die una, aut parturietur gēs simul, quia parturiuit & peperit Sio filios suos? Nunquid ego qui alios parere facio, ipse nō pariam, dicit dñs? **Si** his humilem introductis deum: quid crucifixū & uirum dolorum, & scientem ferre infirmitates: uolumus eum in sua (ut dicitis) maiestate conspicere regnantē: suscipiemus & in sua gloria triumphantem: humilem atq; defectum uidere non possumus. Statimq; infert: Ipsi autem confundentur: subauditur, qui loquuntur talia, qui non intelligunt mysteria scripturarū: malisq; suis sentient eius potentia, quem pro humilitate contempserant. **¶ Vox fremitus de ciuitate, etc.** Lxx. pro fremitu, clamorem posuerūt: & cetera similiter. Volumus scire quæ sit confusio Iudæorum, qui dixerunt: Glorificetur dñs: ut uestram lætitiā uideamus, & triumphos regis uestri, nequaquam cassis promissionibus, sed oculis contemplerur. Vox, inquit, clamoris de ciuitate. Haud dubiū quin Hierusalem significet Romano exercitu circumdatam, & in tres partes intus seditione diuisam: quando unus templum obtinuit, & omnia prius sancta possedit: forinsecus cōtra hostes, intus cōtra cōtra ciues dīmicans. Eo tempore & in urbe & in templo, tam sacerdotū & leuitarum, quā uulgi ignobilis, mulierumq; ac puerorū ululatus auditus est: quando redidit dñs retributionem inimicis suis, implens comminationem qua dixerat: Relinquet uobis domus uestra deserta. Et illam prophetiam: Dereliqui domū meam: quando presides templi consona angeli uoce dixerūt: Transeamus ex his sedibus. De quibus non solū Iosaphus Iudæicæ scriptor historiae, sed multis prius seculis Psalmista testat, dicens: Vidi iniquitatē & cōtradictionem in ciuitate, quæ circumdedit muros eius tota die & tota nocte: ita ut subuerteret ciuitas, & impleret aliud uaticiniū: Sio quasi ager arabij, & Hierusalem quasi caesula in cucumerario relinquet. **¶ Antequā parturiret, peperit, etc.** Clamor resonante de Hierusalē & tēplo eius, quādo obfessa atq; subuersa est: & inimicis Christi qui deū regē suscipere noluerūt, recipientib; pro impietate sua atq; blasphemijs eterna supplicia: ecclesia in nomi-

ne dñi congregata, de qua in Psalmo dicitur: Homo natus in ea, & ipse fundauit eā altissimus: antequā parturiret, peperit: antequā ueniret partus eius, genuit masculū. Non em̄ multo tempore, ut populus Iudæorum per Abraham & Isaac & Iacob & duodecim patriarchas, & rursum per liberos eorū ac nepotes creuit in maius: sed ad euangelicam prædicationem statim omnis mundus concepit, & parturiuit, & peperit masculū, quem Pharaō & Herodes conabant occidere: qui & in Moyse & in Christo saluatus in Aegypto est. Deniq; Abraham & Isaac masculos habuere liberos, & Iacob multorū filiorū pater, unam genuit filiam, pro qua dura perpeffus est. Qd' si filia Salphaad dei sententiā recipiunt hereditatem patris: Hoc considerandum est, quod pater carū in peccato suo mortuus sit: qui nullū filiū genuit: & Moyses nihil super eis ausus fuerit iudicare: sed reuoluit ad dñm, qui eas ne inopes permanerent, iussit fratrib; copulari. Genescos quoq; narrat liber, quod postquam cœperūt homines multi fieri, qui numerus semper in uitio est: & filij eis nati sunt, acceperunt eas: non angeli, sed filij dei, de quibus orti sunt gigātes: Siue ut in Hebræo scriptum est **גִּימְטֵי** id est, **גִּימְטֵי**, id est, irruentes. Econtrario ad sanctum dicitur: Vxor tua sicut uitis abundans in laterib; domus: filij tui sicut nouellæ oliuarū, in circuitu mēse tuæ. Et iterū: Videas filios filiorum tuorum. Peperit igitur Sion, hoc est, reliquit ex Israēl & apostolorum creditū fides, masculū dñm saluatorem: qui in toto simul orbe generatus, quod nullus audiuit, qd' nulla narrat historia, aut alicuius doctrina, ut omnes in breui tēpore crederēt nationes, & de uniuersis gētibus, una gens fieret Christianorū: de qua & Paulus loquit: Si qua in Christo noua creatura: uetera transferūt, ecce facta sunt noua. Iuxta illud quod alibi scriptū est: Et adorabit in cōspectu eius omnes familiæ gentium, quia dñi est regnū & ipse dominabit gentiū. Omnes enim (ait) gētes quas fecisti, uenient & adorabunt coram te, & glorificabunt nomen tuum: de quo dicit Iacob: Ipse est expectatio gentium. Et Psalmista: Spes omnium finiu terræ. Et idem Esaias quem nunc edisserimus: Erit radix Iesse, & qui surget, ut princeps sit gentium, in ipso gentes sperabunt: implentibus apostolis quod præceptū est, Doce te omnes gentes, baptizantes eas in nomine patris & filij & spiritus sancti: ut nascat nouus populus, de quo & uicelimus primus Psalmus canit: Annūciabunt cœli iustitiam eius, populo qui nascetur quem fecit dñs. Et iterū: Popul' qui creabit, laudabit dñm. Hic autē populus uno creatus est die, quem illustrat sol iustitię, dicitē scriptura: Erit tibi dñs lux sempiterna. Possumus hoc quod dicit: Orietur gens simul, quia parturiuit & peperit Sio filios suos: Et ad illud tēpus referre, quādo una die tria milia & quinque milia de Iudæico populo creditur

A derit. Dicitur quoque in eodem Actuum apostolorum libro, quod de uniuersis gentibus, quae sub caelo sunt, fuerint in Hierusalem, qui audiebant uarijs linguis loquentes magnalia dei. Quod quod sequitur iuxta Lxx. Ego autem dedi expectationem hanc, & non recordata es mei, dicit dominus: Nonne ego parientem & sterilem feci, dixit deus tuus. Manifesti in Hebraeo ponitur, cui & reliqui interpretes congruunt: Nunc quid ego quod alios parere facio, ipse non pariam, dicit dominus: Si ego qui generationem caeteris tribuo, sterilis ero, ait dominus deus tuus: secundum illud quod alibi dicit: Qui plantauit aurem, non audiet: qui finxit oculum, non considerat: quod scilicet qui omnes homines creauit ex nihilo, possit de uniuersis gentibus unam partem in se credentium ecclesiam facere. Denique in XXVIII. psalmo ubi nos legimus, Vox domini concutientis desertum: in Hebraeo scriptum est, Vox domini parere facies desertum: ut deserta prius ecclesia generet, & perficiatur cerui aperitis salibus atque contritis. Porro iuxta Septuaginta hic sensus est, quod uno tempore ad praedicationem euangeliorum una gens totius orbis oriat. Per multos prophetas saepe promissum, & non meministi promissionis meae. O urbs quae clamoribus plena. O templum quod a domino derelictum est. O popule cui reddidi uiscerum tuorum: Nonne ego, inquit, feci parturientem & sterilem: quae prius fuerat sterilis, postea pariturum & peperit. De qua in Psalmo scribitur: Qui habitare facit sterilem in domo, matrem filiorum tantam. Vel certe rerum ordo conuersus est: Pariens facta est sterilis, & quondam sterilis peperit plurimos, quod domini ista sententia est. *¶ Latamini cum Hierusalem, etc.* Apostolis praecipitur & apostolicis uiris, qui diligunt uirantem Hierusalem, & eam quae corrumpit plangentibus atque lugentibus, & illam quae surrectura est, omni desiderio praestolantibus, ut gaudeant cum ea & in ea, quae edificata sit uicibus lapideis, qui uoluntur super terram, & in rotarum Cherubim similitudinem, sequuntur spiritum praecedentem: non in his qui in aeternis cineres dissoluti sunt. De quibus dominus loquebatur: Amen, amen dico uobis: non permanebit lapis super lapidem, donec compleantur omnia haec. Gaudete, inquit, cum ea gaudio, uniuersi qui lugentis eam. Quales supra Petrum & Paulum apostolos docuimus, & omnes qui expectabant redemptionem Israel, ut lugent & repleantur uberibus consolationis eius. Neque enim poterat fieri, ut quae genuit masculum, & erat puerpera, careret lactis abundantia in educationem eius gentis, & paruulorum qui simul nati fuerant, ut praeberet eis duo ubera, nequaquam ut prius in Aegypto fracta & saccata, sed integra & uirginali decore standia ue-

Psal. 93. b

Psal. 112. a

Matth. 2. 4. a

teris ac noui instrumenti ad praebendum rationale lac. De quibus sponsus ad eam loquitur: Bona ubera tua super uinum. Ipsi erant de quibus specialiter dicebat: Beati lugentes, quoniam ipsi consolabuntur. Et hoc notandum quod qui paruuli sunt, consolationis indigent lacte, & adhuc in mortali uersantur loco. Qui uero post lac consolationis ad solidum profecerint cibum, delictis absuēt ueritatis, & scientia omnimoda gloria, quae Hebraice dicitur *ἰσχυρὸν* Pro qua Septuaginta, introitus: Symmachus, pinguedine: Theodotus, multitudinem interpretat sunt. Hoc diximus, ut psalmi septuagesimi noni uerbum pandemus ambiguum, in quo scriptum est: Vastauit eam aper de sylua, & singularis ferus depastus est eam. Pro eo enim ubi in nostris Graecis codicibus. legitur *ἰσχυρὸν*, id est, singularis ferus: in Hebraico scriptum est *ארי* Quod Aquila ita translit *μαρδουανὸν λέωνος*, hoc est, omnimodum regionis: ut significaret non solum a Romanis, sed a cunctis gentibus Israel esse uastatum. Introitus autem gloriosus ecclesiae, ille intelligendus est: de quo scribit Iohannes apostolus: Et in XII. portis erant XII. margaritae, & platea ciuitatis auro mundo sicut uitrū perspicuum. Ista margaritae prohibet dominus mitti ante porcos, quas negotiator bonus cum in prophetis inuenit & apostolis, pergit ad unum pretiosissimum margaritum: non priores abiciens, sed per illas quarens pretiosius. *¶ Quia haec, etc.* Extructa per apostolos Hierusalem, & instaurata in priorum statum, postquam filij & habitatores eius uberibus fuerint consolati, & lactis abundantia ad delicias peruenierint ueritatis, per quas peruenit ad gloriam dei: Tunc dominus declinabit super eam fluuium pacis, de quo crebro diximus: Flumen dei repletus est aquis. Et: Fluminis impetus laetificat ciuitatem dei, ut pace omnia possident, & nationum cessantibus bellis: de quibus scriptura dicit: Dissipa gentes quae bella uolunt, torrens doctrinarum dei irriget arua credentium. Tunc filij eius sine paruuli, ut Lxx. transulerunt, in humeris portabunt, & super genua consolationem accipiet in humeris. De quibus & in priorum prophetia dictum est: Et quos Iacob imprecat filio suo Ishaar: Quia suppositus humerum suum ad laborandum, & uocatus est uir agricola. Sudore enim & labore nimio ad ubertatem fructuum peruenimus. Unde & ad Sio per Hieremiam dicitur: Da cor tuum in humeros tuos, ut a mandatis intelligat dominum, imitans eum de quo scriptum est: Hic sus coepit facere & docere: ut non otiosa sit fides, sed per opera currat ad praemium. Genua autem & sinus quid significet, & supra breuiter exposui, & nunc Abraham exemplum docere nos poterit, in cuius sinu Lazarus requiescit, & oes de oriente & occidente ueniētes, qui accubent cum Abraham, Isaac & Iacob. *¶ Quomodo stetit, etc.* Lxx. pro se-

Matth. 4. 1. a
Matth. 23. d
Deut. 32. b
Gen. 4. d
1. Cor. 14. a
1. Tim. 6. c
Matth. 5. a
Psal. 49. a
Psal. 67. d
4. Reg. 6. d
4. Reg. 2. b
Psal. 103. a
Gen. 4. f
Psal. 43. a

A uis, posuerunt timētes pro inimicis, incredulos: cetera similiter. Misericordiam creatoris in creaturas suas, exemplo marum discimus: quae liberos amore in sinu nutrit entes, omnē superant charitatem. Denique uolens deos ostendere, quomodo diligat quos creauit: Nunc quid obliuiscetur (ait) mulier, ut misereatur sobolis uteri sui: sed & si illa fuerit oblita, ego tamen non obliuiscar tuam. Quem sensum & illud habet euangelicum, in quo dominus loquitur ad Hierusalem: Quotiens uolui congregare filios tuos, sicut gallina congregat pullos suos sub alas suas, & noluit: Et Deuteronomium, in quo tale quid resonat: Sicut aquila protegit nidum suum, & pullos suos desiderat: expandens alas, suscepit eos, & portauit in humeris suis. Atque qui de animantium scribere naturis, omnium quidem bestiarum & iumentorum & pecudum animi quod in filios pullosque suos affectum, sed maximum esse amorem aequilam, quae in excelsis & inaccessis locis nidus collocat, ne coluber fortis uisus: amethistis quoque inter pullos eius lapidē reperit, quo omnia uenenata superentur. Si hoc uerū est, recte affectus dei in suas creaturas a quilibet comparatus est, qui omni custodia protegit liberos suos, ne draco & coluber antiquus, diabolus & satanas obrepant nouellis foetibus, ut ad nomen lapidis qui ponit in fundamentis Sion, omnes aduersarios frangat in insidiam. Haec autem Hierusalem in qua consolabuntur a matre filij, & in genibus palpabunt: illa est de qua scribit Apostolus: Quae autem sursum est Hierusalem, libera est, quae est mater omnium nostrum. Cuius consolationis lacte saturatus, consolabatur caeteros, qui eius sermonibus indigebant, dicitur: Benedictus deus pater misericordiarum, & deus omnis consolationis, qui consolatur nos in omni tribulatione, ut & nos possimus consolari eos qui in omni sunt tribulatione, per consolationem qua ipsi consolamur deo: qui postquam fuerint consolati, dicet ad eos: Et uidebitis & gaudebit cor uestrum, & ossa uestra quasi herba germinabunt, sicut orientur: aut iuxta Symmachum, florebunt. Videbit autem haud dubium quoniam, quae uera laetitia est. De quibus dominus loquebatur: Beati mundo corde, quoniam ipsi deum uidebunt. Cuius uisio perfectum est gaudium, quod in plena fidei corde uersatur, & ossium germinatio subsequitur. De quibus ante iam diximus. Quorum si lector oblitus est, recurat ad explanationem primitiam: Melius est enim illi scripta relegere, quam nos dicere replicare. Et nota (inquit) erit manus domini seruus eius, uel timentibus eum: & comminabit inimicis, sicut incredulis suis. Manus autem uel pro potentia accipitur, quod possit deus omnia facere quae promittit, iuxta illud quod ex persona dei Moyses loquitur ad Pharaonem: Nunc mittam manum, & percussam te, & populum tuum interficiam, & deleberis de terra. Et rursum ipse ad eundem tyrannum: Ecce manus domini erit super ius tuae: de qua ad deum Psalmista dicebat: Manus tua gentes interfecit, & plantasti eos. Aut certe manus domini, Christus intelligendus est: de quo & supra legimus: Manus mea fecit haec omnia. Quam nota facit dominus seruus eius, & timentibus se: & comminabit incredulis & inimicis suis: ut alijs promittat praemia, alijs supplicia comminet. In quo consideranda uerborum proprietates, quod non dixerit: Inferet inimicis suis, sed comminabitur per comminationem deterriti, & ipsi ad deum trans-

eant seruitutem. *¶ Quia ecce dominus in igne ueniet, etc.* Manus domini quae nota fiet seruus eius & timentibus eum, ipsa comminatur incredulis sicut inimicis eius, ut si non egerint poenitentiam, sustineant quae sequuntur: Ecce enim (inquit) dominus in igne ueniet, & quasi turbo sicut tempestas currus eius: Quas debemus intelligere angelicas potestates, quando uenturus est dominus in gloria patris cum angelis suis, iudicare uiuos & mortuos: non quo dominus ignis sit, sed quo sustinentibus poeninas esse ignis uideatur. Et licet Moyses dixit, id ipsum apostolo confirmante: Deus ignis consumens est: Attamen saluator exprimens diuinitatis substantiam, ait: Spiritus est deus. Inter spiritum autem & ignem secundum intelligentiam corporalem, multa diuersitas est. Quod si ignis aut spiritus est, quomodo oculos & aures & manus & pedes & uentrem & caetera corporis membra habere dicitur, quum haec spiritus ignis non habeat? Ignis ergo consumens appellatur deus, ut quicquid in nobis uitiorum est, sicut ligna, stipulamque consumat: & spinas, id est sollicitudines seculi huius, quas pro bono semine terra attulit infocunda: de qua ad Hebraeos dicit: Quae autem affert spinas & tribulos, reproba est, & maleficio proxima: cuius finis consumptio est. De hoc igne & in Euangelio dominus loquebatur: Ignem ueni mittere super terram. Et supra legimus: Ardebit sicut ignis iniquitas, & sicut gramen aridum consumet ignis, & omnia zizaniana quae inimicus homo superfeminauit, dormiente patrefamilias. De quo & in epistola Iacobi scribitur: D paruus ignis quae grandem succendit materiam. Et in Proteribis: In multis lignis uiget ignis. Quoniam in eo quod proteribium est, aliud possit intelligi. Hic puto ignem sedisse super linguas apostolorum omniumque credentium, quando linguis uarijs loquebantur, & omnes erroris fugabat tenebras, & illuminabat corda eorum, qui recipiebant sermonem domini. Quod autem sequitur: Quasi tempestas currus sicut quadrigae eius, psalmorum edisseremus exemplis, in quibus scriptum est: Deus manifeste ueniet, deus noster & non tacebit. Ignis ante eum ardebit, & in circuitu eius tempestas ualida. Et alibi: Currus dei decem milibus multiplex militia laetantium. His currus & equis Helias erat circumdatus, quos puer eius uidere non poterat. Unde ait: Domine, aperi oculos pueri huius ut uideat. Et apertis (inquit) oculis uidit currus & quadrigas & equos per circuitum. Hoc currus igneo & Helias raptus ad coelum est, quando clamabat Helias: Pater mi, pater mi, currus Israel & auriga eius. Haec autem uniuersa narrantur, non quo deus aut currus habeat aut quadrigas aut equorum uelocitate portet: de quo alibi scriptum est: Qui ambulat super pennas uentorum. Sed quomodo in solio sedere dicitur, quando assumit habitum iudicis: sic quando ad iudicium uenit, ut debellat aduersarios suos, in habitu uictoris & triumphantis ostenditur. De furore domini crebro diximus, quae sic accipi debeat, quomodo obliuio eius & poenitentia & contritatio & affectus caeteri, qui dei non conueniunt maiestati. Et in hoc igitur igne & furore, in his curribus & in flamma ignis iudicabitur omnis caro, sicut ipse dominus cum creaturis suis: ut non poterit, sed iudicij ueritate uideatur ferre sententiam: iuxta illud quod in Michea proluximus, & in L. psalmo breuius dicitur: Ut iustificeris in sermonibus tuis, & uincas quum fueris

Deut. 4. d
Ioan. 4. d

Heb. 6. b

Luc. 12. f
Sup. 9. d

Matth. 13. d

1. Cor. 3. a
Pro. 26. c

Act. 2. a

Psal. 49. a

Psal. 67. d

4. Reg. 6. d

4. Reg. 2. b

Psal. 103. a

A iudicatus. Gladius aut quo omnis caro est iudicanda, ille accipiens de quo & prius diximus, & nunc dicemus ex parte. Nisi conuersi fueritis, gladium suū uibrabit. Hunc gladium punitore carnis peccatricis omniumque uitiorum, Israelitae in manus Pharaonis datū queruntur. Dicuntque
Exod. 4. d Moysi & Aaron: Videat deus uos & iudicet, quia abominabilem fecistis odore nostrum coram Pharaone, ut daret gladium in manus eius & interficeret nos. De hoc gladio & I Amos scriptum est: Gladio interibunt omnes peccatores populi: quum utique & alia sint genera poenarum. Quicquid ergo pungit & percutit & torquet & cruciat: in scripturis sanctis, gladio appellatur: quo gladio uulnerabunt sine intermissione, qui dei non fecerint uoluntate: & omisso lumine ueritatis, tenebris ferre erroris inuoluerint. De quibus scriptum est in Hieremia: Si mutabit Aethiops pellē suam. Et in Sophonia: Et uos B Aethiopes uulnerati, siue interfecti gladio meo eritis. Omnem loci istius continentiam, quo sensu accipienda sit, Apostolus prolixius edisserit, scribens ad Romanos: Iuxta duritiam autem tuam & impoenitens cor, thesaurizas tibi iram in die irae, & reuelationis iusti iudicij dei, qui reddet unicuique secundum opera sua. His quidem qui iuxta patientiam operis boni, gloriam & honorem & incorruptionem querentibus uitam aeternam. Qui autem ex contentione & increduli sunt ueritati, acquiescant autem iniquitati, ira & furor, tribulatio & angustia super omnes homines qui operantur malum, iudaei primum & ethnici. **a ¶ Qui sanctificabantur & mundos se putabant in hortis: post ianuam intrinsecus qui comedebant, etc.]** Symmachus & Theodotus hunc locum ita interpretati sunt: Qui sanctificamini & iustitiamini in hortis alter post alterū inter eos qui comedunt carnem suillam & abominationem & murem, simul deficient, dicit dñs: uolentes ostendere, non ipsos comedere carnem suillam, & abominationem & murem qui sanctificant in hortis alter post alterū: sed eos qui iustrantur uersari cum eis qui comedunt quae prohibita sunt. Arguit autem sermo diuinus populos Iudaeorum, imò scribas & phariseos: quos & dñs arguebat, dicens: Vos estis qui iustificatis uosmetipsos coram hominibus: deus autem scit corda uestra: quoniam quod in hominibus excelsum est, abominatio est apud deum. Vnde **Math. 23. c** increpabat eos atque dicebat: Vae uobis scribae & pharisei, hypocritae, qui mundatis quod foras est calicis & paropliidis, & intus pleni estis immunditia. Et iterum: Qui estis sepulchra dealbata: intus autem pleni estis ossibus mortuorum, & omni spurcitia: qui ore suo benedicebant, & corde suo maledicebant, qui domino loquebantur pacifica, & mollebant uerba sua super oleum, ipsi autem erant iacula: de quibus rectissime dice-

batur: Populus hic labijs me honorat, cor uero eius li-
 ge est a me. Praecepit autem per Moysen deus, ut si quis praeuentus fuisset in peccato, uaccae rufae aspersus cinere, & alijs expiationis modis, per sacrificia & uictimas rediret ad templum, quod illi negligentes, in locis deliciarum & uoluptatū, hoc est, in hortis amoenissimis, uel baptisteria extruebant, uel piscinas ad areolas irrigandas, adulteria & omnem libidinum turpitudinē, simplicibus aquis abluere se putantes: quibus rectissime illud aptabitur: & non dem flumine purgāt. Nec alicui uideatur in cogruum, si quae geruntur turpiter, manifestius explicentur in correctione eorum, qui talia committere non erubescunt: que turpe est & dicere, dum scortis adherent in modum canum, & masculi in masculos exercent turpitudinem, retributionem peccati in semetipsos recipientes: qui hac opera faciunt, uoluntate & sceleribus, cum his sunt qui carnem suillam comedunt: & omnia quae lege prohibentur, & murem, quem nos glrem uocamus, uel iuxta Orientis prouincias *uulgus*. Et illi igitur qui haec comedunt, & hi qui exercentes omnem turpitudinem, talia agunt quae & ethnici forte non faciunt, pariter consumentur. Secundum tropologiam possimus dicere: Omnes uoluptatis magis amatores, quam amatores dei, sanctificari in hortis & in liminibus: quae mysteria ueritatis non ualent introire: & comedere cibos impietatis, dum non sunt sancti corpore & spiritu: nec comedunt carnem Iesu, neque bibunt sanguinem eius. De quo ipse loquitur: Qui comedit carnem meam & bibit sanguinem meum, habet uitam aeternam. Et enim pascha nostrum immolatus est Christus. Qui non foris, sed in domo una & intus comeditur. **b ¶ Ego autem opera eorum & cogitationes eorum uenio ut congregem cum omnibus gentibus & linguis, & uenient & uidebunt, etc.]** Prius quod exponam quid significet enumeratio gentium plurimarum, breuiter de interpretationis uarietate dicendum est. Tharsis, lingua Hebraea mare appellatur: & (ut aiunt) India regio: licet Iosephus littera commutata, Tharsum putet nuncupari pro Tharsis urbem Ciliciae: ad quam Ionas de Ioppe fugiens, ire cupiebat. Phud autem siue Phul, Libyes, omnisque Africa usque ad mare Mauritaniae, in qua fluuius hodie qui Phud dicitur: & cuncta circa eum regio Phutenis appellatur. Lud autem Lydos uocant: quorum coloni Hetrusci, qui nunc Thuci appellantur, quondam mittendarum sagittarum peritissimi, & nunc dicunt sedentes sagittarum quo in Hebraico legitur *קושי*. Quod abscis Septuaginta omnes similiter transtulerunt, tendentes arcum. Et Septuaginta posuerunt *uobis*, nomen pro uerbo interpretantes. Quod si accipiamus, Cappadocae significat: quorum metropolis Mazaca, quae postea a Ca-

A sare Augusto, Caesarea nomen accepit. Qui nescio quid uoleres, etiam in Genesi ultimū filiū Aram, id est, Syrorū Damasci, qui appellat Mes, interpretati sunt *uobis*, p quo nos rectius Moconas traserimus. Thubal aut siue Thobel, aut Italia interpretatur: aut Iberia, hoc est, Hispania, ab Ibero flumine: unde & hodie Hispaniarum regio appellat Celtiberia. De quibus pulchre Lucanus: Galloru Celtae miscentes nomē Iberi: quos nos possumus Gallohispanos dicere. Graeci aut qui sermone Hebraico appellant Iauan, Ionas significant: unde & Graeciones, & mare Ionū. Et hoc considerandū, quod maxime Orientales de Iapheth posuerit nationes, uno filiorū Noe, licet in Tharsis & Phud, Sem quoque & Chā, id est, India & Aphricę nominū fuerit recordatus, ut totū orbē ostēderet. Venit ergo dñs, ut opera & cogitationes cōgregēt singulorū. Ex quo discimus nō solū opera, sed & cogitationes esse in die iudicij iudicandas. Qui enim uiderit mulierem ad concupiscendum, iam moechatus est eā in corde suo. De quibus dicitur: Nunc cunctederunt eos cogitationes suae, quando iudicabit dñs abscondita hominū secundū euangeliū Iesu Christi: ut illud quod Apostolus scribit, ueritate iudicij cōprobet: inuicem cogitationib, accusantib, & satisfaciētib, in die qua iudicabit deus abscondita hominū: ut cogitationes nostrae omnes uo tempore congregatae, iusto iudice probent: dū aut accusat nos nostra cōscientia, aut satisfaciē pro delicto, utriū plura sint peccata, an bona opera, & utriū uetera an noua, utriū deleta penitentia, an nouis sceleribus instaurata, quando dicit dñs: Uias eorū dedi in capita eorū, & cogitationes eorū reddā eis. Qui finxit sigillatim corda eorū, & intellegit omnia opera eorū. De quibus & in alio loco legimus: Tu cognoscis corda hominū solum. Nemo enim scit quae sint in homine, nisi spiritus hominis qui est in eo. Vnde & per Hieremiam loquit deus: Ego deus appropinquans, & non de longe, dicit dñs: Nunquid abscondet se in absconditis homo, & ego ignorabo? Denique ad scribas dicitur & ad phariseos: Vos estis qui iustificatis uosmetipsos corā hominibus: deus aut cognoscit corda uestra. In quo considerandū: quod non dixerit pater, iuxta haereticorū blasphemias, ne filium uideret excludere, sed deus: quod patri filioque cōmune est. In principio enim erat uerbū, & uerbū erat apud deū, & deus erat uerbū: hoc erat in principio apud deū. De quo idē Ioannes scribit: Ipse autē Iesus nō credebat se eis, quia sciebat omnes, & non habebat necesse, ut aliquis testimonij daret ei de homine: Ipse enim nouerat quid esset in homine. Cui & illud congruit: Sciens autē Iesus cogitationes eorū. Et in alio loco: Sciēs autē Iesus malitiā eorū. Ac ne aliqua sit dubitatio haereticis calumniam faciētib, de uerbo dei, quod nouerit omnia: in epistola quae ad Hebraeos scribitur, prolixius dicitur: Viuens enim sermo dei, & euident & acutus super omnē gladiū bicitem, & diuidēs usque ad partitionē animae & spiritus, artum quoque & medullarū, & iudex cogitationū & sensuū cordis. Nullaque est creatura inuisibilis in conspectu eius. Omnia aut nuda & aperta sunt oculis illius, de quo nobis sermo est. Postquam aut oēs cogitationes in unū fuerint cōgregatae, accusantes nos uel defendentes: tūc omnes gentes & linguae cū cogitationibus suis pariter adducentur in medium. Linguae aut iuxta apostolum Paulū, non solū hominum legimus, sed & angelorū. Ex quo intelligi datur, omnes creaturas a dño iudicandas: nō solū super terram, sed in aere & in caelestibus: iuxta quod ipse in superiorib, dixerat: Inebriatus est gladius meus in caelo ad terrāque descendet. Veniēt aut omnes,

ut uideant gloriā dei, & ponet in eis signū quod in Ezechiele principio sub tau littera Hebraicae interpretatio-
 ne monstrat: Quo signo qui fuerit impressus, manus pcutientis effugiet. Hoc & postes domorū in Aegypto signabant: quando pereunte Aegypto, solus Israel mansit illatus. De hoc signo quod Achaz rex Iuda nolebat accipere, Esaias propheta testat: Propterea dabit dñs uobis signū: Ecce uirgo in utero concipiet & pariet. Vnde & propheta quod promissum fuerat, deprecatur: Fac me cū signū in bonū. Et in alio loco: Dedisti metue-
 tibus te significationē, ut fugerent a facie arcus. Hoc nobis ad patrem ascendens dñs dereliquit, siue in nostris frontib, posuit, ut liberē diceremus: Signatum est super nos lumen uultus tui dñe. Quod aut sequitur: Et mittā ex eis qui saluati fuerint ad gētes, & singulas enumerat, uidet expositioni nostrae esse contrariū. Si enim de die iudicij dicit: Quomodo rursum ad primū recurrit saluatoris aduentū, quando apostoli dirigunt ad gentes, & audiunt ad dño: Ite, docete omnes gentes, baptizantes eas in nomine patris & filij spiritus sancti: Quod ita soluit: Iudicij praedicatur dies, imò comminat: ut metu futurae poenae, recipiant saluatoris aduentū, & apostolorū euangeliū, qui ante mittendi sunt. Pulchre aut dicit: Et mittā ex eis qui saluati fuerint. Nisi enim dñs nobis reliquisset semē, quasi Sodoma essemus, & similes Gomorrae fuissetis. Et Apostolus: Reliquia, inquit, saluatae sunt. Isti mittunt ad gentes in Tharsis & Phud & Lud & Mofoch & Thobel, & Gracias, & insulas plurimas quae longe sunt: & quae nō audierunt nomē dñi, neque uiderunt gloriā eius. De quibus iuxta historiam supra diximus: Nūc stringēda est anagoge. Tharsis interpretatur exploratio gaudij: ut cōsideremus nō ea quae in praesenti sunt, sed quae in futuro, & audire mereamur: Quia in paucis fuisse fideles, ingrediemini in gaudiū dñi uestri. De quo & Petrus Apostolus scribit: Exultate gaudio ineffabili & glorioso, ut laudemus deū dicētes: Impletū est gaudiū os nostrū, & lingua nostra exultatione. Quod sequitur: Phud, interpretatur oris exclusio: ut omnē excludentes blasphemiam, ea loquamur quae bona sunt, atque dicamus: Os meū annūciabit iustitiā tuam dñe, tota die salutare tuū. Et rursum: Non abscondi in corde meo ueritatē tuā, & salutare tuū dixi. Lud quoque in lingua nostra, utilitas ueritatis: & Mofoch, extensio: & Thubal siue Thobel, ductus ad lucū, uel conuersus ad uniuersa, quae omnia uocationi gentiū congruunt, ut utilitatē sequantur per confessionē animae suae, & praeritorū obliti, ad futura extendant. Lugeatque antiqua peccata, & trahant ad lucū atque tristitiā, quae ducit ad uitā. Beati quippe lugentes, quum ipsi ridebunt. Et conuertant omnes ad dñm, ut postea transeant ad gratiā, & sciant dictum ab Apostolo: Gloria & honor & pax omni operanti bonū, Iudaeo primū & Graeco: quum nō solū Iudaeorū deus, sed & gentiū. Porro illud quod dicitur: Et insulis procul, quae non audierunt nomē meū, neque uiderunt gloriā meam: Illis conuenit de quibus supra legimus: Quibus non est nunciātū de eo, uidebunt: & qui non audierunt, intelligent. Et iterū: Apparui his qui me nō in terrogabant: inuentus sum ab his qui me nō querēbant. Dixi: Ecce ad sum, his qui non inuocabāt nomē meū. Insulas aut significari, uel totius orbis gētes, uel ecclesias in toto orbe dispersas, crebro diximus. **a ¶ Et annūciabit gloriā meā, etc.]** Hi qui salui fuerint & missi ad varias nationes, & ad eos qui nō audierāt primū, neque uiderāt gloriā dñi: Annūciabūt eā cū cōsuetibus, & adducent fratres populi Iudaici, quorū reliquiae saluae factae sunt, munus dño de uniuersis gentib, uel ipsos qui

Ezech. 9. b
Exo. 12. b
Psal. 7. b
Psal. 85. c
Ibid. 59. a
Psal. 4. b
Matth. 28
Sup. 1. c
Rom. 9. f
Supra 52. d
Anagog.
Math. 25. b
Pet. 1. b
Psal. 125. a
Ibid. 70. c
Ibid. 39. c
Math. 4
Rom. 2. b
Sup. 52. d
Supra 65. d

A idololatriæ errore contempto, ueri dei notitiam sunt se
 quuti: uel qui de toto orbe ex Israel populo crediderunt:
 Ad quos scribit & apostolus Petrus. Adducunt aut eos
 in equis & quadrigis & in lecticis & in mulis & in car-
 rucis. Pro carrucis, quas solus interpretatus est Sym-
 machus, quæ nos in hoc loco sequuti su-
 mus: Aquila, Lxx. & Theod. mulos tran-
 stulerunt. Et ubi po-
 suere Lxx. Cum um-
 braculis: quæ nos
 dormitoria interpre-
 tari possumus, uel ba-
 sternas: Alij uoce cõ-
 sona transulerunt po-
 gna, quæ nos uarij ge-
 neris interpretamur
 uehicula: ubi aut Se-
 pruaginta & Theodo-
 tio dixerunt, lampe-
 nas: pro quib. Symmachus, lecticas interpretatus est
 Aquila. *o. l. m. a. g. a.* posuit: quod & ipsum lecticas operas
 pellibus significat. Hoc de uarietate translationum di-
 ctum sit. Equos aut & quadrigas & lecticas & mulos
 atq; carrucas & diuersi generis uehicula, angelica pos-
 sumus intelligere ministeria: de quibus alibi ad deum
 dicitur: Ascende super equos tuos, & equitatio tua fa-
 lus. His equis, curribus & quadrigis, Helias raptus ad
 cœlũ est, & Heliseus circumdari se atq; seruari, nescienti
 puero demonstrauit. Et Zacharias uidit in nocte: Ecce
 uir ascendens super equũ rufum, & iste stabat in medio
 duorũ montũ umbrosorũ, & post eũ equi rufi & sturni
 ni & uarij & albi: & dixi, inquit, Quid sunt isti dñer? Et
 ait ad me angelus qui loquebatur in me: Ego ostendã
 tibi quid sint isti. Et respondit uir qui stabat in medio
 montũ, & ait ad me: Isti sunt quos misit dñs, ut peram-
 bulent terram. Ioannes quoq; in Apocalypsi hæc se ui-
 disse testatur: Vidi cœlũ apertũ, & ecce equus albus, &
 qui sedebat super eũ, uocabatur fidelis & uerus, & iusti-
 tia iudicans & bellator: Oculi aut eius quasi flamma i-
 gnis, & super caput eius diademata plurima: habes no-
 men scriptũ, quod nemo nouit nisi ipse, & amictus erat
 ueste alpeisa sanguine, & uocabatur nomen eius uer-
 bũ dei, & exercitus in cœlo sequebat eũ in equis albis,
 uestitus bysso albo atq; mūdissimo, & de ore eius egre-
 diebat gladiũ acutus, ut in ipso percuteret gētes. Equo
 rufo sedebat dñs atq; saluator, humanum corpus assu-
 mens, cui dicitur: Quare rubra sunt uestimēta tua? Et:
 Quis est iste qui ascendit de Edom, solua uestimēta ei-
 de Bosrar? Et sequebant eũ uariorũ colorum equi, uel in
 martyrio rubri: uel sturnini, in uolatu: uel uarij, in uirtu-
 tibus: uel candidi, in uirginitate. Equo aut sedebat al-
 bo, quando post resurrectionem, immortalē & incorru-
 ptum corpus assumpsit. Et quicumq; eũ sequebantur,
 candidis utebant equis, incorruptis uidelicet immor-
 talibusq; corporibus. Longũ est, si uelimus utrumq; ex-
 planare testimoniũ: hoc solũ dicam, quod diuersa ue-
 hicula, quibus homines adducunt ad fidẽ, angeli sint,
 uel sancti uiri qui de hominib. in angelos profecerunt.
 Quod aut uniusquisq; nostrum habeat angelos, multe
 scripturæ docent: e quibus illud est: Nolite contemne-
 re unũ de minimis istis, quia angeli eorum uident quo-
 tidie facie patris, qui est in cœlis. Et puella Rhode Petrũ
 apostolũ nunciantem, alij angelum ipsius esse credebãt.
 Sin aut hoc de minimis dicit & de uno homine, quan-
 to magis de omnibus sanctis: Et præcipue de aposto-
 lis sentiendũ est, quorũ angeli quotidie uident faciem
 patris: iuxta illud quod scriptum est: Circũdat angelus

dñi in circuitu timentũ eũ. Et Iacob de se loquitur: An-
 gelus qui liberauit me. Isti sunt qui ascendunt & descen-
 dunt super filiũ hominis. Qui ueloces sunt in fide, equis
 uehantur: qui multiplices in gratia, quadrigis: qui cõ-
 solatione indigent, lecticis & umbraculis, ut au-
 dire mereant: Per diẽ
 sol non uret te, neq;
 luna per noctem. Mu-
 los autem in scriptur-
 is sanctis dupliciter
 accipimus: Vel in ste-
 rilitate & continētia:
 qualib; sedit Dauid
 & Salomõ: quorum
 alter interpretat, for-
 tis manuat, pacifi-
 cus. Vel in mala par-
 te, de quibus dicitur:
 Nolite fieri sicut e-
 quus & mulus, qui-
 bus non est intelle-
 ctus, quibus propositus erat Dohec. Carrucæ autẽ pro
 quibus (ut supra diximus) Lxx. lectica uehicula, ceteri
 uehicula simpliciter transulerunt: illi intelligendi, de
 quibus Apostolus loquitur: Inuicem onera uestra por-
 tate. Porrò lampenq; splendētia sanctorum intelligen-
 da sunt corpora, & animæ fide dñi illuminatæ: quibus
 dici potest: Vos estis lux mundi. Hic autem omnis ap-
 paratus illõ proficit, ut ingrediamur sanctam ciuitatẽ
 dei, siue sanctum montem dñi Hierusalem: non illam
 quæ occidit prophetas, & quæ lapidat missos ad se, sed
 Hierusalem cœlestem: De qua crebro diximus: Quæ au-
 tem sursum est Hierusalem, libera est, quæ est mater no-
 stra. Et iterum: Sed accessistis ad Sion montem & ciui-
 tatem dei uiuentis Hierusalem cœlestem. Quod uel de
 presentẽ ecclesia possumus intelligere, quæ toto orbe
 per apostolos congregata est, uel de futura: ut impleat
 tur illud quod Apostolus sancto spiritu prophetauit:
 Rapiemur in nubibus obuiam dño in aere, & sic sem-
 per cum dño erimus. Iudæi & Iudaici erroris hæredes
 Hebionitæ, qui pro humilitate sensus nomẽ pauperũ
 susceperunt: omnesq; mille annorũ delicias præstolan-
 tes, equos & quadrigas & rhedas & lecticas siue baste-
 nas & dormitoria, mulosq; & mulas & carrucas & di-
 uersi generis uehicula, sic intelligunt ut scripta sunt: Quæ
 uidelicet in consummatione mundi, quando Christus
 Hierusalem regnaturus aduenit, & templũ fuerit in-
 stauratũ, & immolata Iudaicæ uictimæ, de toto orbe re-
 ducantur filij Israel, nequaq; assumptis alis: sed sarraco-
 Gallico, couinisq; Belgicis & equis Cappadocia atq;
 Hispania, ac rhedis Italia, & matronæ eorum lecticis re-
 ferantur atq; basternis: nequaq; super equos, sed super
 mulos Numidia. Qui aut senatoria fuerint dignitatis,
 & locũ principũ obtinuerint: de Britannis, Hispanis,
 Gallisq; extremis hominũ Morinis, & ubi bicornis fin-
 ditur Rhenus, in carrucis ueniant, occurrentib. sibi cõ-
 citis gentibus, quæ eorũ seruituti fuerint præparata. *4*
 ¶ Quomodo simulant, etc. Qui ad gentes (ait) directi fue-
 rint, & annunciauerint eis gloriam meam: Sic adducet
 fratres uestros de uniuersis nationibus munus dño, cũ
 eqs & quadrigis & lecticis & mulis & carrucis & diuer-
 sis uehiculis in montem sanctũ Hierusalem, quomodo
 solebat filij Israel, dũ eorũ staret religio, & tẽplũ cere-
 monia seruaretur, offerre uictimas cum psalmis in domo
 dñi. Siue ut habetur in Hebraeo, & omnes uoce cõsona
 transulerunt. In uase mũdo: quod & usq; hodie offerunt
 in domo dei, quæ est ecclesia, filij Israel, qui mente cõspi-
 ciunt deum, hostias spirituales cum fructibus atq; uirtu-
 tibus animæ suæ in uasis mundis, hoc est, in sanctis cor-
 poribus.

Aporibus. De quib. Apostolus scribit: An ignoratis quæ
 1. Cor. 3. c. templũ dei estis, & spiritus sanctus habitatin uobis: Et
 sumam (inquit) ex eis sacerdotes & leuitas, dicit dñs: ut
 qui saluari fuerint, gentibus prædicarẽt. De quibus u-
 nus loquebat: Sic nos reputet homo quã ministros
 Christi, & dispensato-
 res mysteriorum dei.
 Et Lucas euangelista:
 Sicut tradiderunt (in-
 quit) nobis, q̄ a prin-
 cipio uiderunt & mi-
 nistri fuerunt sermo-
 nis. De quib. & supra
 1. Cor. 4. b. legimus: Vos aut erit-
 is mihi sacerdotes
 Rom. 2. d. dñi. Quomodo em̄
 in abscondito Iudæus
 est, qui spiritu circũci-
 ditur: de quo scriptũ
 Et
 est: Nos sumus circuncisio, qui spiritu deo seruimus, &
 offerimus spirituales uictimas placentes deo, psalli-
 musq; spiritu & sensu: sic & sacerdotes & leuitæ in ab-
 scondito sunt, qui non feriem generis sequuntur, sed or-
 dinem fidei. Vel certe non dicit de apostolis & apostoli-
 cis uiris, qui principes fuerunt ecclesiæ ex populo Iu-
 daeorũ, sed de enumeratis supra gentibus, de mari, de
 Aphrica, de Libya, de Cappadocia, de Italia, de Gra-
 cia, de cunctis in sulis, quarũ habitatores primum non
 audierant dñm, nec uiderant gloriã eius, & postea uer-
 tentur in sacerdotes, ut qui fuerant cauda, sint caput, &
 qui caput, uertant in caudam. ¶ Quia sicut, etc. Quã-
 do dicit, Assumam ex eis in sacerdotes & leuitas: ostendit
 uetus sacerdotiũ prætermisum, quod tribũ Leuiticã
 cæ debebat: ubi non est electio, sed ordo naturæ, &
 B seruitus est familie per posteror. descendens. Translato
 enim sacerdotio, necesse est ut & legis translatio fiat, &
 electio ad eos pertineat, quibus nequaquam iuxta san-
 guinem, sed iuxta merita atq; uirtutes sacerdotiũ defer-
 tur, qui uenient de insulis gentib. & gloriã dñi nunc-
 ciabunt: Et adducuntur in equis & in quadrigis & in le-
 cticis & in mulis & in carrucis. Quomodo autem cœ-
 lum nouum, & terra noua erit, & noua Hierusalem, ut
 nequaquam dicatur: Cœlum & terra pertransibunt. Et
 iterum: Inuoluetur cœlum quasi liber, & corruptione
 dissipabitur terra: Sic in omnibus nouis, nouus fiet &
 1. Cor. 2. c. populus dei: dicente scriptura: Vetera transierunt, ecce
 facta sunt omnia noua. Et in alio loco: Si qua in Chri-
 sto noua creatura, eritq; & populus nouus. Primitia e-
 nim Christus. Deinde qui sunt Christi in aduentu eius
 cœlumq; & terra noua: de quibus inter octo beatitudi-
 nes dicitur: Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum
 est regnum cœlorum. Beati mites, quoniam ipsi possi-
 debunt terram. Si quidem omnis creatura nunc sub-
 iecta est uanitati in spe, propter eum qui subiecit eam.
 Liberabuntur autem à seruitute corruptionis in glo-
 ria filiorum dei, qui sicut de hominibus filij eius: & sta-
 bunt in conspectu illius semper, & nomen eorum iugi-
 ter permanebit, ut nequaquam illis gēs succedat alia,
 quod factum est in Iudæis: sed maneat in æternum. Et
 erit (inquit) mensis ex mense, & sabbatum ex sabbato,
 ut de carnalibus sabbatis mensibusq; fiant spiritualia
 sabbata delicata, qui sabbatissimus dei populo referua-
 tur. Et mensis spiritualis, quando à puncto usq; ad pun-
 ctum luna complebitur, & suo curret ordine, ut effi-
 ciat mensem, id est calendã, quæ Græcè appellantur
 mensibus, hoc est, mensis noui exordium: apud quos
 inuitum calendarum, non iuxta solis cursum, & diuer-
 sa mensium spacia, sed iuxta lunæ circuitum inci-
 pit & finitur. Hæc est luna, de qua in laude uerĩ Salo-

monis dicitur: Et permanebit cũ sole & ante lunam in C
 generationes generationũ. Quæ in Cantico canticorũ
 appellatur electa. Quæ est hæc quæ processit quasi dilu-
 culi, pulchra ut luna, & electa ut sol admirabilis: Auit
 phyci, & quorũ curæ est de cœlestib. disputare, lunam
 non habere propriũ
 lumẽ, sed solis radijs
 illustrari. Ab ea enim
 semper orbis parte
 cõpletur & fulget, à
 qua soli uicior est,
 nec umbra terra ob-
 scurat: quod & poe-
 ta uno uersiculo de-
 monstrauit: Nec fra-
 tris radijs obnoxia
 surgere luna. Si hoc
 uerum est, & nos tro-
 pologice p̄sumus
 non habere propriũ
 lumẽ, sed solis radijs
 illustrari. Ab ea enim
 semper orbis parte
 cõpletur & fulget, à
 qua soli uicior est,
 nec umbra terra ob-
 scurat: quod & poe-
 ta uno uersiculo de-
 monstrauit: Nec fra-
 tris radijs obnoxia
 surgere luna. Si hoc
 uerum est, & nos tro-
 pologice p̄sumus
 dicere, ecclesiã quæ pace & persecutionib. crescit atq;
 decrescit, & oppressa tentationum tenebris rursum pri-
 stinũ lumen assumit, habere splendore à sole iustitiæ: &
 hoc esse quod dicitur: Splendebit luna quasi sol, habi-
 tatoresq; eius iustos fulgere quasi solẽ in regno patris
 sui. Et per hos menses semen dñi, quod in stauratum est
 in æternũ, uenire ad solennitates suas, quas sanctus my-
 stico ore resonabat, dicens: Annos æternos in mente
 habui, & meditatus sum. De sabbato aut quod signifi-
 cat requiẽ, pleno sermone tractauimus, in eunuchorũ
 & aduenatũ prophetia. Et nũc breuiter est dicendum,
 eos uenire in neomenijs & in sabbatis, qui sex diebus
 in quibus factus est mundus, transiens atq; præter-
 itis, festinant ad septimũ diem, id est sabbatũ: in quo ue-
 ra est requies. De his solennitatibus, credentes Paulus
 apostolus instruebat, dicens: Vnam em̄ habens lex
 futurorũ bonorũ. Et iterũ: Ne quis ergo uos iudicet in
 cibo aut potu, aut in parte diei festi aut neomeniæ: aut
 sabbatorũ quæ sunt umbra futurorũ. Si autem hæc in
 umbra futurorũ bonorum, & in imagine præcesserunt,
 omnis lex spiritualiter intelligenda est: de qua idem di-
 cebat Apostolus: Scimus quia lex spiritualis est, cuius
 mysteria & Dauid nosse cupiebat: Reuela oculos meos,
 & considerabo mirabilia de lege tua. Quæ enim uiden-
 tur, temporalia sunt: quæ aut non uidentur, æterna. De
 quibus omnia celeri disputatione percurrere, non est
 huius temporis. Si enim nec oculus uidit, nec auris au-
 diuit, nec in cor hominis ascenderunt, quæ preparauit
 deus diligentibus se, quomodo nos totius legis quasi
 ouenerũ orbis descriptionẽ in breui tabella conamur
 ostendere? Quodq; sequit: Veniet omnis caro ut ad-
 ret in conspectu meo in Hierusalẽ: Sciendũ quod in He-
 braico non sit scriptũ, Hierusalẽ: ut decutiãmus super-
 cilij Iudæorũ: sed tantũ, in cõspectu meo, ut sermo dñi
 compleatur, dicentis in euangelio: Amen amẽ dico uo-
 bis, quoniã ueniet hora, quãdo neq; in mōte isto neq;
 in Hierosolymis adorabitis patrẽ. Et iterum: Spiritus
 est deus. Et eos qui adorant eũ, in spiritu & ueritate o-
 portet adorare. Et illud Apostoli: Leuantes sanctas ma-
 nus in omni loco. Omnis aut caro non populũ Iudæo-
 rum, sed omne hominũ significat genus: iuxta illud
 quod supra dicitur: Videbit omnis caro salutare tuũ.
 Et in Ioel: Effundam de spiritu meo super omnem car-
 nem, & prophetabunt filij uestri & filia uestra. Et in Za-
 charia: Timeat omnis caro à facie dñi. Et in psalmis: Ad-
 te omnis caro ueniet. Quod alijs uerbis in alio psalmo
 dicit: Omnes gentes quas fecisti, ueniet & adorabit in
 cõspectu tuo, & glorificabit nomẽ tuũ dñe. Mensem ex
 mense, & sabbatũ ex sabbato: in quibus ueniet omnis
 caro, ut adoret deum: ridicule interpretantur *χρησμοũ,*
 quos

A quos nos dicere possumus militarios, ut qui in uicino sunt, omni sabbato ueniant in Hierusalem: qui longius, per menses, id est, calendarum orbe completo, qui ualde procul, per annos singulos, hoc est diebus paschae siue tabernaculorum: iuxta illud quod in Zacharia dicitur: Ascendent ab anno in annum, ut adoret dominum regem exercituum, & celebrent festiuitatem tabernaculorum. Et ut maiorem risum praebeant audientibus, quod in ultimo eiusdem prophetae uolumine scribitur: Et non erit mercator ultra in domo domini exercituum in die illo: Sic interpretantur, ut negotiatores in mille annis esse desistant, quia omnia nascantur in omnibus locis: quo scilicet nec nos indigeamus folio amomo & pipere, nec India nobis pulcium desiderent. *¶ Et egredietur & uidebunt cadauera uiuorum, &c.* Omnis caro que adoratura est in conspectu domini, uel in Hierusalem ceclesti, uel in omni loco in quo seuantur mundae manus: egredietur, ut uideat cadauera hominum mortuorum, qui praeuicati fuerint in deum. Quod uel de iudeis intelligi potest, de quibus dictum est: Filios genui & exaltai, ipsi autem me spreuerunt: Vel de omnibus qui habentes notitiam dei in cordibus suis, auersi sunt in uanitatem: ut adorent creaturam, potius quam creatorem. Egredientur autem non loco, sed intelligentia. Neque enim cadauera mortuorum possunt intus esse cum domino. Quod si omnis caro adoratura est dominum, & e contrario cadauera uiuorum, qui praeuicati sunt in domino, aeternis tradentur ardoribus: in utraque partem, uerae carnis erit resurrectio. Vermis autem qui non morietur, & ignis qui non extinguetur, a plerisque conscientia accipitur peccatorum, quae torqueat in supplicij constitutos: quare uitio suo atque peccato caruerint electorum bono: iuxta illud quod dicitur: Versatus sum in miseria, dum infigitur mihi spina. Et in Pro uerbis: Tinea ostium cor intelligens. Et iterum sub obelo: Sicut tinea uestimentum & uermis lignum: sic mror excruciat cor uiri: Ita duntaxat, ut non negent praeuicatorum, & dominum negantium, aeterna supplicia: Dicente domino in euangelio: Ite in ignem aeternum, qui preparatus est diabolo & angelis eius. Et in alio loco: Ligate manus eius & pedes, & mittite eum in tenebras exteriores: ibi erit fletus & stridor dentium. Si manus audiuius & pedes, & tenebras exteriores, quae oculorum poena est lumen dei non uidentium: & fletum, qui uitae & ipse ad oculos pertinet, & stridorem den-

Zach. 14. c

Supra 1. a

psal. 31. a

Pro. 25. d

Mat. 25. d

Ibid. 22. b

Et egredietur & uidebunt cadauera uiuorum qui praeuicati sunt in me. Vermis eorum non morietur, & ignis eorum non extinguetur. Et erunt usque ad satietatem uisionis omni carni.

ESAIAE PROPHETAE FINIS.

tium: Miror quosdam aereum corpus, & paulatim in auras tenues dissoluendum post resurrectionem introducere: quia dñs potentia maiestatis suae, ad apostolos clausis ingressus est ianuis: Qui certe & ante resurrectione pedulo super mare ambulauit incessu: & hoc ipsum apostolo praeuicit Petrus: ut qui fide ambulabat, infidelitate postea mergeretur: cui dictum est: Quare dubitasti modicae fidei? Ignis quoque iuxta id accipiendus, quod & uermis: qui tam diu succendit, quam diu habet materiam, quae

uorax flamma pascatur. Si quis igitur habeat in conscientia sua zizania, quae inimicus homo dormiente patrefamilias supereminuit, haec ignis exuret, haec uorabit incendium: Et omnium sanctorum oculis eorum supplicia monstrabuntur, qui pro auro & argento & lapide pretioso, aedificauerunt super fundamentum domini foenum, ligna, stipulam, ignis pabulum sempiterni. Porro qui uolunt supplicia aliquando finire: & licet post multa tempora, tamen terminum habere tormeta, his uentur testimonij: Quum intrauerit plenitudo gentium, tunc omnis Israel saluus fiet. Et iterum: Concluse deus omnia sub peccato, ut omnibus misereatur. Et in alio loco sanctus loquitur: Irae domini sustinebo, quia peccati ei, donec iustificet causam meam, & auferat iudicium meum, & educat me in lucem. Et rursum: Benedicam te domine, quoniam iratus es mihi. Auertisti faciem tuam a me, & miserus es mei. Dominus quoque loquitur ad peccatorem: Quum ira furoris mei fuerit, rursum sanabo. Et hoc est quod in alio loco dicitur: Quam grandis multitudo bonitatis tuae domine, quam abscondisti timentibus te. Quae omnia replicant, asseuerare cupientes: post cruciatum atque tormenta, futura refugia: quae nunc abscondenda sunt ab his quibus timor utilis est: ut dum supplicia reformidant, peccare desistant. Quod nos dei solius debemus scientiae derelinquere, cuius non solum misericordiae, sed & tormenta in pondere sunt, & nouit quae, quomodo, aut quandiu debeat iudicare. Solumque dicamus quod humanae conuenit fragilitati: Domine, ne in furore tuo arguas me, neque in ira tua corripas me. Et sicut diaboli & omnium negatorum atque impiorum, qui dixerunt in corde suo: Non est deus, credimus aeterna tormenta: Sic peccatorum, atque impiorum, & tamen Christianorum, quorum opera in igne probanda sunt atque purganda, moderatam arbitramur & mixtam clementiae sententiam iudicis.

Commentariorum diui Hieronymi in Esaiam prophetam finis.

DIVI HIERONYMI PRESBYTERI IN PRIMVM

COMMENTARIORVM HIEREMIAE ad Eusebium, prooemium.



OST EXPLANATIONES duodecim prophetarum, Esaiam, Danielis & Ezechielis, ad extremum in Hieremiam manum mittimus: tibi frater Eusebi, eisdem commentarios dedicantes: ut euangelicum uirum Matthaeo euangelistae copules, quem ante annos plurimos strictis sensibus te hortante disserui. Et quia uolumen longissimum est, & in plerisque manifesta historia textur: illud prudentiam tuam admoneo, ne queras in hoc latam explanationem: super his maxime, quae iam & in prophetis alijs dicta sunt, & per se patet intelligi

tiae. Sicque conabor notiorum manu scribere, ut nihil desit in sensibus, quum multum desit in uerbis. Stamina tibi atque subtegmina & licia praeparabo: tu pulcherrimam uestem ipse conficito: ut non solum nos audire, sed etiam docere possis & alios. Libellum autem Baruch, qui uulgo aditioni Septuaginta copulatur, nec habetur apud Hebraeos: & Iudaeorum epistolam Hieremiae, nequaquam censui differendam: sed magis Hieremiae ordinem, librorum errore confusum, multaque quae desunt, ex Hebraeis fontibus digerere, ordinare, deducere ac complere: ut nouum ex ueteri, uerumque pro corrupto atque falsato, prophetam teneas: parui pendens obtractatorum rabiem, qui non solum uerba, sed syllabas quoque nostrorum uerborum calumniantur: in eo se scire aliquid arbitrantes, si de alienis operibus detrahant: ut nuper indoctus calumniator erupit, qui Commentarios meos in epistolam Pauli ad Ephesios reprehendendos putat: Nec intelligit, nimia stertens uecordia, leges commentariorum: in quibus multae diuersorum ponuntur opiniones, uel tacitis uel expressis autorum nominibus: ut lectoris arbitrium sit, quid potissimum eligere debeat, decernere: quanquam et in primo eiusdem operis libro praefatus sum, me uel propria uel aliena dicturum: & ipsos commentarios, tam ueterum scriptorum esse quam nostros. Quod non uidens praecursor eius Grunnius, olim nisus est carpere. Cui duobus respondi libris, quae iste quasi sua profert: & alio iam calumniante purgata sunt: ut praeteream contra Iouinianum uolumina, in quibus dolet uirginitatem nuptiarum, & nuptias digamiae, digamiam polygamiae esse praelatam. Nec recordatur stolidissimus & scortorum pulibus praegratuus nos in ipso dixisse opere: Non damno digamos, imo nec trigamos, & si fieri potest octogamos: plus aliquid inferam, etiam scortatorem recipio poenitentem: quicquid aequaliter licet, aequali lance pensandum est. Legat eiusdem operis Apologiam, quam ante annos plurimos aduersus magistrum eius, gaudens Roma suscepit: & tunc animaduertet alienis se uocibus blasphemare: & in tantum esse imperitum, ut ne maledicta quidem habeat propria, sed inimicorum etiam olim sepulcorum contra

nos utatur rabie. Sed iam propositum opus aggrediendum est.

A d. Tu ergo accinge lumbos tuos, & loquere, etc. Er Job praecipitur ut accingat lumbos suos: & ap. ostolis, ut accingat lumbos, quos Helias & Ioannes Baptista zonis mortificauere pelliceis, lucernas teneant in manib. suis praedicationis uidelicet euangelicae. Quicquid igitur sermo

nes loquutus est dei, debet accingere lumbos suos, scies quod diaboli omnis uirtus in lumbis sit: & iustus dicat in Psalmis: Lumbi mei impleti sunt illusionibus. Quicquid accinxerit lumbos, audit illud quod scriptum est: surge quod dormis & eleuare: & illuminabit te Christus, ut semper uigilans & de somno conuulsus, loquatur quae sibi praeeperit deus. b. Ne timeas a facie eorum, nec enim, etc. Siue ut Lxx. & caeteri habent interpretes, Ne forte time re te faciam. Et est sensus iuxta translationem nostram: Noli timere a facie eorum: me enim adiutore, eos timere non poteris. Iuxta Lxx. Noli timere a facie eorum, habetote meam confidentiam iustionis. Si enim non obtuleris quod habes, ut timere desinas, derelinquam te, & tradam timori, & quodammodo uidebor timere te facere, dum relinquo formidini. Hoc autem significat, quod semper amanda sit ueritas, nec timenda hominum multitudo, qui increpati correptionem non sustinent, sed invidias tendunt ei: a quo corripuntur. Quod quod iuxta Septuaginta sequitur: Quia tecum sum ut liberem te, dicit dominus: in Hebraico non habetur. Et est sensus: Eruam te, non in eo ut tibi nullus insidierit, sed in eo ut paties insidias non delinquas. c. Ego quippe dedi te hodie (siue posuisti in hac die) in ciuitatem munitam & in columnam ferream, etc. Describit sermo diuinus, cur propheta timere non debeat. Ego (inquit) posui siue dedi te hodie: hoc est, in praesenti uita, donec uocatur hodie, quasi ciuitatem firmissimam: non ut unam domum, nec turrem aut aliquid maeniam, sed omnem ciuitatem quae sita super montem latere non potest: De qua scriptum est: Gloriosa dieta sunt de te, ciuitas dei. Et: Ego ciuitas firma, ciuitas quae oppugnatur. Et in columnam, inquit, ferream: de qua scribit Apostolus: Columna & firmamentum ueritatis. Unde Petrus & Ioannes, qui putabantur columnae ecclesiae, dexteram dederunt Paulo & Barnabae communi. Nec hoc sufficit, sed in murum, ait, aeneum, qui nulla uolatur rubigine, nec caesus imbribus. deperit, sed uetustate fit fortior. Eris autem talis contra reges & principes & populum: non cuiuslibet loci, sed terrae: qui terrena sapiunt, & caelestia non nouerunt: qui habent imaginem hominis & non caelestis. Hi, inquit, bellabunt aduersum te, & non praeualebunt. Cur quae lo: Quae est tanta fortitudinis causa, ut nec reges, nec principes, nec sacerdotes, nec populi aduersum unum praeualeant: Sequitur: Quia tecum ego sum, ait dominus, ut liberem te. Si

quando reges Iuda quae interpretatur, confessio, & principes eius & sacerdotes & populi, episcopi uidelicet & presbyteri & diaconi, & uulgus uile atque ignobile contra sanctum uirum consergere uoluerint: habeat fidei firmitatem, & timere desinat, quia domino auxiliante superabit.

quodammodo uidebor timere te facere, dum relinquo formidini. Hoc autem significat, quod semper amanda sit ueritas, nec timenda hominum multitudo, qui increpati correptionem non sustinent, sed invidias tendunt ei: a quo corripuntur. Quod quod iuxta Septuaginta sequitur: Quia tecum sum ut liberem te, dicit dominus: in Hebraico non habetur. Et est sensus: Eruam te, non in eo ut tibi nullus insidierit, sed in eo ut paties insidias non delinquas. c. Ego quippe dedi te hodie (siue posuisti in hac die) in ciuitatem munitam & in columnam ferream, etc. Describit sermo diuinus, cur propheta timere non debeat. Ego (inquit) posui siue dedi te hodie: hoc est, in praesenti uita, donec uocatur hodie, quasi ciuitatem firmissimam: non ut unam domum, nec turrem aut aliquid maeniam, sed omnem ciuitatem quae sita super montem latere non potest: De qua scriptum est: Gloriosa dieta sunt de te, ciuitas dei. Et: Ego ciuitas firma, ciuitas quae oppugnatur. Et in columnam, inquit, ferream: de qua scribit Apostolus: Columna & firmamentum ueritatis. Unde Petrus & Ioannes, qui putabantur columnae ecclesiae, dexteram dederunt Paulo & Barnabae communi. Nec hoc sufficit, sed in murum, ait, aeneum, qui nulla uolatur rubigine, nec caesus imbribus. deperit, sed uetustate fit fortior. Eris autem talis contra reges & principes & populum: non cuiuslibet loci, sed terrae: qui terrena sapiunt, & caelestia non nouerunt: qui habent imaginem hominis & non caelestis. Hi, inquit, bellabunt aduersum te, & non praeualebunt. Cur quae lo: Quae est tanta fortitudinis causa, ut nec reges, nec principes, nec sacerdotes, nec populi aduersum unum praeualeant: Sequitur: Quia tecum ego sum, ait dominus, ut liberem te. Si

quando reges Iuda quae interpretatur, confessio, & principes eius & sacerdotes & populi, episcopi uidelicet & presbyteri & diaconi, & uulgus uile atque ignobile contra sanctum uirum consergere uoluerint: habeat fidei firmitatem, & timere desinat, quia domino auxiliante superabit.

Tu ergo accinge lumbos tuos, et surge, et loquere ad eos omnia quae ego praecipio tibi. Ne timeas a facie eorum, nec enim timere te faciam uultum eorum (quia tecum sum ut liberem te, dicit dominus.) Ego quippe dedi te hodie (siue posui ecce te in hac die) in ciuitatem munitam, & in columnam ferream, & in murum aeneum super omnem terram: regibus Iuda, principibus eius, & sacerdotibus & populo terrae. Et bellabunt aduersum te, & non praeualebunt: quia tecum ego sum, ait dominus, ut liberem te.

CAPVT II

Et factum est uerbum Domini ad me, dicens: Vade, & clama in auribus Hierusalem, dicens: Haec dicit dominus: Recordatus sum tui, miserans adolefcentiam tuam, & charitatem desponsationis tuae: quando sequuta me es in deserto, in terra quae non seminat. Sanctus Israel domino primitiae frugum eius: oes quae deorant eum, delinquent: mala uenient super eos, dicit dominus. Audi te uerbum domini domus Iacob, & oes cognationes domus Israel. Haec dicit dominus: Quid inuenerunt patres uestri in me iniquitatis, quae elongauerunt a me, & ambulauerunt post uanitatem

plexibus: Siue ut ardentiorum morem affectum, uel iam eam & adolefcentulam & desponsatam uocat. Quo enim nec dum potiti sumus, magis ut potiamur appetimus. Quando, inquit, sequuta es me in solitudine, & instar sponsaliorum & dotis, legis tibi ornamenta & uerborum distribui monilia. Totumque hoc non ad meritum eius refert, sed ad suam misericordiam per quam & charitatem consequuta est. Haec quoque quod posuimus, in deserto, in terra quae non seminat: in Septuaginta non habetur. e. Sanctus Israel domino primitiae frugum eius, omnes qui deorant eum, delinquent: mala uenient super eos, dicit dominus. Quando Israel dicit primitias frugum dominum ostendit populum de gentibus congregatum esse post primitias: iuxta illud quod in alio loco scriptum est: Meum mor esto congregationis tuae, quam possedisti ab initio. Primitiae autem semper debentur sacerdotibus & non hostibus. Quod sequitur: Omnes qui deorant eum delinquent, mala uenient super eos, dicit dominus: hic habet sensum: Quomodo qui primitias deorant, nequaquam de genere sacerdotali, sceleris rei sunt: sic qui contaminant Israel, malis subiciuntur: iuxta illud quod in uicesimo sexto psalmo sanctus Dauid loquitur: Dum appropinquant super me nocentes, ut edant carnes meas, qui tribulant me inimici mei: ipsi in summati sunt & ceciderunt. Nec enim ex eo quod dei exequuntur sententiam, immunes erunt a supplicio: mala quae ueniunt super eos, oportet enim uenire scandala: uerum, uae ei per quem ueniunt scandala. f. Audi te uerbum domini domus Iacob, & omnes, etc. Hunc sensum & alius propheta testatur. Populus meus quid feci tibi & quid molestus fui tibi? Responde mihi, qui eduxi te de terra Aegypti, & de domo seruentium liberaui te. Vtrumque autem

Et factum est uerbum Domini ad me, dicens: Vade, & clama in auribus Hierusalem, dicens: Haec dicit dominus: Recordatus sum tui, miserans adolefcentiam tuam, & charitatem desponsationis tuae: quando sequuta me es in deserto, in terra quae non seminat. Sanctus Israel domino primitiae frugum eius: oes quae deorant eum, delinquent: mala uenient super eos, dicit dominus. Audi te uerbum domini domus Iacob, & oes cognationes domus Israel. Haec dicit dominus: Quid inuenerunt patres uestri in me iniquitatis, quae elongauerunt a me, & ambulauerunt post uanitatem

A nomen, Iacob & Israel ponitur, non secundum duas & decem tribus, sed iuxta omnem populum, cum & ipse Iacob postea sit appellatus Israel. Offensam autem ducit a patribus, non quo peccata patrum filijs imputent, sed quo & filij habentes patrum similitudinem, & suo & parentum scelere puniantur. Saepem legimus quod propter sanctos patres, filiorum miseretur deus. De reliquerunt autem patres populi peccatoris deum, & non breuiter, sed longo tempore, & pro deo secuti sunt uanitate, idola uidelicet quae nihil sunt cultoribus, & ipsi similes facti sunt, secundum illud quod scriptum est: Similes illis fiat qui faciunt ea, & omnes qui consistunt in eis. Et non dixerunt ubi est dominus, etc. Pro homine Lxx. filij hominis interpretati sunt, & pro imagine mortis, de Theodotione additum est umbra mortis. Quod cum iuxta historiam manifestum sit, illud considerandum est secundum Anagogen: quod quatuor diebus in isto seculo sumus, & de Aegypto educimur, paulatim ascendimus, & primum deserta transimus & terram inhabitabilem, quam sanctus inhabitare non debet, & inuiam, ut difficultatem monstret itineris: Per terram sitis, ubi semper maiora cupimus, nec praesentibus contenti sumus, & imaginem siue umbram mortis: semper enim in periculo consistimus, & ubique diabolus tendit laqueos suos: Per terram in qua non ambulauit uir qui perfectus aetatis in Christo est. Omnes enim resurgemus in uirum perfectum, in mensuram aetatis plenitudinis Christi. Neque enim unquam in ea habitat qui homo dei est, uel filius hominis, sed semper ad maiora festinat. Ex quo perspiciendum est, non esse perfectionem in uia, sed in fine uiae, & in mansionem quae sanctis in caelestibus preparatur, & quibus dicitur: Qui stas in domo domini, in atrijs domus dei nostri. Frustra igitur noua ex ueteri haereticis suscipitur, hic perfectam esse uictoriam ubi pugna est atque certamen, & incertus exitus futurorum. b. Et induxi uos in terram, etc. Pro labore durissimi itineris, dedi uobis omnium rerum abundantiam. Hoc quippe significat Carmelus qui Hebraice appellatur חרוב & in lingua nostra sonat, cognitionem circumcissionis. Quomodo autem ille populus terram sanctam & omnium rerum fertilem, idololatram polluit atque uiolauit: sic nos uerae circumcissionis accipientes scientiam, comedimus fructus eius, & si negligentia subreperit, contaminauimus terram dei, & hereditatem illius abominabilem facimus. c. Sacerdotes non dixerunt ubi est dominus, etc. Post tanta beneficia uerterunt in contemptum priuilegia dignitatis, ut sacerdotes dominum non quaerere debebant, & pastores per negligentiam prauaricatores fierent, & propheta qui in populis disputant, non deo loquantur sed idolo, & sua signamenta uenerunt.

ut uicinia sit. De qua & Zenon princeps Stoicorum fuit. Cedar autem regio est solitudinis & Ismaelitarum, quos nunc Sarracenos uocant, contra quam huius ipsius propheta in extremis partibus textitur uaticinium. Et cuius meminit Dauid, dicens: Habitauit cum habitantibus Cedar, multum peregrinata est anima mea. Et est sensus: Vel ad occidentem pergit, uel in solitudinem mittit, & uide te si qua gens hoc fecerit quod uos fecistis: nulla enim earum spreuit deos suos, nec lignos & lapideos aureorum comparatione mutauit, sed antiquum errorem secuta, tenuit quod a maioribus acceperat. Et certe hoc, cum nullus eorum deus sit, sed simulachra hominum ficta manent. Populus uero meus mutauit mendaciam ueritatis, & idolum mihi praetulit, quod eis necessitatis tempore prodesse non poterit. Possumus hoc & contra eos dicere, qui maiori studio sequuntur uitia quam uirtutes, quos imitatur Apostolus dicens: Humanum loquor propter infirmitatem carnis uestrae. Sicut exhibuistis membra uestra seruituti immunditiae & iniquitatis ad iniquitatem: ita nunc exhibete membra uestra seruituti iustitiae in sanctificatione. f. Obstupescite caeli, etc. Caelum cui dictum est: Attende caelum & loquar. Et: audi caelum, & auribus percipe terra, uidens dei praecpta calcata, inhorrescit & stuporem dissimulare non potest. Omnis enim creatura congemiscit & condoleat super peccatum hominum. Duo autem populus dei fecit aduersa: Primum, ut relinqueret deum qui est fons uitae, & praecptum dedit dices: Ego dominus deus tuus, qui eduxi te de terra Aegypti. Secundum, quod in eodem loco scriptum est: Non sint tibi dii in conspectu meo: pro quo secutus est damones, quos dissipatas cisternas uocat, eo quod dei mandata seruare non ualeant. Et hoc attendendum, quod fons peritus est, & uisales habet aquas. Cisternae autem & lacus, uel de torrentibus uel ex aquis turbidis terra complentur & pluujs. Portas autem caelorum illas uocat, de quibus

His autem uerbis utendum est aduersus nostri ordinis magistris, qui deorant plebem dei uelut cibum panis, & per mala opera non inuocant dominum. d. Propterea adhuc, etc. Ne uideatur percutere per potentiam, quasi cum paribus ratione contendit: iuxta illud quod Dauid canit et usurpar Apostolus: Rom. 3. d. Ut iustificeris in sermone cum iudicaris. Quod quod posuit, ad huc sepe se fecisse testatur: & in uultu, cum filijs uestris, similem ostendit etiam in filijs malorum pertinaciam. Occulte autem significat quod antiqua in deum negatione, etiam filij eorum in aduersum dominum sint secuti. e. Transte ad insulas, etc. Comparationem facit eius rei quae incomparabilis est, & uerum deum confert mendacibus. Itaque inquit, ad insulas Cethim, quas uel Italiae uel occidentaliu partium debemus accipere, ab eo quod terra Iudaea Cyprus insula in qua urbs hoc uocabulo nunc cupatur, uicina sit. De qua & Zenon princeps Stoicorum fuit. Cedar autem regio est solitudinis & Ismaelitarum, quos nunc Sarracenos uocant, contra quam huius ipsius propheta in extremis partibus textitur uaticinium. Et cuius meminit Dauid, dicens: Habitauit cum habitantibus Cedar, multum peregrinata est anima mea. Et est sensus: Vel ad occidentem pergit, uel in solitudinem mittit, & uide te si qua gens hoc fecerit quod uos fecistis: nulla enim earum spreuit deos suos, nec lignos & lapideos aureorum comparatione mutauit, sed antiquum errorem secuta, tenuit quod a maioribus acceperat. Et certe hoc, cum nullus eorum deus sit, sed simulachra hominum ficta manent. Populus uero meus mutauit mendaciam ueritatis, & idolum mihi praetulit, quod eis necessitatis tempore prodesse non poterit. Possumus hoc & contra eos dicere, qui maiori studio sequuntur uitia quam uirtutes, quos imitatur Apostolus dicens: Humanum loquor propter infirmitatem carnis uestrae. Sicut exhibuistis membra uestra seruituti immunditiae & iniquitatis ad iniquitatem: ita nunc exhibete membra uestra seruituti iustitiae in sanctificatione. f. Obstupescite caeli, etc. Caelum cui dictum est: Attende caelum & loquar. Et: audi caelum, & auribus percipe terra, uidens dei praecpta calcata, inhorrescit & stuporem dissimulare non potest. Omnis enim creatura congemiscit & condoleat super peccatum hominum. Duo autem populus dei fecit aduersa: Primum, ut relinqueret deum qui est fons uitae, & praecptum dedit dices: Ego dominus deus tuus, qui eduxi te de terra Aegypti. Secundum, quod in eodem loco scriptum est: Non sint tibi dii in conspectu meo: pro quo secutus est damones, quos dissipatas cisternas uocat, eo quod dei mandata seruare non ualeant. Et hoc attendendum, quod fons peritus est, & uisales habet aquas. Cisternae autem & lacus, uel de torrentibus uel ex aquis turbidis terra complentur & pluujs. Portas autem caelorum illas uocat, de quibus

ut uicinia sit. De qua & Zenon princeps Stoicorum fuit. Cedar autem regio est solitudinis & Ismaelitarum, quos nunc Sarracenos uocant, contra quam huius ipsius propheta in extremis partibus textitur uaticinium. Et cuius meminit Dauid, dicens: Habitauit cum habitantibus Cedar, multum peregrinata est anima mea. Et est sensus: Vel ad occidentem pergit, uel in solitudinem mittit, & uide te si qua gens hoc fecerit quod uos fecistis: nulla enim earum spreuit deos suos, nec lignos & lapideos aureorum comparatione mutauit, sed antiquum errorem secuta, tenuit quod a maioribus acceperat. Et certe hoc, cum nullus eorum deus sit, sed simulachra hominum ficta manent. Populus uero meus mutauit mendaciam ueritatis, & idolum mihi praetulit, quod eis necessitatis tempore prodesse non poterit. Possumus hoc & contra eos dicere, qui maiori studio sequuntur uitia quam uirtutes, quos imitatur Apostolus dicens: Humanum loquor propter infirmitatem carnis uestrae. Sicut exhibuistis membra uestra seruituti immunditiae & iniquitatis ad iniquitatem: ita nunc exhibete membra uestra seruituti iustitiae in sanctificatione. f. Obstupescite caeli, etc. Caelum cui dictum est: Attende caelum & loquar. Et: audi caelum, & auribus percipe terra, uidens dei praecpta calcata, inhorrescit & stuporem dissimulare non potest. Omnis enim creatura congemiscit & condoleat super peccatum hominum. Duo autem populus dei fecit aduersa: Primum, ut relinqueret deum qui est fons uitae, & praecptum dedit dices: Ego dominus deus tuus, qui eduxi te de terra Aegypti. Secundum, quod in eodem loco scriptum est: Non sint tibi dii in conspectu meo: pro quo secutus est damones, quos dissipatas cisternas uocat, eo quod dei mandata seruare non ualeant. Et hoc attendendum, quod fons peritus est, & uisales habet aquas. Cisternae autem & lacus, uel de torrentibus uel ex aquis turbidis terra complentur & pluujs. Portas autem caelorum illas uocat, de quibus

A quibus & in uicis motertio psalmo scriptum est: Leuate portae capite uestra, & introibit rex gloria. Pro quo Septuaginta transtulerunt: Leuate portas principes uestras: de quibus plenius suo dicitur loco. Quodq; Aquila & Symmachus, coelos: Lxx uero & Theodotio dicit dominus. Duo enim mala fecit populus meus: me dereliquerunt fontem aquae uiuae, foderunt sibi cisternas, cisternas dissipatas quae continere non ualent aquas. **N**unquid seruus est Israel aut uernaculus? Quare ergo factus est in praedam? super eum rugierunt leones, & deriderunt uocem suam: posuerunt terram eius in solitudinem, & ciuitates illius exustae sunt, et non est qui habitet in eis. **F**ilij quoque Memphicos & Taphneos constuprauerunt te usque ad uerticem. Nunquid non istud factum est tibi, quia dereliquisti dominum deum tuum eo tempore quo ducebat te per uiam? **E**t nunc quid tibi uis in uia Aegypti ut bibas aquam Sihor? **E**t quid tibi & uiae Assyriorum, ut bibas aquam fluminis? **A**rguet te malitia tua (sive erudiet te preuaricatio tua) & auersio tua increpabit te. **S**cito & uide, quia malum & amarum est, reliquiste te dominum deum tuum: & non esse timorem mei apud te, dicit dominus deus exercituum. **A** seculo cofregisti iugum meum (sive tuum) rupisti uincula mea (sive tua): & dixisti, non seruiam. In omni enim colle sublimi, & sub omni ligno frondoso tu prosternebaris meretrix (sive ibi diffundebaris in fornicatione.) **H**EB. **E**go aut plantauit te **S**EP. **E**go aut plantauit te uineam electam, omne semen uerum quod conuersa es mihi in prauum uinea aliena. **S**i lauaueris te nitro, & multiplicaueris tibi herbam borith, & ciuitates illius incendio deleuerunt. Vel certe iuxta Anagoge: leones intelligamus aduersarias potestates, aut haereticorum principes, qui terram ecclesiae desolantes, omnes illius urbes haeretico incendio uastauerunt, & illo igne de quo scriptum est: Omnes adulterantes quasi chibanus corda eorum. Illi enim uere dant uocem suam: **O**see 7. **I**n hoc eodem propheta sub perditis persona clamant, congregant quae non pepererunt, faciuntque diuitias non cum iudicio. Propterea autem urbes illius uastatae sunt & deletae, quia non habent habitatorem deum, dicitur **H**iere. 17. **S**cipitur: Et non est qui habitet in eis. **F**ilij quoque Memphicos, etc. **H**oc quod nos diximus, eo tempore quo ducebat te per uiam: in Lxx. non habetur. **D**uas autem urbes maximas Aegypti, Memphim & Taphnim nominat: earumque dicit filios constuprasse Israel usque ad uerticem illo sensu quo Esaias posuit: **A** planta pedis usque ad uerticem non est in eo sanitas. **T**anta enim fuit libidinis Aegyptiorum qui sunt magnis carnibus, ut nulli parcerent membro, sed omnia constuprarent. **I**uxta litteram refertur ad idola Aegyptiorum, iuxta intelligentiam spiritali ad magistros peruersi dogmatis, qui ecclesiae puritatem sua polluunt turpitudine. **H**ac autem idcirco ueniunt ei, quia dereliquit dominum deum suum: & illo maxime tempore quo ipsum ductorem sequi debuit. **E**t nunc quid tibi, etc. **P**ro Seor, nos turbidam interpretati sumus, quod uerbum Hebraicum significat: pro quo communis editio habet, Geon. Quia ergo su-

sententiū peccata uisitabit, ut ultra peccare desistat. Notandū autē in scripturis sanctis, quod semper peccatorum moueantur pedes: & sanctis dicatur cum Moysē: Tu uero hic sta mecum. Et alibi scriptū sit: Laudate serui dñm, qui statis in domo dñi, in atrijs domus dei nostri.

Et dixit dominus ad me, Noli orare pro populo isto, etc. Stultū est orare pro eo qui peccauerit ad mortem, dicente Ioanne: Est peccatū ad mortē: nō pro illo dico ut roget quod. Omnis iniquitas peccatum est, & est peccatum nō ad mortem. Ieiunia & preces & uictimae & holocausta tunc proficiunt, quū recedimus à uitijs, & stemus antiqua peccata. Sin autē in sceleribus permānētes, putauerimus uotis atque sacrificijs redimere nos uehemēter erramus, iniquum arbitantes deum. Qui enim semel gladio & fame & pesti fuerit destinatus, nullis precibus erui potest. Vnde & propheta dicitur, Ne frustra roget quod impetrare non possit. Et dixit: Ah, ah, ah domine deus meus (siue qui es domine deus,) prophetae dicunt eis: Non uidebitis gladium, & fames non erit in uobis, etc. Audiant hæc magistri, qui peccantibus, & in suis uitijs permanentibus, prospera pollicentur: qui dicunt diuitibus: Non uidebitis gladium tormentorum dei, & fames nō erit in uobis. Saturabimini quippe sermōnibus dei, & pacem dabit uobis dominus uerissimam in loco ecclesiae siue Hierusalem. Quod autem dixit iuxta Hebraicum tertio nōn A a a: ad priora respondit, ubi dominus fuerat comminatus, dicens: Gladio & fame & peste ego consumā eos. Quia igitur prophetae, imō pseudo prophetae falsa polliciti sunt: ideo dominus loquutus est per Hieremiam: Nolite audire uerba pseudo prophetarum, qui nō à me misi sunt, sed sua uoluntate uenerunt. Vnde nequaquam prophetae, sed diuini sunt appellandi, qui seductionem populo loquuntur. Multo enim melius est timore poenitentiae emendare peccata, quam spe prosperorum diuinā sententiā subiacere. Ideo hæc dicit dominus de prophetis, qui prophetant in, etc. Caueant pseudo prophetae qui prospera promittendo supplantant populum dei, ne & ipsi pereant, & deceptus populus simili deleatur interitu, iaceantque in uis Hierusalem, & domini præcepta calcantes, fame & gladio

Psal. 119. a

Psal. 50. a

B

Psal. 120. a

transiens ac robustus, relicto Israel tendat ad gentium multitudinem: ut de loco ad locum, de populo ad populum, de templo ad ecclesiam transeat. Quod autem iuxta Lxx. dicitur: Nunquid eris quasi homo dormiens, & quasi uir qui saluari non possit: similitudinē ponit, & non rei ueritatem, secundum illud quod scriptū est: Surge, cur dormis domine: non quod dominus dormiat, de quo dicitur: Nō dormitabit neque dormiet qui custodit Israel: sed quod his uideat dormire quos deserit. Demum in sequentibus non scribitur: Vir dormiens qui saluari non possit: sed quasi uir: in utroque uerbo ueritas scribitur. Tu autē in nobis es domine, etc. Qui apud Iudaeos quasi aduena futurus es & uiator & uir uagus, & antiquam deserens mansionem in nobis habitas, & nomen tuum inuocatum est super nos, ut appellemur Christiani: idcirco ne derelinquas nos, & ne obliuiscaris nostri, quibus de futuro aduentu tuo, omnium prophetarum ora cecinerunt. Hæc dicit dominus populo huic: quia dilexit (siue dilexerunt) mouere pedes suos, & non quieuit, etc. Dicente populo, Quare factus es ut aduena & uiator & uagus, ut tuam deserens mansionem: Respondit dominus populo quondam suo: Vis nosse rationem, ausculta quod dicitur: Quia dilexit populus mouere pedes suos, & nō abstulit eos de cōpe

A & gladio percant, & nō sit qui sepeliat eos, nec ignominiam eorū puluere operiat poenitentia. Et ipsi enim prophetae & populus, uxoresque eorū & filij & filiae omnisque generatio absque ullo pollinatore in sterquilinum erit. Quanti facient in uis Hierusalem: quot cernimus in sepultos recipere mala sua, quae dño effundente patiuntur. Et dices ad eos uerbum istud: Deducant oculi mei lachrymas, etc. Duplīciter hic locus intelligitur: uel quod ipse deus plāgat populū suū & oculi eius flere nō cessent: uel certe imperet, ut populorum oculi lachrymis fluant: nec leue esse quod plāgenam sit, quum uirgo filia populi sui cōtritione maxima & plāga intolerabili percussa sit. Alij ex persona prophetæ hæc dicit arbitrantur. Si egressus fuero ad agros, ecce occisi gladio, etc. Iusta causa plāgēdi, quod uirgo cōtrita sit, filia percussa, populusque deletus. Si enim, inquit, foras exire uolueris, interfectos uidebo: si ingredi ciuitatem, attenuatos & ossibus uix haerentes, famis necessitate cōspiciā. Et quid mirum hoc de plebe & ignobili uulgo diceret: quum prophetae quoque & sacerdotes qui alijs prospera prophetabant, & qui debebant legis aperire mādātā, ipsi serint in terram quam ignorabant, & captiuitatis sustinerint malum. Audiant hoc nostri prophetae & sacerdotes, quod nec intus nec foris propter negligētiam eorum sit ulla securitas: quod & eos scandalizet qui foris sunt, & eos qui intus fame interire patiantur: & qui autores fuerint peccandi, sint cruciatuum socij.

Nunquid proficiens abiecti iudam, aut Sion abominata est anima tua? quare ergo percussisti nos, etc. Miratur propheta quod Iudam & Hierusalem, duarum tribuum uidelicet regnum, in quo erat religio dei, & templi ceremonie: dominus tunc repente proiecerit, & tanta percussit plāga, ut nulla possit adhiberi medicina. Expectauimus (inquit) pacem & tempus curationis: & nullum est bonum, sed e contra turbatio: ut ubi prius fuerat cultus dei atque tranquillitas, ibi seditionibus & hostili fremitu omnia complerentur. Si ergo quandoque nostra Sion no steret Iuda abijcitur, & abominatur illum anima dei: nequaquam miremur, sed magis dicamus: quod sequitur: d. Cognouimus domine impietates nostras, & iniquitatem patrum nostrorum, quia peccauimus, etc. Nolite audire uerba patrum nostri eadem dementia, dei præcepta negleximus: & impleta est in nobis mensura matorum, ut quicquid illis defuerat, nostro cumulo compleretur. Vnde & de Iuda dicitur: In memoriam redeat iniquitas patrum eius in cōspectu domini, & peccatum matris eius

non deleatur. Fiant contra dñm semper, & dispareat de terra memoria eorum. Ne nos des in opprobrium propter nomen tuum, etc. Solium gloriae dei non solum arbitremur templum Iudaeae, quod saepe destructum est, sed omnem sanctum: iuxta illud quod scriptū est: Thronus eius in terram allisifiti. Tunc alliditur atque destruit, quādo multitudine peccatorū offenderit deum: sed tñ qui sua culpa perijt, dñi clementia sustentatur: quā mutatur seueritate sententiae, si irritū faciat dñs pactū suum, quo nos saluos futuros esse pollicitus est. Nunquid sunt in sculptilibus gentium qui pluant, aut cecili possunt dare imbres? Nonne tu es dñe deus quē expectauimus? tu enim fecisti omnia hæc.

non misit: dicentes, Gladius & fames nō erit in terra hac: gladio & fame cōsument prophetae illi: Et populi quibus prophetarūt, proiecti erūt in uis Hierusalem præ fame et gladio: & nō erit qui sepeliat eos: ipsi & uxores eorū, filij & filiae eorū, & effundā super eos malū suū (siue mala sua). Et dices ad eos uerbum istud: Deducāt oculi mei lachrymā (siue deducāt oculi uestri lachrymas) per diē & noctē & nō taceāt (siue nō cessent) quoniam cōtritione magna contrita est uirgo filia populi mei, plāga pessima uel hemeter. Si egressus fuero ad agros, ecce occisi gladio: & si introiero in ciuitatē, ecce attenuati fame (siue dolore famis.) Propheta quoque & sacerdos abierūt in terrā quā ignorabāt. Nunquid proficiens abiecti iudā, aut Sion abominata est anima tua? quare ergo percussisti nos, ita ut nulla sit sanitas? Expectauimus pacē, & nō est bonū: et tēpus curationis, et ecce turbatio. Cognouimus dñe: impietates nostras, & iniquitatē patrum nostrorū, quia peccauimus tibi. Ne nos des in opprobrium propter nomē tuū, neque facias nobis contumeliā. Solij gloriae tuae recordare, ne irritum facias foedus tuū nobiscū. Nunquid sunt in sculptilibus gentium qui pluant, aut cecili possunt dare imbres? Nonne tu es dñe deus quē expectauimus? tu enim fecisti omnia hæc.

CAP. XV.

Et dixit dominus ad me: Si steterit Moyses & Samuel corā me (siue contra me), non est anima mea ad populū istū. Eijce (uel emitte) illos à facie mea et egrediantur. Quod si dixerit ad te: Quod egrediemur? Dices ad buere non possunt. Et quum se caelos esse promittant, & de se scriptum glorientur: Coeli enarrat gloriam dei: tamen imbres non possunt donare doctrinā. Solus est enim deus, qui suum instruat populū, & diuersitates gratia tribuat expectantibus se.

CAP. XV.

Et dixit dominus ad me, Si steterit Moyses & Samuel coram me (siue contra me), non est anima mea ad populū istū. Hos enim legitimus rex domini pro populo restitisse: & iam impendentem auertisse sententiā. Et si (inquit) illi steterint uel in cōspectu meo, uel cōtra me quorum unum dixit deus, Dimitte me, & percussam populū istum: tamen non exaudiam: quoniam consummata sunt scelera populi delinquentis. Eijce (uel emitte) illos à facie mea & egrediantur. Non loco recedunt à deo peccatores, sed uoluntate: quamquam legamus & Adam & Cain eiectos esse à facie dei. Quod si dixerint ad te, Quod egrediemur? Dices ad eos: Hæc dicit dominus, Qui ad mortem, ad mortem: & qui ad gladium, ad gladium, etc. Quatuor plagas quibus traditus est populus Iudeorum, etiam Ezechielis prophetia demonstrat: gladium, pestilentiam, famem, bestias, & captiuitatem. Inter bestias autē canes quoque & uolūptia intelligit: quibus laceranda & deuoranda & dissipanda corpora tradita sunt. Neque enim fieri poterat, ut creatore neglecto, non uniuersa creatura conurgeret in peccatores.

Ibidem 18. a

Exo. 32. a

Gen. 3. d

Gen. 4. b

Ezech. 14. g

¶ Et

2. Par. 33. c

A *¶* Et dabo eos in feruorem, etc. propter Manassen, etc.] Legimus in dierum uolumine, Manassen post captiuitate & poenitentiam reuersum in Hierusalem atq; regnasse. Sed quomodo sanctorum merita descendunt ad posteror, sicut Dauid & ceterorum: sic peccatorum flagitia, si liberi nepotesq; similia gesserint, ad posteror perueniunt. Quod autem dicit, Dabo eos in feruorem, siue commotionem & angustias uniuersa terra, & sub Babylonijs ex parte completum est, & nunc expletur in toto: quando pessimum regem, & qui repleuerit Hierusalem a porta usque ad portam cruore iustorum, populus imitatus est impius. Ex quo discimus, regum ac principum & praepositorum scelere populos plerumque deleri. **B** *¶* Quis enim miserebitur tui Hierusalem? aut quis, etc.] Nullus enim potest offenso deo pro flagitijs rogare peccatum, quia nec tam clemens potest creatura quam conditor esse: nec ita alienus exterius, quomodo dominus suis parcere. **C** *¶* Tu dereliquisti me, dicit dominus: retrorsum abiisti.] Causa redditur quare nullus misereatur Hierusalem, nec contristetur pro ea, nec pro pace illius obsecret: quod quia iuxta Apostolum, posteriorum obliuiscens, ad priora se extendere debuerit: e contratio retro uersa sit, & Aegyptias carnes desiderarit. **D** *¶* Et extendam manum meam super te, & interficiam te: laboraui rogatus, etc.] Manus extensa, percipientis indicium est: interfectio peccatorum, iram significat consummatam. Quod autem intulit: laboraui rogatus, siue rogans: duplicem habet sensum: quod iam defecerit deus, crebro eis ignoscendo: & lassus sit. semper eos prouocans ad salutem. **E** *¶* Et dispergam eos uentilabro in portis terrae, siue populi mei: interfeci & perdididi populum meum, etc. tamen a uis suis non sunt reuersi.] Quod prodest sepius me rogari, quum a uis suis pessimis non reuertantur nec agant poenitentiam: Dispersi enim eos quasi uentilabro, ut purgarem aream meam. Et dispersi in portis terrae, ut inferni quodammodo calcarentur minima. Et interfeci & perdididi populum meum, ut coacti malorum necessitate, impendentia uitarent mala. **F** *¶* Multiplicatae sunt mihi uiduae eius super arenam maris, etc.] Diuersis medicamentibus cupit deus saluare peccatores, ut qui contemplerant blandientem, timeant comminantem. Viduae multiplicatae sunt super arenam maris: interfectis uiribus, matres perditis liberis sensere uastantem: non in nocte & per insidias, sed clara luce: ut ostendat apertam uim aduersarij fortioris. Misi (inquit) super ciuitates: Haud dubium quin Iuda & populi peccatoris, repente terrorem: ut quanto fuit

Philipp. 3. c

ad eos: Hec dicit dominus: Qui ad mortem, ad mortem: & qui ad gladium, ad gladium: & qui ad famem, ad famem: & qui ad captiuitatem, ad captiuitatem. Et uisitabo super eos quatuor species, dicit dominus: gladium, ad occisionem: & canes, ad lacerandum: & uolatilia caeli & bestias terrae, ad deuorandum & dissipandum. **A** *¶* Et dabo eos in feruorem (siue commotionem) & angustias uniuersis regnis terrae, propter Manassen filium Ezechiae regis Iuda, super omnibus quae fecit in Hierusalem. **B** *¶* Quis enim miserebitur tui Hierusalem? aut quis contristabitur pro te? aut quis ibit ad rogandum pro pace tua? **C** *¶* Tu dereliquisti me, dicit dominus: retrorsum abiisti. **D** *¶* Et extendam manum meam super te, & interficiam te: laboraui rogatus (siue rogans: pro quo Lxx. transtulerunt, nequam ultra dimittam eos.) **E** *¶* Et dispergam eos uentilabro in portis terrae (siue populi mei.) Interfeci & perdididi populum meum, & tamen a uis suis non sunt reuersi. **F** *¶* Multiplicatae sunt mihi uiduae eius super arenam maris: induxi eis super matrem adolefcentis uastatorem meridie, misi super ciuitates repente terrorem. **G** *¶* Infirmata est (siue abiicit, aut uacua facta est) quae peperit septem (siue plurimos): defecit anima eius, occidit ei sol qui adhuc esset dies, (aut me dius dies.) **H** *¶* Confusa est & erubuit, & residuos eius in gladium dabo in conspectu inimicorum eorum, ait dominus. **I** *¶* Vae mihi mater mea, quare genuisti me uirum rixae (siue iudicij): uirum discordiae (siue qui iudicet in uniuersa terra?) Non foeneraui, nec foeneraui mihi quisquam, omnes male dicunt

subitum malum, tanto difficilius esset effugium. **G** *¶* Infirmata est, etc.] Saepè diximus uerbum Hebraicum *yaq* uel septem uel iuramentum sonare, uel plurimos. Unde & diuersa est interpretatio: Aquila, Lxx. & Theodotio, ne, septem transferentibus: Symmacho, plurimos. Quae igitur erat diues liberis, orba subito facta est, & clara luce disperijt, & confusa est in solitudine sui. Reliquum autem (ait) populum tradam gladio, ut morte & iram dei nullus effugiat. Alij ad synagogam referunt, quae in firmata est, ut ecclesiae cresceret multitudo: iuxta illud quod scriptum est: Sterilis peperit septem siue plurimos: & quae multos habebat liberos, infirmata est. Unde & illud, occidit ei sol iustitiae, in cuius pennis est facta nitas: & idcirco aeterna confusione cooperata est, perdes populum suum gladio spiritali. **H** *¶* Vae mihi mater mea, quare genuisti me uirum rixae, etc.] Potest hoc uerbum de Hieremia intelligi, quod non in toto orbe terrarum, sed in terra Iudaea sit iudicatus. Vere autem deo competit saluatori, qui loquitur in Euangelio: In iudicium ueni: ut qui non uident, uideant: & qui uident, caeci fiant: de quo scriptum est: Ecce hic est postus in ruinam, & in resurrectionem multorum in Israel, & in signum cui contradicetur. Quis enim philosophorum, quis gentilium, quis haereticorum non iudicat Christum, ponentium ei leges natiuitatis & passionis, resurrectionisq; suae & substantiae? Nec mirum iuxta assumpti corporis ueritatem, Christum dicere: Vae mihi mater mea: quum & in alio loco perspicue personae eius conueniat quod dicitur: Vae mihi, quia factus sum sicut qui colligit stipulam in messe, & sicut racemum in uindemia, non habens spiritum, ut comedat primitiua. Et ne putemus gemituum uilitatem referri ad uerbum dei, qui sit iste qui plagat, ita sim sequitur: Vae mihi anima, quia perijt reuerens a terra: non quod dispudamus personas, ut impij faciunt: sed quo unus atq; idem filius dei, nunc iuxta carnem, nunc iuxta uerbum loquatur dei. **I** *¶* Non foeneraui, nec foeneraui mihi quisquam, omnes maledicunt mihi.] Pro quo Septuaginta, non profui, neq; profui mihi quisquam: Theodotio, non debui, neq; debuit mihi quisquam. Quorum omnium hic sensus est ex persona Christi: Nullus se praebuit qui dignum me ara susciperet, nec foeneraui mihi quisquam in sanctis atq; pauperibus confortandis, me sibi faciens debitorem. Siue non profui, nec profui mihi quisquam. Nullus enim tantum uoluit accipere, quantum ego tribuere desiderauit. Nec profui mihi quisquam, Salus enim creaturae, lucrum est creatoris.

A creatoris. Aut certe non debui, neq; debuit mihi quisquam. Nemo dedit mihi quantum accipere cupiebam: nec me sibi fecit in aliquo debitorem. Quodq; inferi: Nec debuit mihi quisquam, hunc habere sensum. Quomodo enim poterat mihi usura debere, qui foenus non est dignatus accipere? **O** *¶* Es (inquit) maledicunt mihi. Quis enim hereticorum, atq; errantium non maledicit Christo uerba credendo: & peruersiora blasphemans? **A** *¶* Dicit dominus, etc.] Possunt haec & ex persona Hieremiae accipi: quae pessimo tempore & iam imminente captiuitate prophetae copulsus est, & dura perpeti a populo non credente. Ad id quod supra dixerat: Vae mihi mater, ut quod me genuisti uirum, qui iudicet & discernat omni terrae: & reliqua: Respondit dominus: Noli considerare praesentia, sed futura: reliqua enim tua & nouissima erunt in bonum. Deniq; & in praesentiarum cum te cuperent inimici opprimere, affui tibi, & meo es pretius auxilio. Hoc autem tam ad Hieremiam, quam secundum dispensationem carnis assumptae, referri potest ad saluatorem. Pro quo nos iuxta Hebraicum interpretati sumus: Omnes maledicunt mihi: usq; ad eum locum ubi scriptum est: In tempore tribulationis aduersus inimicum: in editione uulgata ita scriptum reperit: Fortitudo mea defecit in his qui maledicunt mihi, fiat dominus dirigens tibi illis, si non astit tibi in tempore afflictionis eorum, & in tempore tribulationis eorum in bona contra inimicum. Est et sensus: Fortitudo mea defecit in his qui maledicunt mihi. Non enim intelligunt uirtutem meam, quae in infinitate perficit: & quanto plus mihi maledixerint, tanto mea in illis plus defecit fortitudo. Iungitur uel propheta uel dominus, & ait: Fiat domine dirigens tibi illis, hoc est, eueniant mihi maledicta quae loquuntur inimici: & illi dirigant in bona, si non in tempore tribulationis eorum & angustiae, quando eos uastabat inimicus, & capere festinabat: stetit in conspectu tuo, & rogauit te pro illis, & dixi: Pater ignosce eis: quod enim faciunt, nesciunt. Sed & Hieremiam saepe deprehendimus in hoc uolumine rogasse pro populo. **B** *¶* Nunquid foederabitur ferrum ferro ab Aquilone, etc.] Varietatis causa perspicua est: uerbum enim *yaq* quod in praesenti loco scriptum est, pro ambiguitate enunciationis, & amicitiam sonat & malitiam: quod si pro *ya* littera, quae littera similis est, legatur *ya* scientia cognitio: nempe significat. Quod autem dicitur, sic intelligendum est: Ne doleas quod populus inimicus tuus sit: te enim dura nunciante, non potest te amare qui durus est. Siue Babylonijs qui ab aquilone ueniunt, suntq; ferrum durissimum: huic populo duriori, & in aris similitudinem indomito, non poterunt amicitia copulari: Siue ferrum durissimum, hoc est, populus Israel dei cognitione indignus est: qui in tanta peruenit malitia, ut duriori metallo are circūdatus sit. **C** *¶* Diuitias tuas, etc.] Omnem, inquit, substantiam tradam inimicis tuis, absq; ullo precio propter peccata quae fecisti in cunctis terminis tuis. Propterea adducam inimicos tuos: siue seruire te faciam in terra Chaldaea: quia igitur s. meus qui semel in meo furore succensus est, in te ardebit: & extingui non poterit. Tu enim praebuisti materiam ardoris tui: ut meo ignis, tua quae in te sunt ligna consumat, & foenum, & stipulam: ac per hoc non est causa ardoris in domino, sed in his qui fomenta incendio ministrarunt. **D** *¶* Tu scis, etc.] Hoc quod diximus: Tu scis, in Septuaginta non habetur. Felix est autem illa conscientia, quae pro deo sustinet opprobrium. Unde dicit: Inuenti sunt sermones tui, quos meo ore loquebaris. Et comedi eos, hoc est, in cibum mihi ueris sunt: siue iuxta Symmachum: Suscipiebam eos, ut mihi in legitima uerent: qui dudum fuerat in opprobrium. Unde & Babylonijs comitentur impleta, quae

talio are circūdatus sit. **C** *¶* Diuitias tuas, etc.] Omnem, inquit, substantiam tradam inimicis tuis, absq; ullo precio propter peccata quae fecisti in cunctis terminis tuis. Propterea adducam inimicos tuos: siue seruire te faciam in terra Chaldaea: quia igitur s. meus qui semel in meo furore succensus est, in te ardebit: & extingui non poterit. Tu enim praebuisti materiam ardoris tui: ut meo ignis, tua quae in te sunt ligna consumat, & foenum, & stipulam: ac per hoc non est causa ardoris in domino, sed in his qui fomenta incendio ministrarunt. **D** *¶* Tu scis, etc.] Hoc quod diximus: Tu scis, in Septuaginta non habetur. Felix est autem illa conscientia, quae pro deo sustinet opprobrium. Unde dicit: Inuenti sunt sermones tui, quos meo ore loquebaris. Et comedi eos, hoc est, in cibum mihi ueris sunt: siue iuxta Symmachum: Suscipiebam eos, ut mihi in legitima uerent: qui dudum fuerat in opprobrium. Unde & Babylonijs comitentur impleta, quae Hieremias futura praedixerat. Siue hic sensus est: Sensi angustias, miseras pertuli populi persequentis: sed tamen gauisus sum me tuis paruissae praesentis: & propter nomen tuum dura pressus sum. **E** *¶* Non sedi in concilio, etc.] Haec Hebraei ex persona Hierusalem dici arbitrantur: quae sola sederit, & amaritudine repleta sit, & factus sit dolor eius perpetuus, & quomodo aquae pertranscunt: sic uerba prophetarum, quibus sibi prospera pollicebant, transisse mendaciter. Melius autem, ut ex persona prophetae haec dici accipiamus, sermonibus sancti uiri qui non sederit in concilio siue secreto ludentium, quod timuerit perpendente sibi manum dei, siue magis gloriatus sit se maiorum non habere confortium. Solus, inquit, sedebam, secundum illud quod scriptum est: Non sedi cum concilio uanitatis: & cum iniqua gerentibus non introibo. Odiui ecclesiam malignantium: & cum impijs non sedebam. Et in alio loco: Solitarius sum ego, donec pertranscam. **F** *¶* Non sedi in concilio ludentium, sed meam amaritudinem deuorabam, ut in futuro mihi gaudium praepararem. Nec habui interualla doloris mei: sed iugis miseria deprimebar, ut nulla expectarem remedia. Praualuerunt enim qui contristabant me: & facta est plaga mea fortis. Sed in hoc habui consolationem, quod fuerit quasi aqua mendax, atq; praeteriens. Sicut enim aquae praetercuntes dum fluunt uidentur & dilabunt: sic & omnis impetus inimicorum, te adiuuante praeterijt. Utinam dominus praestet & nobis non sedere in concilio ludentium, & eorum qui futura non cogitant: nec aduersus cedere, sed semper dei sententiam formidare, & dicere cum propheta: Solus sedebam, quia amaritudine repletus sum. Gaudet igitur in praesenti tempore, nequaquam concilium sapientium, sed

A sed arcanū secretum q̄; ludentiū: mihi adherere deo bonum sit, ponere in deum spem meam, fatuari opprobrijs, & iudicis mei expectare sententiā, quæ cum finis aduenerit, opere monstrabit omnem tristitiam & amaritudinem instar aquarum fluentium pertransisse.

Propter hoc hæc dicit dominus: Si conuerteris, conuertente, et ante faciem meam stabis. Et si separaueris preciosum a uili, quasi os meum eris, etc. Manifestū est q̄ superiora nequaquā Hierusalem, sed propheta dixerit. Cui respōdit dominus: Si conuerteris a peccatis populū, & ego de tribulatione conuertā te in laetitiam: & stabis ante faciem meā, sicut angeli stāt in cōspectu dei, quotidie nidētes faciem illius. Et si separaueris preciosum a uili, quasi os meū eris. Ne putes, inquit, boni operis nō esse mercedē, si sanctos quosq̄ meos de numero peccantiū tuis sermonibus segregaris: eris quasi os meum, & meis præceptis copulaberis. Debent em̄ illi tui imitatores esse, & non tu eorum. Nec reformides, & dicas: Quare factus est dolor me perpetuus: & plaga mea fortis siue desperabilis: ut me desperem posse curari. Dabo enim te quasi murum æneum atq̄ fortissimū: ut cōtra aduersarium omni resistas robore, & me habeas adiutorem, & liberem te de manu pessimorū siue pestilentū, & redimam te, uel meo sanguine, uel in præsentiarū meo auxilio. Consideremus quantam mercedem habeat sermo doctoris, si ualuerit ab errore quæpiam liberare, & de peccantiū numero educere.

petuus (siue quare qui contristant me confortantur): & plaga mea desperabilis renuit curari: (siue plaga mea fortis unde curabor): Facta est mihi quasi mendacium aquarum infidelium (siue quasi aqua mendax non habens fidem.) Propter hoc hæc dicit dominus: Si conuerteris, conuertam te: & ante faciem meam stabis. Et si separaueris preciosum a uili, quasi os meum eris. Conuertentur ipsi ad te, & tu non conuerteris ad eos. Et dabo te populo huic in murum æneum fortem, & bellabunt aduersum te, & non præualebunt, quia ego tecum sum, ut saluum te faciam & eruam, dicit dominus. Et liberabo te de manu pessimorū, & redimā te de manu fortium (siue pestilentium.)

CAP. XVI.

Et factum est uerbum dñi ad me, dicens: Noli accipere uxorem, & non sint tibi filij & filia: in loco isto. Quia hæc dicit dominus, super filios & filias quæ generantur in loco isto, & super matres eorū quæ genuerunt eos: & super patres eorū, de quorū stirpe nati sunt in terra hac: mortibus ægrotationū morient: nō plangentur, & non sepelient: in sterquiliniū super faciem terræ erūt: & gladio & fame confumentur, & erunt cadauera eorū in escā uolatilib, cœli & bestijs terræ. Hæc enim dicit dominus: Ne ingrediaris domum conuiuij: neq̄ uadas ad plangendum, neq̄ consolēris eos: quia abstulī pacem meam a populo isto, dicit dominus: misericordiā & miserationes. Et morientur grandes & parui in terra ista: non sepelientur nec plangentur, & non se incident, neq̄ caluiciū fiet pro eis. Et non frangent inter eos lugenti panem ad consolandum super mortuū, & non dabunt eis potum calcis ad cōsolandum super patre suo & matre, & domum conuiuij non ingredieris, ut sedeas cum eis, & comedas.

quæ Græci nōsi dæmonia uocant: & a nostris uulgo appellantur parentalia, eo q̄ parentib, iusta celebrentur. Dicit & alibi scriptura diuina: Date uinum his qui in luctu sunt: ut uidelicet obliuiscantur doloris. Præcipitur ergo propheta, ne ullū de populo consoletur: ne se misceat inimicorum dei conuiuijs, ne iusta celebret super funeribus defunctorū. Aliud est enim mori cōmuni lege naturæ, aliud dei occidisse sententiā. Abstulī (inquit) pacem meam de populo isto, & misericordiā indigni sunt, nulliq̄ atati parcam: sed & grandes & parui pariter interibunt: ita ut sepultura quoq̄ careant. Nec se incident, inquit, neq̄ caluiciū fiet pro eis. Mos hic fuit apud ueteres, & usque hodie in quibusdam permansit Iudæorum, ut in luctibus incidant lacertos, & caluiciū faciant: quod etiam Iob fecisse legimus. Vnde & propheta dicitur: ne frangat inter eos panem, nec ingrediatur ad consolandum pro mortuo, neque potum tribuat, neq̄ ingrediatur domū conuiuij, & ne misceatur eis qui dei sententiā preparati sunt. Si autem hoc de lugentibus dicitur, quid fiet de hæreticis, quorum

1. Cor. 7. c. 1. Tim. 5. c.

præceptor continentia & perpetua castitatis, & æqualē se blasphemans deo, laudat terria quaternaq̄ conuicia: quæ ergo non tam conuicia dicam, quam miseriarum solatia, & extremam tabulam naufragorum: nisi forte tribuit indulgentiam Amazonibus suis, ut usque ad decēpitam senectutē bella libidinū experiat. Cur autē propheta arceat uxorem ducere, causa perspicua est: quod obfidione uicina, pestilētia & gladio & fame uniuersū intereat, & rantes sit numerū morientū, ut sepultura uincat officiu: sed instar sterquilini iaceat cadauera, uolatilib, bestijsq̄ lacerada. Et hoc notandū, quod ægrotationib, & longa infirmitate tabescere, de terra fit. Vnde & Ioram filius Iosaphat infirmitate cōsumitur. Et apostolus docet ægrotare eos & tabescere & mori q̄ sancta uolant. Hæc enim dicit dominus: Ne ingrediaris, etc.] Apostolus præcipit, cum his qui auerſent deum, nec cibū quidem esse sumendū. Et amplius: Nec aue quidē huiusmodi dixeritis. Et saluator apostolis interdicit, ne quenq̄ in itinere saluent. Vnde & Helisæus pergenti ad sanandū puerū Giezi salutationē interdicit. Mortis autē est lugentib, ferre cibos, & preparare cōuiuiū,

A sermo serpit ut cancer, & quotidie prosternunt in ecclesia funera deceptorum. Quia hæc dicit dominus exercituum deus Israel: Ecce ego auferā de loco isto in oculis uestris, etc.] Quando peccauerit ecclesia, auferunt de ea omne gaudium & uniuersa latitia de qua apostolus dicit: Gaudete: iterū dico gaudete: Vox sponsi & uox sponsæ: de quo scriptum est: Qui habet sponſam, sponsus est. Si autē, inquit, interrogauerit te populus ista patiat, & causas miseriarū suarū quaerit: Respondebis ei: Quia dereliquerit me patres uestri, ait dominus: qui uobis præfunt in ecclesijs, & abierunt post deos alienos, quorū deus ueter est, & avaritia, & luxuria, & gloria in cōfusione eorum: & seruiert eis. A quo em̄ quis uincit, eius & seruus est. Et adorauerit eos: Adorat enim unusquisq̄ quod diligit. Et me dereliquerūt, & legē meam nō custodierunt. Sacerdotum est proprie non solum docere, sed & facere legē: ut nequaquā uerbis subiectos sibi populos & creditū gregē, sed exemplis doceat. Ac ne forte dicerent: iniusta est sententiā: patres comedere uiam acerbam, & dētes filiorū obstupescere, infert: Sed & uos peccati estis quā patres uestri, ut super his qui patrib, peiora peccauerint, iusta supplicia deferantur. b] Ecce enim ambulat unusquisq̄ post prauitatem cordis sui mali, etc.] Semel a domino derelicti, faciunt ea quæ nō competunt, ut uadant post desideria cordis sui mali, de quo exeunt cogitationes pessimæ: & idcirco de ecclesia separantur, ut uadant in terram longinquam, quā nec ipsi, nec patres eorū nouerant antequam peccarent: ut ipsi seruiant dijs alienis, qui non sunt dij, sed eorum putantur errore qui eos colunt: Quod autem intulit: Die ac nocte, perpetuam peccantium ostendit in scelere perseverantiam, dum & in diebus flagitijs, & in noctibus libidini seruiunt: Qui nō dabunt, inquit, uobis requiem. Haud dubiū quin falsos deos significet, de quibus dixit: Et seruiert ibi dijs alienis. Quicquid ergo peccamus, quicquid die & nocte facimus, & malorum operum perpetramus, imperium est dæmonū, qui nunq̄ nobis dant requiem, sed semper impellunt delictis augere delicta, & cumulum facere peccatorum. c] Propterea ecce dies uenit, dicit dominus, et nō dicetur ultra: uiuit, etc.] Manifeste futura populi Israel restitutio prædicatur, & post captiuitatem misericordiā, quæ iuxta literam sub Zorobabel & Iesu pontifice & Eldra ex parte com-

dece: iterū dico gaudete: Vox sponsi & uox sponsæ: de quo scriptum est: Qui habet sponſam, sponsus est. Si autē, inquit, interrogauerit te populus ista patiat, & causas miseriarū suarū quaerit: Respondebis ei: Quia dereliquerit me patres uestri, ait dominus: qui uobis præfunt in ecclesijs, & abierunt post deos alienos, quorū deus ueter est, & avaritia, & luxuria, & gloria in cōfusione eorum: & seruiert eis. A quo em̄ quis uincit, eius & seruus est. Et adorauerit eos: Adorat enim unusquisq̄ quod diligit. Et me dereliquerūt, & legē meam nō custodierunt. Sacerdotum est proprie non solum docere, sed & facere legē: ut nequaquā uerbis subiectos sibi populos & creditū gregē, sed exemplis doceat. Ac ne forte dicerent: iniusta est sententiā: patres comedere uiam acerbam, & dētes filiorū obstupescere, infert: Sed & uos peccati estis quā patres uestri, ut super his qui patrib, peiora peccauerint, iusta supplicia deferantur. b] Ecce enim ambulat unusquisq̄ post prauitatem cordis sui mali, etc.] Semel a domino derelicti, faciunt ea quæ nō competunt, ut uadant post desideria cordis sui mali, de quo exeunt cogitationes pessimæ: & idcirco de ecclesia separantur, ut uadant in terram longinquam, quā nec ipsi, nec patres eorū nouerant antequam peccarent: ut ipsi seruiant dijs alienis, qui non sunt dij, sed eorum putantur errore qui eos colunt: Quod autem intulit: Die ac nocte, perpetuam peccantium ostendit in scelere perseverantiam, dum & in diebus flagitijs, & in noctibus libidini seruiunt: Qui nō dabunt, inquit, uobis requiem. Haud dubiū quin falsos deos significet, de quibus dixit: Et seruiert ibi dijs alienis. Quicquid ergo peccamus, quicquid die & nocte facimus, & malorum operum perpetramus, imperium est dæmonū, qui nunq̄ nobis dant requiem, sed semper impellunt delictis augere delicta, & cumulum facere peccatorum. c] Propterea ecce dies uenit, dicit dominus, et nō dicetur ultra: uiuit, etc.] Manifeste futura populi Israel restitutio prædicatur, & post captiuitatem misericordiā, quæ iuxta literam sub Zorobabel & Iesu pontifice & Eldra ex parte com-

pleta est: Iuxta intelligentiā spūritualem uerius atq̄ perfectius in Christo cōplēnda describitur. Veniet, inquit, tempus quando nequaquā dicitur, quod populus redactus sit de Aegypto per Moysen & Aaron, sed redactus de terra aquilonis, Cyro regē Persarū laxate captiuos.

& comedas & bibas. Quia hæc dicit dñs exercituum de Israel: Ecce ego auferā de loco isto in oculis uestris & in diebus uestris uocē gaudij, & uocē latitiæ: uocē sponsi, & uocē sponsæ. Et cū annunciaueris populo huic omnia uerba hæc, & dixerint tibi: Quare locutus est dñs super nos omne malū, grande istud: quæ iniquitas nostra, & quod peccatū nostrū quod peccauimus dño deo nostro: Dices ad eos: Quia dereliquerunt me patres uestri, ait dñs: & abierunt post deos alienos & seruiert eis, et adorauerunt eos & me dereliquerūt, & legem meā non custodierunt. Sed & uos peius operati estis q̄ patres uestri: Ecce enim ambulat unusquisq̄ post prauitatem cordis sui mali, ut me nō audiat. Et eijciā uos de terra hac in terrā quam ignoratis uos, & patres uestri, & seruiertis ibi dijs alienis die ac nocte: qui non dabunt uobis requiem. Propterea ecce dies ueniunt, dicit dominus, & nō dicetur ultra: Viuit dominus qui eduxit filios Israel de terra Aegypti, sed uiuit dominus qui eduxit filios Israel de terra Aquilonis: & de uniuersis terris ad quas eieci eos, & reducam eos in terram suam quam dedi patribus eorū. Ecce ego mittam piscatores multos, dicit dominus, & piscabuntur eos. Et post hæc mittam eis multos uenatores, & uenabuntur eos de omni monte, et de omni colle, & de cauernis petrarum: quia oculi mei super omnes uias eorum. Non sunt abscondita ea a facie mea, & non fuit occulta iniquitas eorum ab oculis meis. Et reddam primum duplices iniquitates & peccata eorum, quibus contaminauerunt terram meā in morticinis idolorum suorum, & abominationibus suis impleuerunt hæreditatem

nati. Hoc autem dominus fecisse se dicit: quia respexit uias eorū, & reddiderit iniquitates, quibus contaminauerant terram, simulachra uenerantes, & abominationibus idolorum polluerint hæreditatem eius. Nostri autem rectius & melius, hæc de futuro uaticinatum prophetam putat. Quia enim supra dixerat: Reducam eos in terram suam quam dedi patribus eorum: nunc ostendit quomodo reducendi sint, quod primum mittat apostolos, quibus saluator dixit: Venite post me, & faciam uos piscatores hominum: Et postea uenatores, quos uel ecclesiasticos uiros, uel angelos possumus accipere, qui postquam consummationis tempus aduenit, uenentur sanctos quosq̄ de montibus dogmatū excelſorum, & de collibus bonorum operum, & de cauernis petrarum, apostolis & apostolicis uiris. Non solum enim Christus petra, sed & apostolo Petro donatus, ut uocaretur petra. In cuius sensibus requiescentes, recte dicuntur translati esse de petra: Ostenditq̄ apostolos, uel eos qui postea uenandi sunt, habuisse peccata, & recepisse duplices iniquitates suas. Seruus enim qui scit uoluntatē domini sui, & non facit eam, uapula bit multū. Scien dum q̄ quod in Hebraico positum sit, primū, & in Lxx, editione prætermisum. Quando autem

Rom. II. d. 2. Tim. 4. d.

Supra eodē. Matt. 4. c. 1. Cor. 10. Matt. 16. c. Luc. 12. f.

tem dicit: Reddam primū duplices iniquitates, & peccata eorum, subostendit, q̄ postq̄ receperint mala, recepturi sint & bona. Hi autē qui postea transferendi sunt, cōtaminauerūt terrā dñi in morticinis idolorū suorū, & abominationibus suis impleuerūt hāreditatē eius, ut oīs mundus subditus fiat deo, & nequa q̄ suo merito, sed illius misericordia cōseruet. Quod hic de Hebraico posuimus: Nō sunt abscondita ea à facie mea in Lxx. non habetur. a ¶ Domine fortitudo mea, et robur meū, etc.] Oīs hominū fortitudo, sine dei uirtute quā Christus est, imbecilla reputat̄ & nihili. Vnde cōfugitū est ad dñm atq̄ dicendū est: Dñe refugiu fact̄ es nobis, in generatiōe & generatione. Et in alio loco: Qui habitat in adiutorio altissimi, in protectiōe dei cœli commorabit̄. Dies autē tribulatiōis siue malorū, illa intelligenda est, de qua dicit & Apostolus: Ut eriperet nos de presenti seculo nequā, & redimentes tēpus, quoniam dies mali sunt. b ¶ Ad te gentes ueniunt ab extremis terræ, & dicent: Verē mendacium possederunt, etc.] Postq̄ eiectus est Israel, & à piscatoribus uenatoribusq̄ translatus, consequenter uocatur ad fidem gentiū multitudo, & cōfiteretur se, siue patres suos in priori errore uersatos. Qui autē dicit: quomodo falsa possederunt patres nostri idola, in quibus nulla est utilitas, consentitur uera esse ad quā transeūt, & omni subnixā prāsidio. c ¶ Nunquid faciet sibi homo deos, & ipsi non sunt dii, etc.] Et hoc gentes loquunt̄ quā uenerunt ad saluatōrē ab extremis terræ, fugillantes ignorantia tam suam, q̄ maiorū suorū, quā putauerunt ab homine fieri deos, cum dei sit homines facere. d ¶ Idcirco ecce ego ostendam eis manum meam, etc.] Manus dei per quam cuncta operatus est & uirtus, de qua dixit Apostolus: Christus dei uirtus & dei sapientia ostendit̄ gentibus, filij passionē cōpleta. Pulchre q̄ dixit: Ostendam eis per uicem hanc: ostendam autem manifeste, & non ut prius, in umbra & in imagine, & uaticinio futurorū, ut postq̄ cognouerint, sciant nomen meum: audiantq̄ à filio: Pater manifestaui nomen tuum hominibus.

Psal. 89. d

Ibid. 90. d

Galat. 1. a

1. Cor. 1. d

Ioan. 17. d

Esa. 2. d

tatem meam. a Domine fortitudo mea, & robur meum, & refugium meum in die tribulationis (siue malorum). HEB. b Ad te gentes ueniēt ab extremis terræ & dicēt: Verē mendacium possederunt patres nostri, uanitas tem quæ eis non profuit. c Nunquid faciet sibi homo deos, et ipsi nō sunt dii. d Idcirco ecce ego ostendam eis per uicem hanc, ostendam eis manum meam & uirtutē meam, & scient quoniam nomen mihi dominus.

SEP. Ad te gentes ueniēt ab extremis terræ & dicēt: Quomodo falsa possederunt patres nostri idola, & non est in eis utilitas? Quomodo falsa possederunt patres nostri idola, & non est in eis utilitas?

CAP. XVII.

Peccatum Iuda scriptū est stilo ferreo in ungue adamantino, exaratum super latitudinem cordis eorum (siue in pectore cordis eorum): & in cornibus altarium (siue ararum) eorum. Cum recordati fuerint filij eorum ararum suarum, & lucorum lignorumq̄ frondentiū in montibus excelsis: sacrificantes in agro fortitudinem tuam, & omnes thesauros tuos in direptionem dabo, excelsa tua propter peccata in uniuersis finibus tuis. Et relinqueris sola ab hāreditate tua, quam dedi tibi, & seruire te faciam inimicis tuis in terra quam ignoras: quoniam ignem succendistis in furore meo, usque in æternum ardebit. & Hęc dicit dominus: Maledictus homo qui

siue insculptū est in cornibus altariū, siue ararū eorū, ut opera sacrilega in æternam memoriam perseuerent. Si autem hoc ita est, ubi illud quod anus delyra cōfingit, posse hominē sine peccato esse si uelit, & facilia dei esse mandata? ¶ Cum recordati fuerint filij eorum ararum suarum, etc.] Et hæc in Septuaginta non habentur, eadem (ut reor) causa quam supra diximus, ne scilicet æterna in eos sententia permaneret. Relinqueris (ait) sola ab hereditate tua, quam dedi tibi, & seruire te faciam inimicis tuis, in terra quā ignoras, uel sub Babylonijs, uel ut est uerius sub Romanis. Ipsi enim succenderunt ignē & elementissimū dominū in furorem prouocarunt, qui ignis furoris eius ardebit in æternum. Pudet me contentionis nostrorum, qui Hebraicam arguunt ueritatem. Iudæi contra se legunt, & quid pro se lit, nescit ecclesia. Vnde nos qui sumus filij apostolorū, recordamur iniquitatum prioris populi, & iuste eos perpeffos esse testamur. Possunt autē excelsa quæ Hebraicē dicunt̄ n̄m̄ & contra hæreticos accipi, qui posuerūt in excelsum os suum, & lingua eorū transiuit super terram. Qui in tantam uelania proruperunt, ut soli absq̄ spiritus sancti gratia remanserint, & perdidērunt hāreditatē domini, priorem uidelicet fidei ueritatē. Vnde & æternū eis paratur incendium, & seruitus demonum qui sunt inimici & ultores. g ¶ Hęc dicit dominus: Maledictus homo qui confidit in homine, etc.] Si maledictus est omnis homo qui confidit in homine, Saulus autem Samosatenus & Fotinus, quamuis sanctum & cunctis excelsum uirtutibus prædicent saluatorem, tamen hominem confitentur: Ergo maledicti erunt spem habentes in homine. Quod si nobis oppositū fuerit, quod & nos credamus

uoluerō cuncta digerere, nō dicā libro, sed libris opus erit. Gentū peccata deleta sunt, quia cōuersa ad dominum ab extremis terræ audierūt illud: Laudate dominum omnes gētes: Laudate eum omnes populi. Quia confirmata est super nos misericordia eius, & ueritas dñi manet in æternū. Et de quib. dixerat ad Moysen: Dimitte me, ut interficiam populum istū, & faciā te in gentem magnā. Peccatū autē Iudæe indelebile, & (ut ita dicā) nullaratione abolendū, scriptū est stilo ferreo in ungue adamantino, q̄ Hebraicē dicit̄ n̄m̄ nō quo ullus unguis sit qui appelletur n̄m̄ sed quo lapis adamantinus, qui ex eo q̄ indomitus sit & infrangibilis, hoc nomē accepit: tantū nitorē habeat & leuitatem, ut absq̄ ullo impedimento in eo scribi possit stilo ferreo, ut dura ferri materies scribat in duriori tabula adamantina, & duret quod scriptū est, in perpetuū. Ipsi em̄ dixerūt: D Sanguis eius super nos, & sup filios nostros. Vnde exaratum

Ioan. 8. c

2. Cor. 7. c

1. Cor. 15. g

Q̄st. 13. d

B

Psal. 99. a

Psal. 71. b

A mus in eo qui dicit: Nunc autē quæritis me interficere hominē, qui ueritatē uobis locutus sum, quam audiui à deo: hoc Abrahā non fecit: uos facitis opera patris uestri. Respondēbimus illud Apostolicum: Et si Christum secundu carnē aliquando cognouimus, sed nunc iam nō nouimus. Deniq̄ idē apostolus in principio epistolæ suę scribit ad Galatas: Paulus apostolus non ab hominibus, neq̄ per hominem, sed per Iesum Christū & deum patrem, qui suscitauit eum à mortuis, & qui mecū sunt omnes fratres. Si enim mors absorpta est in uictoria, quare non carnis humilitas, quæ propter humanā salutē assumpta est, in diuinitatis trāserit maiestatem, ut fecerit utrūq̄ unū, & nō adoremus creaturam, sed creatorem qui est benedictus in secula: Maledictus est igitur, non solum qui spem habet in homine, sed qui ponit carnem brachiū suum, id est, fortitudinē suam, & quicquid egerit, non Domini clemētiæ, sed suæ putauerit esse uirtutis. Qui enim hoc agit, à Domino recedit cor eius, asserens se posse quod non potest. Et erit quasi myrice, quæ Hebraicē dicitur n̄m̄ siue ut interpretatus est Symmachus, lignum infertuosum in solitudine. Et non uidebit cum uenerint bona, quæ uisura est gentium multitudo, sed habitabit in siccitate in deserto. Hoc dicitur de populo Iudæorū qui habitant in deserto, fructusq̄ non faciunt, & sunt in terra saluginis quæ nullos fructus faciat, & inhabitabili, quæ hospitem non habet deum, nec angelorum præsidia, nec spiritus sancti gratiam, nec scientiam magistrorum. a ¶ Benedictus uir qui confidit in domino, & erit dominus spes, & cætera.] Illud de Iudæis dictum sit & hæreticis qui spem habent in homine, in Christo uidelicet suo, quem non filium dei, sed purum hominem putant esse uenturum. Econtrario uir ecclesiasticus qui confidit in domino, audit illud: Et scitote, quoniam dominus ipse est Deus. Confidit in Domino, & illi ligno comparabitur, de quo & in primo psalmo cantatur: Et erit tanquam lignum quod plantatum est secus decursum aquarum, quod fructum suum dabit in tempore suo, & folium eius non defluet. Super aquas autem, spiritus sancti gratiam, diuersas donationes. Quod ad humorem mittit radices suas, ut à domino accipiat uerberatē. Sed & aliter possumus dicere, quod de siccitate Iudaica translatus in baptismatis gratiā sempernam. Et non (inquit) timebit cum uenerit æstus, uel tempus persecutionis, uel dies iudicij. Et erit folium eius uiride, siue erunt in eo ramusculi frondentes, ut nunquam timeat siccitatem, sed cunctarum uirtutum germinet gratiam. Cumq̄ tempus siue annus uenerit siccitatis, non metuet quando Dominus iratus mandauerit nubibus ne pluant super Israel imbrem. Quodq̄ sequitur: Nec desinet facere fructum: illum lo-

cum qui in Marco scriptus est, q̄ uenerit Dominus ad fructū, & non in uenerit in ea fructū, quia nondū erat tempus, & maledixerit ei, ut fructus non faciat in æternum, exponere poterit. Qui enim confidit in domino, & dominus est fiducia eius, etiā in tempore Iudaica siccitatis nō metuet, sed semper afferet fructū, credēs in eum qui semel pro nobis mortuus est, & ultrā non moritur, & dicit: Ego sum uita. b ¶ Prauum est cor omnium, & inscrutabile, quis cognoscat illud?] Verbum Hebraicum n̄m̄ quatuor literis scribitur ו ו ו ו Si igitur legatur ו ו ו ו homo dicitur: si autē ו ו ו ו inscrutabile siue desperabile, eo q̄ nullus cor hominum ualeat inuenire. Symmachus uerō hūc locū ita interpretatus est: Inscrutabile cor omnium, uir autē quis est qui inueniat illud? Solent quidā nostri, bono quidem uoto, sed non secundum scientiam uti hoc loco contra Iudæos, quod homo sit dominus atq̄ saluator, secundum D

Mar. 11. d

Rom. 6. b

Ioan. 14. d

Esa. 53. c

Psal. 18. d

Gen. 6. d

Ibid. 8. b

Luc. 11. b

Psal. 7. c

Apoc. 2. f

Luc. 12. c

mo qui cōfidit (siue sp̄e habet) in homine, & ponit carnē brachiū suū, & à dño recedit cor eius. Erīt em̄ quasi myrice in deserto, & nō uidebit cū uenerit bonū, sed habitabit in siccitate in deserto, in terra saluginis & inhabitabili. a Benedict̄ uir qui cōfidit in dño, & erit dñs spes (siue fiducia) eius: & erit quasi lignū quod trāsp̄lantatū est (siue fructiferū) super aquas, quod ad humorē mittit radices suas, & nō timebit cū uenerit æstus, & erit folium eius uiride (siue ramusculi eius frondentes): & in tempore (siue anno) siccitatis non erit sollicitus (siue non timebit) nec aliquando desinet facere fructum.

HEBRAEI. b Prauum est cor super oīa, & homo bilingue: quis cognoscat illud? est, quis cognoscat eum? Ego dñs scrutans cor & probās renes, qui do unicuiq̄ iuxta uias suas, & iuxta fructum adinventionū suarum. HEB. c Perdix fouit (siue cōgregauit) quæ nō peperit. gregauit quæ nō peperit. Fecit diuitias suas non cum iudicio. In dimidio dierum suorum relinquet eas (siue in dimidio dierum eius relinquent eum:) & in nouissimo suo erit insipiens. Solium

dispensationē carnis assumpta, nullusq̄ possit nauitatis eius scire mysterium, secundum illud quod scriptum est: Generationem eius quis enarrabit? nisi solus deus qui arcana rimatur, & reddit unicuique secundum opera sua. Melius autem est ut simpliciter accipiamus, quod nullus cogitationum secreta cognoscat, nisi solus deus: dixerat enim supra: Maledictus homo qui spem habet in homine. Econtrario: Benedictus uir qui confidit in domino. Vnde ne hominū putarem certum esse iudicium, intulit omnium propemodum corda esse peruerfa, dicente psalmista: Ab occultis meis munda me domine, & ab alienis parce uoto tuo: Haud dubiū quin cogitationibus. Et in Genes: Videns autē deus q̄ multa malitia hominum esset in terra, & cuncta cogitatio cordis intenta esset ad malum omni tempore. Et iterū: Sensus enim & cogitatio humani cordis ab adolescentia sua prona sunt in malū. Per quæ discernimus solum deum nosse cogitationes eorum. Si autem de saluatore dicitur: Videns autem cogitationes eorum, nisi solus deus: ergo Christus deus est, qui scrutatur corda, & probat renes, & reddit unicuique iuxta opera sua. c ¶ Perdix fouit, etc.] Aiunt scriptores naturalis historiæ, tam bestiarū & uolucrum, quā arborum herbarumq̄, quorū principes sunt apud Græcos, Aristoteles & Theophrastus: apud nos Plinius Secundus, hæc perdicis esse naturā, ut oua alterius perdicis, id est, aliena furetur, & eis incubet foueatq̄: cumq̄ fortis adoleuerit, auolare ab eo, & alienū parentem relinquere. Huiusmodi diuites sunt, qui aliena deripiūt, & absq̄ cogitatione iudicij dei, faciunt diuitias non cum iudicio, quas in medio tempore relinquant, subita morte subtraçti, quando dicitur eis: Stulte hac nocte repetent animā tuā à te, quæ autem præparasti, cuius erunt? Nihilq̄

A hilq; insipientius, quam non providere novissima, & brevia putare perpetua. Alij uero & propter superiorē historiam & propter alterā qua dicunt, perdicē esse pugnacissimū & immundū, ita ut uicū polluat, diabolum sub eius nomine interpretantur, q; alienas sibi diuitias cōgregarit, dicens ad

Math. 4. d

dñm: Hæc omnia tibi dabo, si cadens adoraueris me. Quem relinquent diuitiæ suæ quæ malè ab eo fuerāt congregatæ, & per apostolos conuertentur ad Dominum, & qui sibi uidebat esse prudentissimus, erit omnium iudicio insipiens. Quod d; à Lxx. dicitur, Clamauit per dix: ad hæreticorum personā referēdū est, q; per dix iste diabolus clamauerit p; principes hæreticorum, & cōgregauerit quæ nō peperit, & deceptorū sibi multitudinē congregarit, quæ postea dimittat eum, & omnium iudicio stultissimus comprobetur.

¶ *Hebraea enim asini sepultura. ¶ Ascende Libanū, & clama, & in Basanda, etc.] Per metaphoram Libani & Basan, regionū & montium trans Iordanem ad Hierusalem sermo dirigitur, quod frustra in Aegypto sit cōfusa, siue ad ipsum Ioachim, qui eo tempore regnabat in Hierusalem, & ab Aegyptijs rex fuerat cōstitutus, quod frustra Aegyptiorum speret auxiliū, & quod ipsi quoque a Babylonio rege superandi sint, & ducēdi in captiuitatem. Quodq; ait: Locutus sum ad te: hoc est, ipse deus per prophetas, siue locuti sunt ad te, ut subaudiāt prophetam meū, & tu in abundantia tua dixisti, nō audia. Arguit eam superbia, & quod diuitiarum magnitudine abusa sit in cōtemptū dei. Et narrat, quod nō solum hoc tempore, sed ab initio quando educa sit de Aegypto, non audierit uocem dei: unde & omnes pastores eius & principes huc illucq; dispersi sint, & captiuitati Babyloniae colla submiserūt. Quodq; infert: Quae sedes in Libano & nidificas in cedris: arrogantia iugillat quae de omnium rerum crenerat abundantia, & q̄ in istar mulieris puerpera repētinis ei dolor & subita ueniat captiuitas. Quod autē nos diximus, clama ad transeuntes, & in Hebraico scriptum est ¶ *Lxx. Theodorotus uerterit, trans mare: Symmachus decōtra, ut significet q̄ uox prophetae de Hierusalem usq; ad mōtē Libanū & Basan debeat peruenire.* ¶ *Viuo ego, dicit dominus, etc.] Supra dixerat, Domini regis Iudae haec loqueris: & deinde, Descende in domum regis Iudae. Et iterū: Haec dicit dominus super domum regis Iudae: & prapostero ordine, postquam locutus est de Sedechia qui ultimus regum fuit in Hierusalem: reuertitur ad Ioachim fratrem eius qui ante eum regnauit. Qua uaticinatione cōpleta, nunc loquitur ad filium Ioachim, nepotem Iosiae, regem Hierusalem Iechoniam, qui & alio nomine appellatur Ioachim: qui captus à Nabuchodonosor cum matre sua, principibus & artificibus & multis nobilibus, ductus est in Chaldēā, ibiq; mortuus. Hoc igitur dicit, si quomodo anulus non regedit de manu portatis, & de digito difficilius elabatur: sic sit in manu mea Iechonias, tamē euellam eum & tradam regi Babylonio, ibiq; cum matre & omnibus socijs suis morietur, & ultrā terram Iudaeam quam desiderat non uidebit. Misericordis Grunius, qui ad calumniā dos sanctos uitos aperuit os suū, linguamq; suam docuit mendacium, Sexti Pythagorei hominis gētilissimi, unum li-**

Hier. 10. 5

brum interpretatus est in Latiniū: diuisitq; eum in duo uolumina, & sub nomine sancti martyris Xysti, urbis Romanae episcopi, ausus est edere in quibus, nulla Christi, nulla spiritus sancti, nulla dei patris, nulla patriarcharum, prophetarū & apostolorū sit mētio, & hunc librū solita temeritate & infania, anulū nominauit, q̄ per multas prouincias legit, & maxime ab his qui sētibiles & impecantiam prae dicāt. Quomodo igitur dñs Iechoniam in star anulū de manu sua & digito se proieciturum comminat: uita leuorem obsecro, ut nefariū librū abijciat: legatq; si uoluerit, ut ceteros philosophorum libros, nō ut uolumen ecclesiasticum. Soleo in cōmentarijs & explanationibus, quorum mos est diueras sentētiās ponere interpretū, huiusmodi miscere sermonem: quidam hoc dicunt, alij hoc autem mant, nōnulli sic sententiūt. Quod & ipse miserabilis Grunius & post multos annos discipulus Iouiniani & illius, calūniati sunt, & calumniarunt me sub alienis nominib; ¶ *Terra, terra, terra, audi sermonē Domini. Haec*

tura asini sepeliet̄ putrefactus & proiectus extra portas Hierusalem. ¶ *Ascēde Libanū & clāa, & in Basanda uocē tuā, & clama ad transeūtes, quia cōtriti sunt oēs amatores tui. Locutus sum ad te in abūdātia tua, dixisti, nō audia: Haec est uia tua ab adolescentia tua, quia nō audisti uocē meā. Omnes pastores (siue amatores) tuos pascet uentus, & amatores (siue amici) tui in captiuitatē ibūt. Et tūc cōfunderis & erubesces ab omni malitia tua. Quae sedes in Libano & nidificas in cedris: quomodo cōgemuisti cū uenissent tibi dolores quasi dolores parturientis? ¶ *Viuo ego, dicit dñs: quae si fuerit Chonias filius Ioachim regis Iudae anulū in manu dextera mea: inde euellā eū (siue te), & dabo te in manu quarentiū animā tuā, & in manu quorū tu formidas faciē, & in manu Nabuchodonosor regis Babylonis (quod in Lxx. nō habet) et in manu Chaldaeorū. Et mittā te (siue proiectā te) & matre tuā quae genuit te in terrā alienā, in qua nati non estis, ibiq; moriemini. Et in terrā ad quā ipsi leuāt animā suā, ut reuertantur, illuc non reuertentur. ¶ *Nunquid uas fictile atq; contritū uir iste Chonias? Nūquid uas absq; omni uoluptate (siue utilitate)? Quare abiecti sunt ipse & semen eius, & proiecti in terram quam ignorauerunt. ¶ *Terra, terra, terra, audi sermonē Domini. Haec****

proptias sentētiās ponere: quod ego causa bene uolentiae facio, ne aliquid certo nomine uidear lacerare. Quia igitur benignitas uersa est in calumniā: nunc dico & illi qui mortuus est, & isti qui uiuit, & haeresim illius in star rare conatur, magistrū eorū Origenē hunc locū referre ad Christū, quod de manu dei patris in star anulū auulsus sit, & missus in terram captiuitatis, in ualle m lachrymarum, cruciq; traditus: matrem quoq; eius, haud dubiū quā synagogā captā atq; proiectā. Et nō pertimescit ista cōmemorans, hoc quod sequit̄: Terra, terra, terra, audi uerbu dñi. Haec dicit dñs: Scribe uirū istū abominatum siue sterile, & reliqua: intelligere de dño manifestatis. Scribit aut̄ hoc, ne discipuli ei negare audeāt, in quinto Stromatū libro. ¶ *Nunquid uas, etc.] Pro eo qd̄ nos diximus: Nūquid uas fictile atq; contritū, Symmachus trāsulit: Nūquid purgamētū siue quisquillā uiles atq; proiectas: Pro quo in Lxx. nihil habet: sed hoc tantum interpretati sunt: In honoratus est Iechonias: quasi uas in quo nulla est utilitas. Et cū hoc de Iechonia dicitur filio Ioachim, audeat quispiā ad typum referre Christi, & ex eo quod apostolus dicat dñm saluatorē imaginem esse dei inuisibilis, primogenitū omnis creaturā, id est, sapientiā, uerbum, ueritatē atq; uitā, & iustitiā, eum appellari anulum, qui proficiat uel auellatur de manu dñi, & regi tradatur Nabuchodonosor: Abiecti sunt, inquit, ipse & semen eius, et proiecti in terram, quam ignorabant, Quod de Iechonia factū nemo dubitat. Iechonias interpretat̄ dñi praparatō: cui in p̄senti lo- co prima syllaba, id est, dñi nomē auferat, & dicitur Chonias, ut subaudiāt, perditioni & interitui praparatus. ¶ *Terra, terra, terra, audi, etc.] Si uoluerō per loca notare**

D 3 singula

A singula, quanta Lxx. uel pratermiserint uel mutauerint, longu fiet: presertim cum possit diligens lector ex utraq; editione considerare quid mutatu, quid additu, quid subtractum sit. Pro sterili in Hebraeo scriptu est...

id est, non crescentem: Symmachus uacu: Lxx. & Theodotio ab ominabile & abdica-tum interpretati sunt. Et orit quastio, quomodo stare possit propheta, de stirpe eius nullu esse generatu, qui sederit super thronum David, nec prin-ceps fuerit ultra in Iuda, cu dñs atq; salua-tor de huius natus sit semine: sup cuius or-tu loquit Gabriel ad Mariam: Ecce concipies in utero, & paries filium, & uocabis nome eius Iesum. Ipse erit magnus, & filius altissimi uocabit: & dabit ei dñs de sede David patris sui, & regnabit super domum Iacob in aternu, & regni eius no erit finis. Postumus ergo hoc dicere, quoniam il-

B Iud quod deest in Septuaginta, uidelicet in diebus eius non prosperabitur, siue non crederet, ignorantibus fecerit quastionem. Septuaginta enim transtulerunt: Scribe uirum istum abdicatum hominem, quia non crescit de semine eius uir qui sedeat super thronum David princeps ultra in Iuda, quod in Hebraico bis positu est, quod putates qui ab initio scripserunt in Graecis libris additu, subtraxerunt. Respondemus igitur quod in diebus Iechoniae non successerit ei uir qui sederit super thronu eius, sed multo post tempore de semine eius natus sit qui soliu eius obtinuerit. Potest aut & sic solui: Non sedebit quidem super thronu David uir & homo, sed sedebit de regnum eius non erit terrenum & breue, ut fuit Dauid, sed perpetuum atq; coeleste, dicente scriptura: Regnabit super domum Iacob in aeternum, & regni eius non erit finis. Natus est ergo de Ioachim Iechonias, de Iechonia Salathiel, de Salathiel Zorobabel, & per ordinem uenit, ad Christum. Sed in diebus Ioachim non successit ei rex filius, sicut ipse patri successerat, sed fuit in captiuitate & Salathiel & Zorobabel, & usq; ad Christum nullus regiam obtinuit potestate. Hoc autem idcirco, quia in Hebraico scriptum est: in diebus eius & in tempore suo, quo ipse fuit: non erit uir qui sedeat super thronu David. Omnes enim fuere captiui, & nullus deinceps de stirpe David in terra Iudaea tenuit principatum. Vnde & Ioseph refert de sacerdotali genere ac tribu Leui fuisse principes, quibus successerit Herodes Antipatri profelyti filius, & postea sub Vespasiano, regnum huius generis, imo imaginem imperij funditus fuisse deletam.

Cap. XXIII. dicit dominus: Scribe uirum istum sterile, uirum qui in diebus suis non prosperabit. Nec enim erit de semine eius uir qui sedeat super soliu David, & potestate habeat ultra in Iuda.

Vae pastoribus qui disperdunt & lacerant gregem pascuae (siue de pastores qui disperditis & dissipatis oues pascuae) dicit dominus. Ideo haec dicit dominus de Israel ad pastores qui pascunt populum meum: Vos disperditis gregem meum, eiecistis eos, & non uisitastis. Ecce ego uisitabo super uos malitiam studiorum uestrorum, ait dominus: Et ego congregabo reliquias gregis mei de omnibus terris ad quas eiecera eos illuc, & conuertam eos ad rura sua (siue restituiam illos ad pascua sua) & crescent & multiplicabuntur. Et suscitabo super eos pastores, & pascunt eos. Non formidabunt ultra, & non pauebunt, et nullus quereat ex numero, dicit dominus. Ecce dies ueniunt, dicit Dominus, & suscitabo David germen iustum (siue orientem iustum) & regnabit rex & sapiens erit: siue intelliget & faciet iudicium et iustitiam in terra. In diebus illis saluabit Iuda, et Israel habitabit confidenter. Et hoc est nomen quo uocabunt eum (siue uocabit eum) dominus iustus

Cap. XXIII. Vae pastoribus qui disperdunt & lacerant gregem pascuae. Ad pastores, siue de pastoribus propheticus sermo est. Et quia de Iechonia penultimo rege Iudaea, qui fuit de stirpe David legimus scriptum: Terra,

terra, terra audi sermones domini, scribe uirum istum abdicatum siue sterile, & non erit de semine eius uir, qui sedeat super soliu David: omnis spes regni Iudaici fuerat amputata, transit ad principes ecclesiae, & synagoga cum suis pastoribus derelicta atq; danata, ad apostolos sermo fit, de quibus dicit: Et suscitabo super eos pastores, & pascunt eos; non formidabunt ultra, & non pauebunt; & nullus quereat ex numero, dicit dominus. Apostoli enim confidenter & absque ullo timore pascunt ecclesiasticum gregem, & reliquias populi Israel saluabuntur de omnibus terris, & conuertentur ad rura siue ad pascua sua, & crescent & multiplicabuntur. Super malos autem pastores, scribas & pharisaeos uisitabit dominus propter malitiam studiorum ipsorum. Postumus autem hoc iuxta tropologia, & de ecclesiis principibus intelligere, qui tamen non digne regunt oues domini: quod illis abiectionis atque damnationis, saluetur populus alij traditur qui digni extiterint, & reliquias saluae fiant. Perdunt oues pastores, qui docent haesim. Lacerant & dissipant, qui schismata faciunt. Eijciunt eas, qui contra iustitiam de ecclesia separant. Non uisitant, qui poenitentibus contrahunt manum. Quorum omnium miserabitur dominus, reddens eis pristina pascua, & malos pastores auferens. b. Ecce dies ueniunt, & c. iustus noster, & c. Quod Hebraice dicitur: Hoc quod in Lxx. male additum est, in prophetis penitus amputandum. Aliud enim capitulum sequitur quod ab eis pretermisum est: quo finito, titulus est ad prophetas, siue contra prophetas, de quo suo dicemus loco. Abiectionis ergo pastoribus, scribis uidelicet & pharisaeis, & saluatis reliquijs ex Israel, apostolicis euangelij in locu prioru principu constitutis: inducitur pastor pastorum, & princeps principu, & rex regu, & dominus dominantium, Christus uidelicet saluator noster, qui proprie est germen iustum, siue oriens iustus, de quo legimus: Orietur in diebus eius iustitia. Et in alio loco: Ecce uir oriens nomen eius & subter eum orietur, & edificabit templum domino: ut quomodo in Esaya Emmanuel appellatur, hoc est, nobiscum deus: sic in Hieremia nomen accipiat, iustitia nostra. Vnde & Apostolus loquitur: Qui factus est sapientia nobis a deo, & iustitia & sanctificatio & redemptio. Cui contrarius Antichristus & eius habitator diabolus, in Zacharia stultus pastor dicitur: Et faciet, inquit, iudicium & iustitiam in terra. Non enim pater iudicat quenquam, sed omne iudicium dedit filio. In diebus illis & duae & decem tribus, Iuda & Israel, pariter saluabuntur. Et de duabus uirgis, iuxta Ezechiel, una uirga fiet: Nomenque eius, si iuxta Lxx. uocauerit eum dominus, appellabitur Iosedech, id est, dominus iustus. Si secundum Hebraicum, qui dixerit, nomen eius uocabunt: dicitur Dominus iustitia nostra. Hoc enim significat Pro quo Symmachus uertit, domine iustitica

A stifica nos. Propter hoc ecce dies ueniunt, & c. Hoc omne capitulu in Lxx. non habetur: Cuius hic sensus est, quod nequaquam per Moysen populus de Aegypto liberetur, sed per Iesum Christu de omni orbe terrarum in quem dispersus fuerat. Quod ex parte & nunc com-

pletur in mundo, & ex toto complebitur, quando de oriente & occidente, septentrione & meridie, uenient & discumbent cum Abraham, Isaac, & Iacob. Ut postquam subintrauerit plenitudo gentium, tunc omnis Israel saluus fiat. Ad prophetas siue in prophetis, & c. Hic titulus, ut supra diximus, in editione Lxx. finis anterioris capituli positus est, ubi scriptu legitur: & hoc est nomen quo appellabit eum dominus Iosedech, in prophetis. Quod plerique ignorantes, uaria explanationis deliramenta confingunt. Multoq; melius fuerat simpliciter inscientiam conserui, quam imperitia sua alios haerere facere. Est autem sermo contra prophetas, imo pseudo-prophetas Hierusalem & Samariae, quos nunc communi & uulgato nomine prophetas uocat, de quibus scriptum est in consequentibus: & in prophetis Samariae uidi iniquitatem, statimque: Et in prophetis Hierusalem uidi horribilia. Quando autem ponit coniunctionem, & ostendit superiora de prophetis dicta domini, qui & ipsi pseudo-prophetarum similes extiterunt. c. Contritum est cor, & c. Considerato uultu omnipotentis dei, hoc est patris, & considerato uultu filij, qui iuxta Apostolum splendor illius gloriae appellatur, & forma substantiae dei: propheta & animo & corpore perhorrescit, & intelligit esse se nihili, secundum quod & in alio loco dicitur: Ut iumentum factus sum apud te: siue uicium conscientiae & humilitatis suae offert deo, iuxta illud quod in psalmis legitur: Sacrificium deo spiritus contribulatus, cor contritum & humiliatum deus non spernit. Ossa autem quae contremuerunt siue commota sunt, illa intelligamus, de quibus idem David canit: Omnia ossa mea dicent: dominus quis similis tui: Factus est quasi ebrius & quasi homo madidus siue soporatus uino, nullam habens intelligentiam nullamque sapientiam. Dominus enim nouit cogitationes hominum, quoniam uanae sunt. Si autem hoc ita est, ubi sunt qui perfectam in homine iustitiam praedicant? Quod si responderint de sanctis hoc se dicere, non de seipso, certe nullum puto sanctiorem esse Hieremia, qui uirgo propheta, sanctificatusque in utero, ipso nomine praefiguratur Dominum saluatorem. Hieremias enim interpretatur domini excelsus. d. Quia adulteris repleta est terra, & c. Hoc quod de Hebraico possumus, quia adulteris repleta est terra in Lxx. non habetur, qui iuramentum dixere pro maledictione, Red-

ditque causas quod propter adulteria & maledicta, siue superfluum iuramentu, imo periuria, frugum sterilitas consecuta sit. Quicquid de terra Iudaea iuxta litteram intelligis, refer ad congregationem creditu, quonia propter adulteria & mendacia siue periuria, uirtutu & dominationu dei sterilitas in ecclesiis sit. e. Propheta namque & sacerdos polluti sunt, & in domo mea inueni mala eorum ait dominus, & c. Quando in ecclesia dei & maxime in principibus eius inueniuntur mala, sciamus esse completum: Propheta & sacerdos polluti sunt, in domo mea inueni mala eorum, ait dominus. Domus autem Christi ecclesia est, de qua & Apostolus scribit ad Timotheum: Ut scias quomodo te oporteat in domo Dei conuersari, quae est ecclesia dei uiui, columna & firmamentum ueritatis. In propheta, doctor accipe: in sacerdote, minister dignitatem. Qui si prauamente consenserint, erit uia eorum in lubricu & in tenebris, nec habebunt dominum loquentem: Ego lux in mundum ueni: ut

iuustus noster (siue iustitia nostra). Propter hoc ecce dies ueniunt, dicit dominus. Et non dicet ultra: uiuit dominus qui eduxit & adduxit seminem domus Israel de terra Aquilonis, & de cunctis terris ad quas eiecera eos illuc, & habitabunt in terra sua. Ad prophetas (siue in prophetis, uel contra prophetas). Contritum est cor meum in medio mei (siue in me) contremuerunt (siue commota sunt) omnia ossa mea, factus sum quasi uir ebrius, & quasi homo madidus (siue soporatus) uino a facie domini, & a facie uerborum sanctorum (siue a facie decoris gloriae eius). Quia adulteris repleta est terra, quia a facie maledictionis (siue iuramenti) luxit terra, arfacta sunt arua (siue pascua) deserti, & factus est cursus eorum malus, & fortitudo eorum dissimilis. Propheta namque & sacerdos polluti sunt, & in domo mea inueni mala eorum, ait dominus: Idcirco uia eorum erit quasi lubricu in tenebris. Impellent enim & corruent in ea: quia afferat (siue inferat) super eos mala, annu uisitationis eorum, ait dominus. Et in prophetis Samariae uidi stultitiam (siue iniquitatem): prophetabant in Baal & decipiebant populum meum Israel. Et in prophetis Hierusalem uidi similitudinem, siue horribilia: adulterium & iter mendacij, & confortauerunt manus pessimorum, ut non

omnis qui credit in me, in tenebris non maneat. Vnde sanctus loquitur, omnes tenebras fugiens: Signatum est super nos lumem uultus tui domine, dedisti latitiam in cor meum. Cum autem fuerint in tenebris & in uia lubrica, errore uidelicet haeretico, ad omnem motum impellentur & corruent. Et inferet super eos dominus mala: non quo mala sint ut dominus mala inferat, sed mala his qui sustinet supplicia. Alioquin eadem & mala sunt & bona. Mala iuxta eos quos cruciant, bona iuxta eos quos emendant. Et hoc notandum quod annu uisitationis domini, correctio peccantium dicitur atque cruciatus, iuxta illud quod scriptum est: Visitabo in uirga iniquitates eorum, & in uerbis peccatorum eorum: misericordiam autem meam non dispergam ab eo. Et in prophetis Samariae uidi stultitiam, & c. Ego prophetas Samariae, iuxta mysticos intellectus, proprie haeticos dici puto, & omnes qui iactant falli nominis scientiam. Quomodo autem propheta Samariae quicquid loquebantur, prophetabant in Baal, id est uidelicet demonibus consecrato: Sic haeretici quicquid loquuntur in ecclesia siue extra ecclesiam, ut supplantent populu Israel qui prius cernebat deum, loquuntur in demonibus. Vnde & significanter ait: Et in prophetis Samariae uidi stultitiam: non enim habent eum de quo dicitur: Christus Dei uirtus & Dei sapientia. Et in prophetis Hierusalem uidi similitudinem, siue horribilia: adulterium & iter, & c. Non solum, inquit, in haeticorum conciliabulis haec reperta sunt, sed in prophetis quoque Hierusalem, id est doctoribus ecclesiae uidi similia siue horribilia, adulterantium uerbum dei, & ingredientium per uiam mendacij, ut haeticoru fallacis acquirerent

Tim. 3. b. Ioan. 12. g. Psal. 4. b. Psal. 88. c. 1. Cor. 1. d. 4

A scerent, & confortarent manus pessimorum, eorumque mala suis sceleribus adiungerent: & quos corrigere debuerant, ducerent in interitum. Qui hoc fecerint, non se autem impunitos. Erunt enim & ipsi & hi quibus fauet quasi Sodoma, omnesque qui habitant cum eis, necre-

cedent a talibus quasi Gomorra. Exultet igitur quantum uult doctrina pessima, & gloriatur propheta Hierusalem quod obtinuerint per mendacium, & confortauerint manus pessimorum: finis eorum erit quasi Sodoma & Gomorra. *a ¶ Propevea haec dicit do. etc. ¶ Utamur hoc testimonio aduersum eos, quae epistolae plenas mendaciorum & fraudulenciae atque peritiam in orbem dirigunt, ut & aures polluatur audientium, & existimatione simplicium laedant, quod impleat in eis hoc quod scriptum est:*

Supra eodem

A prophetis Hierusalem est egressa pollutio in omnem terram. non enim eis sufficit iniquitate propria deuorare, & proximos laedere, sed quos semel oderunt, per uniuersum orbem infamare conantur, & ubique seminare blasphemias.

B *b ¶ Haec dicit domi. etc. ¶ Ne putaret se populus alienum esse a culpa si peruersis acquiesceret doctoribus: Nolite, inquit, audire uerba prophetarum qui uobis prophetant mendacium & decipiunt uos. Par enim erit poena & magistro & discipulo. Non loquuntur ex ore domini, sed ea quae in suo corde simularunt. Dicunt his qui blasphemant me: haereticis uidelicet atque peruersis, siue qui abijciunt sermonem meum, quid dicitur: Locutus est dominus, Pax erit uobis: Ne timeatis dura supplicia, nec uanis conuincationibus terreamini: pax erit uobis atque tranquillitas, & quicquid dicimus & annunciamus uobis, locutus est dominus: nec ueniet super uos malum, quod dicitur timetis pro mala conscientia: sed bonum quod uobis locutus est dominus.*

*c ¶ Quis enim affuit, etc. ¶ Vbi nos interpretati sumus, in consilio Domini, & in Hebraico scriptum est ידו אקוילה, secretum: Symmachus, sermonem: Septuaginta & Theodotio, substantiam siue substantiam interpretati sunt. Et est sensus: Nolite credere & uulgus indoctum prophetis, uobis falsa annunciantibus, qui dicitur: haec locutus est dominus, pax erit uobis, non ueniet super uos malum. Vnde enim possunt Dei nosse secreta, aut quo annunciant Dei didicere consilium? quomodo ad eos diuinae dispositionis sermo peruenit? Quidam nostrorum in hoc loco reperisse se putant, ubi dei describatur substantia. *d ¶ Ecce turbo siue tempestas & commotio dominicae indignationis egredietur, etc. ¶ Qui supra**

coerteretur unusquisque a malitia sua (siue a uia sua pessima). Facti sunt mihi omnes quasi Sodoma, & habitatores eius quasi Gomorra. *a* Propterea haec dicit dominus exercituum ad prophetas. Ecce ego cibabo eos absinthio, (siue doloribus, & iuxta Symmachum, amaritudine) & potabo eos felle (siue aqua amara): quia egressa est a prophetis Hierusalem pollutio in omnem terram. *b* Haec dicit dominus exercituum: Nolite audire uerba prophetarum qui prophetant uobis & decipiunt uos, uisionem cordis sui loquuntur, & non de ore domini. Dicunt his qui blasphemant me (siue abijciunt uerbum meum), locutus est dominus, pax erit uobis. Et omni qui ambulat in prauitate cordis sui dixerunt, non ueniet super uos mala. *c* Quis enim affuit in consilio domini, & uidit & audiuit sermonem eius? quis confiderauit uerbum illius & audiuit? *d* Ecce turbo (siue tempestas) & commotio dominicae indignationis egredietur, & tempestas erumpens super caput impiorum ueniet, & non reuertetur furor Domini usque dum faciat, & usque dum compleat cogitationes cordis sui. In nouissimis diebus intelligetis consilium eius. *e* Non mittebam prophetas, & ipsi currebant: non loquebar ad eos, & ipsi prophetabant. Si stetit in consilio meo, & nota fecissent uerba populo meo, auertissem utique eos a uia sua mala, & a pessimis cogitationibus suis.

dixerat: locutus est nobis dominus, pax erit uobis, & quos corripuerat quod non possent uentura cognoscere, nec dei nosse sententiam: nunc ostendit per contraria, eos omnino nescire. Pro pace enim & securitate, tempestas uenire Babyloniam, & uenire non super quoslibet, sed super capita impiorum, uel eorum qui falsa populo nuntiabant. Nec sicut in praeteritis temporibus Dei iram furoribus placandum: sed quod praedixit & serpsissime comminatus est, opere completum, & cogitationem illius atque sententiam, impiorum supplicium comprobanda. Cum, inquit, extremum captiuitatis tempus adueniret, & obtinuerit uos uictor exultans, & manus stridore uincentis catenarum, tunc intelligetis consilium eius quod uos frustra nunc scire iactatis. *e ¶ Non mittebam prophetas, & ipsi currebant, etc. ¶ Huc sensum & Apostolus explicat ad Romanos: Et sicut non probauerunt deum habere in notitia: tradidit eos deus in reprobum sensum, ut faciant quae non conueniunt, repletos omnium iniquitate, malitia, fornicatione, nequitia, auaritia, & ceteris. Cum enim semel se tradiderint falsis doctoribus mendacibus atque*

peritissimis & mortibus deceptorum, non pedetentim nec considerato gradu, sed praecipites currunt ad interitum, & suum & eorum quos deceperint. Nec loquitur eis dominus, sed ipsi loquuntur quasi ex ore domini, de quibus & dicit: Si stetit in consilio meo, haec est, si me uoluisset acquiescere uoluntati, & nota fecissent uerba mea populo meo, non blandiretis eis & adulatione peridentes, ut dicerent: non habetis peccata, perfectam iustitiam possidetis, sanctitas & pudicitia atque iustitia in uobis tantummodo reperiantur: & ego non tradidissem eos in immunditiam & ignominiam, ut facerent quae non conueniunt, & sequerentur cogitationes suas pessimas. Contemplerunt haereticos, quod semel desperantes salutem, gulas se tradant & delictis: uescantur carnibus, fruantur a deant balneas, musco fragrant, unguentis uariis delibuti quaerant corporum pulchritudinem. Quod cum sermone non pandant, ostendunt operibus. Si enim crederent, ista non facerent. Et in hoc loco ubi scriptum est: si stetit in consilio meo, Aquila & Symmachus & Theodotio & Lxx, ut supra similiter translulerunt. *f ¶ Nunquid deus est uicino ego sum, etc. ¶ Aquila & Symmachus similiter interpretati sunt: Nunc quid deo propinquo siue de uicino ego sum, & non deus de Lxx.*

SEPTIMA. Deus appropinquans ego, dicit dominus, & non deus de longe: Si abscondet homo in abscon-

ditis, & ego non uidebo eum, dicit dominus: Nunquid non caelum & terram ego impleo, dicit dominus? *a* Audiui quae dixerunt prophetarum, prophetantes in nomine meo mendacium atque dicentes: Somniamui (siue uidi somnium), Vique quod istud est in corde prophetarum uaticinantium mendacium, & prophetantium seductiones (siue uoluntates cordis sui)? Qui uolunt (siue cogitant) facere ut obliuiscatur populus meus nominis mei, propter somnia eorum quae narrant unusquisque ad proximum suum, sicut obliuiscuntur patres eorum nominis mei propter Baal (siue in Baal). *b* Propheta qui habet somnium, narret somnium: & qui habet sermonem meum, loquatur sermonem meum uere. Quid paleis ad triticum, dicit dominus? & quasi malleus (siue securis) conterens petram? *c* Propterea ecce ego ad prophetas, dicit dominus, qui furantur uerba mea unusquisque a proximo suo. Ecce ego ad prophetas, dicit dominus, qui assument linguas suas & aiunt: dicit, (siue dormitant dormitationem). Ecce ego ad prophetas somniantes mendacium, ait dominus: qui narrant ea, & seducunt populum meum in mendacibus suis & miraculis (siue stuporibus atque terroribus suis): cum ego non misissem eos nec mandassissem eis, qui

Lxx. uerbo & Theodotio sensu uertere contrario, ut dicerent: Deus appropinquans ego, dicit dominus, & non deus de longe: Quod scilicet superiores asserant deum non tantum uicina, sed & ea quae longe sunt cognoscere: nec praesentia, sed futura conspiciere. Isti uero ubique deum existimant esse praesentem: nec aliquid esse locum ubi non adsit deus. Omnibus enim & praecipue sanctis appropinquat deus: quomodo si uestimentum adhaereat cuti. Peccatores autem longe recedentes ab eo peribunt. Huc sensum & in psal-

mis legitur: Quo uicino & spiritu tuo, & a facie tua quod fugiam? Si ascendero in caelum, tu illic es, si descendero ad infernum, tu ades. Si assumpsero pennas meas diluculo, & habitauero in extremis maris. Et enim illuc manus tua deducet, & tenebit me dextera tua. Amos quoque in haec uerba consentit, dicens: Si descenderint usque ad infernum, in de manu mea educet eos, & si ascenderint usque ad caelum, in de deraham eos: Et si absconditi fuerint in uertice Carmeli, inde scrutans auferam eos: Et si calauerint se ab oculis meis in profundum maris, ibi mandabo serpenti & mordebit eos. Rursumque in superiori psalmo: Quia tenebrae (ait) non obscurabunt a te, & nox sicut dies illuminabitur: sicut tenebrae eius, ita & lumen eius. Quod autem in prophetis crebro dicitur: Haec dicit dominus: propterea semper infertur, ne contemnantur quasi uerba prophetarum, sed admodum iugiter dei esse sermones quos loquuntur. *a ¶ Audiui, etc. ¶ Quia superior titulus contra prophetas est siue ad prophetas, quos perspicue pseudoprophetas intelligimus. Sunt autem multa genera prophetandi: quorum unum est Somniorum, quale fuit in Daniele: idcirco & ad eos prophetalis sermo dirigitur qui credunt somniis, & omnia quae cernunt, putant reuelationem esse diuinam, quae proprie sanctis & seruis dei aperit. Quod si legitur Pharaon & Nabuchodonosor impios reges uidisse somnia quae uera fuerint: non eorum fuit meriti qui uiderunt, sed ut per eorum occasionem sancti uiri Ioseph Danielque clarescerent, & dura corda atque indomabilia tyrannorum, propria conscientia sentirent domini maiestatem. Sunt hodie quoque somniantes in ecclesia, & maxime in nostro grege, qui errores suos domini factam prophetiam, & crebro ingerunt: somniamui, somniamui: quos corripit dominus dicens: Vique quod istud est in corde prophetarum uaticinantium mendacium, & prophetantium seductiones cordis sui? Hoc autem faciunt, ut quod antiquus populus de Aegypto egressus est, oblitus est nominis dei: sic & poster eorum obliuiscantur me. Huiuscemodi autem prophetatio non est in nomine domini, sed in nomine Baal,*

quod proprie idololum Sidoniorum est siue Babylonium, & uicino nomine appellatur Bel. *b ¶ Propheta, etc. ¶ Eorum est exponere somnium qui dei merentur habere sermonem, & dicere, haec dicit dominus: quibus locutus est dominus: in quibus ueritas est, & non mendacium fraudulenti. Quid sibi uolunt haereticorum palea ad triticum ecclesiae: de quo Ioannes Baptista plenius loquitur: quod purget dominus aream suam, & uetilibro paleas uetorum flatibus dispergendas urendasque ignibus, derelinquat triticum autem cōdat in horrea, ut fiat coelestis panis & loquatur unusquisque credentium: Gustate & uidete, quoniam suauis est dominus. Et pulchre doctrina per uerba paleis comparatur, quae medullam non habent, nec possunt nutrire credentium populos: sed de inanibus stipulis cōteruntur. Et quia solent haeretici semper prospera polliceri, & colorum regna peccatoribus pandere: ut dicant, parata sunt tibi regna colorum, potes imitari maie-*

statem dei, ut absque peccato sis. Accepisti enim liberi arbitrij potestatem & legis scientiam per quam consequaris quod uolueris: decipias peccatis, quae circumferuntur omni uento doctrinae, semper dicentes & nunquam ad scientiam ueritatis peruenietes, & omnes auditores suos adulatione decipiunt. Idcirco dominus uerba sua haereticorum paleis comparas dicit: Nunquid non uerba mea sunt quasi ignis dicit dominus: & quasi malleus conterens petram? Meus enim inquit, sermo nunciatur futura supplicia, ut deterreat homines a peccando, & paleis peccatorum comminat incendium, ut haereticorum corda dura & instar siliis indomabilia, sermonis sui malleo coterant, auferens cor lapideum ut ponat pro eo cor carneum, molle uidelicet, & quod possit dei suscipere & sentire precepta. Tale quid & per Ezechielem dominus loquitur, quod pseudoprophetae blanditijs suis liniunt parietem absque teporameto, quod postea imbre uehementi & ueritate iudicij subruat. Et pseudoprophetae cōsuant ceruicalia sub omni cubito manus, ut faciant peccatores reqescere & nequaquam iram dei lacrymis mitigare. Pro malleo Lxx. securim interpretati sunt, illam uidelicet, de qua Baptista Ioannes loquitur: iam securis ad radices arborum posita est. Haec securis in fructuosas succidit arbores, & hic malleus conterit durissimos lapides. Vnde & Nahum, propheta loquitur: Furor eius, haud dubium quin dei, consumet principatus, & petrae coterentur ab eo. Hoc contra haereticos. Ceterum de eclesiasticis uiris scriptum est, quod malleus & securis non sint audita in domo domini. *c ¶ Propterea, etc. ¶ Semper imitatur mendacium ueritate, & nisi habuerit aliquam similitudinem recti, decipere non potest innocentes. Quod igitur*

Matt. 3. c

Psal. 33. b

Eph. 4. c

Ezech. 13. c

Matt. 3. c

Nahum 1. b

3. Reg. 6. d

A igitur in prioribus populo mentiebant propheta atque dicebant: Hec dicit dominus: Et uidi dominum, & uerbum domini quod factum est ad illum sive illi: Sic haeretici assumunt testimonium scripturarum de ueteri & nouo testamento, & furantur uerba saluatoris uniuersis a proximo suo,

psal. 75. a

prophetis & apostolis, & euangelistis, & assumunt linguas suas ut cordis tenent ore pronuntiant, & dormitant dormitatione: de quibus uere dictum est: Dormitauerunt somnum suum, & nihil inuenerunt. Sicut iuxta Hebraicum: & iuxta, dicit, ut subaudiatur dominus, aut certe sermo diuinus. Committit itaque dominus seipsum contra huiusmodi magistros esse uenturum quod seducit populum eius in mendacijs suis & in temporibus atque miraculis. Magna enim & incredibilia & ingentia repromittunt, ut seducant miseros qui nihil profuerunt populo dei. Et illud implet apostolicum: doctores quae non oportet turpis lucra gratia, qui solent malis prospera & bonis contraria uinciare.

Si igitur, &c. Verbum Hebraicum Aquila interpretatur: Symmachus, Lxx. & Theodotio, assumptionem. Vbi cum ergo graue est quod dominus committat, & plenius ponderis ac laboris & importabile, in titulo quoque, hoc est, pondus dicit. Vbi cum autem prospera dominus possidet sive post comminationem meliora promittit, ibi uisio dicit, uel certe uerbum domini: & perspicuum erat ex ipso titulo prophetiae ponderis sive uisionis & uerbi dei: qualis uaticinatio sequeretur. Quia igitur propheta solebant populo peccatori tristitia nunciare & comminari supplicia: ut eos retraherent ad poenitentiam, clemens autem & miserator dominus diu sententiam differrebat: putabat deceptus populus & pseudoprophetae rui fraude seductus, non uentura quae dominus minabatur, & reuerterat, in iudicium & iocundum uerterat, prophetantibusque prophetis quasi irridentes, dicebant: Rursum hic uidet pondus & onus domini. Atque ita fiebat, ut nequaquam ultra uisio, sed per iocum atque derisum, onus & pondus appellaret. Praecipit ergo dominus, ut sive populus sive propheta, sive sacerdos interrogauerint Hieremiam, quid sit pondus uel quae assumptio domini: respondeat eis & dicat: Vos estis onus, & uos assumptio. Assumam enim uos & proiciam, allidamque & interire faciam. Si quis autem deinceps uel prophetarum uel sacerdotum uel populum ausus fuerit onus & pondus domini nominare: Visitabo, inquit, super uirum illum & super domum

illius, & eum delebo in perpetuum. Dicit itaque uniuersis: proximo & amico suo, nequaquam quod est onus domini, sed quid respondit dominus, & quid locutus est dominus. Veteris obliuiscimini, onus & pondus sive assumptio in ore uestro: ultra non resonet, quia singulis hominibus sermo suus, & opus suum onus pondusque reputabit, secundum illud quod scriptum est: ex ore tuo iustificaberis, & ex ore tuo condemnaberis. b. ¶ Et perueritis, etc. Hucusque in Lxx. non habetur. Praecipit dominus, ut nequaquam oneris & ponderis & assumptionis sermo dicere in populo, sed responsionis & uerbi dei, quod quae populus implere contempserat, ipsum uerbum interpretaretur superis, & dicit: Quoniam dixistis quod nolui, & hoc cum saepe prophetas mittere & iubere, ne diceretis, propterea sermonem uestrum assumptionis, & oneris & ponderis in uobis opere complebo. Assumam quippe uos & tollam atque portabo, & allidam ac desu-

nihil profuerunt populo huic, dicit dominus. Si igitur interrogauerit te populus iste uel propheta aut sacerdos dicens: quod est onus dei (sive quae est assumptio domini)? Dices ad eos: Vos estis onus (sive assumptio). Projiciam quippe (sive allidam) uos, dicit dominus. Et propheta & sacerdos & populus qui dicit, onus (sive assumptio) domini, uisitabo (sive ulciscar) super uirum illum & super domum eius. Hec dicitis uniuersis ad amicum suum, & ad fratrem suum: quid respondit dominus, et quid locutus est dominus? Et onus (sive assumptio) domini ultra non memorabitur, quia onus (sive assumptio) erit unicuique sermo suus. b. Et perueritis uerba dei uiuentis, domini exercituum dei nostri. Hec dices (sive dicitis) ad prophetam: Quid respondit tibi dominus, & quid locutus est dominus? Si autem onus domini dixeritis: Propter hoc haec dicit dominus, quia dixistis sermonem istum, onus (sive assumptio) domini, & misi ad uos, dicens: nolite dicere, onus (sive assumptionem) domini. Propterea ecce ego tollam (sive assumam) uos portas, & projiciam uos & ciuitatem quam dedi uobis & patribus uestris a facie mea, & dabo uos in opprobrium sempiternum, & ignominiam aeternam: quae nunquam obliuione delebitur.

blimibus in terram corruiere faciam. Non solum autem uos, sed & urbem uestram quam dedi patribus uestris. Et dabo, inquit, uos in opprobrium & ignominiam sempiternam: quae nunquam obliuione delebitur. Hoc autem & temporis Babyloniam captiuitatis factum esse nouimus, sed plenius atque perfectius post saluatoris passionem resurrectionemque completur, quando locutus est dominus: Relinquetur uobis domus uestra deserta, & usque ad finem eius sententia permanet. Dicamus & aliter duntaxat iuxta Septuaginta, non solum assumptionem, sed & donum munusque significat. Quia igitur sibi populus semper prospera promittebat: dicit eos nequaquam ultra hoc debere dicere. Indignus enim esse donis dei atque muneribus, quin potius abijciendos & a dei auxilio penitus relinquendos. Ex uerbis autem & interpretatione nominum, saepe res ostenduntur, ut Abraham, Sara, & Petri & filiorum Zebedaei, uocabula commutata, significant rerum mutationem, & in hoc eodem propheta: Phaschur dicitur pauper sive translatio, & colonus sive peregrinus. Notandum quod uerba dei uiuentis, domini exercituum, dei nostri, Latini & Graeci codices non habent, & Hebraei in suis uoluminibus contra se legant, quod proprie mysterium significat trinitatis.

Commentarii quarti in Hieremiam prophetam Finis.

D. HIERONYMI PRESBYTERI IN QUINTVM COMMENTARIORUM HIEREMIAE AD EUSEBIUM PROCOEVIUM.



Virtus commentariorum in Hieremiam liber, a duobus frater Eusebi calathis habebit exordium, quorum alter rectae fidei dulcedinem, alter haereticorum perfidiae amaritudinem demonstrabit. Quamuis Ananias filius Azur repugnet Hieremiam: & Semeias Nehemiamites prophetam mitti iubeat in carcerem, et Sophonias sacerdos in pseudopropheta-

rum uerba coniuret; tamen ueritas claudi & ligari potest, uinci non potest, quae & suorum paucitate contenta est, & multitudine hostium non terretur. Erige itaque cum Moysse ad caelum manus, & antiquum serpentem in eremo suspende: statimque & Amalech delebitur, & uenenati morsus non praeualebunt: securusque populus domini cum Iesu Iordanis fluenta transibit: & post uastam solitudinem, comedit panem qui in Bethlehem nostro natus est uiculo.

COMMENTARIORVM HIERONYMI IN Hieremiam prophetam, Liber quintus. CAPVT XXIII.



Stendit mihi dominus: & ecce duo calathi, sive iuxta Symmachum cophini pleni, &c. ¶ Duos cophinos sive calathos bonorum & malorum: quidam interpretantur in lege, & euangelio, synagoga & ecclesia, Iudaeorum populo & Christianorum, gehena & regno caelorum, quorum alterum ad supplicium pertinet peccatorum, alterum ad sanctorum habitaculum. Sed nos sciens iuxta apostolum Paulum legem bonam & sanctam, & mandatum bonum & sanctum, & unum esse utriusque testamenti dei: uel ad eos magis referamus qui in aduentu domini saluatoris crediderunt, & non crediderunt qui a scribis et sacerdotibus, concitati clamauerunt, dicens: Crucifige, crucifige tale, sint calathi scilicet malorum: Qui uero post ascensionem eius de populo crediderunt, ad bonas fides, & ad calathum cophinorum optimum referant. Simpliciter autem & uera sequamur historiam, quae bonorum calathum dixerit lechoniam, qui se Hieremiam consilio & imperio dei, tradiderat regi Babylonio, cui & prospera dominus pollicetur. Malarum autem Sedechiam, quae tradens sententiam dei captus sit, caecatusque oculis ductus est in Babylonem, ibique mortuus est. Intantum autem deus posuit oculos suos in bonum qui imperio eius acquieuerunt, & reduxit illos in terram suam, & edificauit & non destruxit, & plantauit & non euulsit, deditque eis cor ut scirent eum quod ipse esset dominus, & scirent illi in populo, & ipse eis esset in deo: ut citius in captiuitate posuerit oculos suos super illos, & exercere terram, edificare domus, plantare pomaria in Babylonia regione permiserit: Daniel signorum miraculis, de captiuo subito princeps factus sit: Et tres pueri gloriose de fornacis incendio liberati sint. Et expletis annis lxx. sub Zorobabel & Iesu sacerdote magno & Esdra ac Neemia, plurima



Stendit mihi dominus: & ecce duo calathi (sive cophini) pleni ficis, positi ante templum domini: postquam transfugerat Nabuchodonosor rex Babylonis lechoniam filium Ioachim regem Iuda & principes eius, & fabri, & indusorem de Hierusalem, & adduxit eos in Babylonem. Calathus unus ficus bonas habebat nimis, ut solent ficus esse primi temporis: & calathus unus ficus habebat malas nimis, quae comedi non poterat, eo quod essent malae. Et dixit dominus ad me: Quid tu uides Hieremia? Et dixi: ficus bonas, bonas ualde: & malas, malas ualde: quae comedi non possunt, eo quod malae sint. Et factum est uerbum domini ad me dicens: Hec dicit dominus deus Israel: Sicut ficus hae bonae, sic cognoscam transfmigrationem Iuda quam emisi de loco isto, in terram Chaldaeorum in bonum. Et ponam oculos meos super eos in bonum, & reducam eos in terram hanc, & aedificabo eos, & non destruam, & plantabo eos, & non euellam. Et dabo eis cor ut sciant me quia ego sum dominus, & erunt mihi in populum, & ego ero eis in deum: quia reuertentur ad me in toto corde suo. Et sicut ficus pessimae quae comedi non possunt, eo quod sint malae, haec dicit dominus: sic dabo (sive tradam) Sedechiam regem Iuda & principes eius, & reliquos de Hierusalem qui remanserunt in urbe hac, & qui habitant in terra Aegypti. Et dabo eos in uexationem afflictionemque (sive dispersionem) omnibus regnis terrae in opprobrium, & in parabolam, & in prouerbum, & in maledictionem uniuersis locis, ad quae eieci eos. Et mittam in eos gladium & famem et pestem, donec consumantur de terra quam dedi eis & patribus eorum.

Verbum

habent amaritudinem hae ficus quae foris sunt, quanta ille quae post confessionem fidei praenunciatae mutatae sunt. Nec tantam suauitatem bonae ficus, quae non sunt in conspectu templi dei, quales fuerunt mundi philosophi, quae naturali bono & intelligentia creatoris, non tantum uisum sunt, sed quae laudare uirtutes: quanta habent suauitatem hae ficus quae sunt in templo dei, quae fuerunt prophetae & apostoli, de quibus una ficus loquebatur: Lac uobis dedi non solidum cibum. Et: Filii mei quos iterum parituro, donec Christus formetur in uobis. Unde dicitur quod in conspectu templi dei, hae ficus fuerunt bonae ualde: & hae malae, fuerunt malae ualde. Ac ne putemur nostrum sensum ponere, ipsa scriptura se patet. Sicut, inquit, ficus hae bonae, sic cognoscam transfmigrationem Iuda quam emisi de loco isto in terram Chaldaeorum in bonum: lechoniam & principes qui cum capti

israe 2

Osee 9. c

iod. 8. c

1. Cor. 3. a Gal. 4. c

rom. 7. b

Luc. 23. c

1. Cor. 3. a

Gal. 4. c

1. Cor. 3. a

Gal. 4. c

A capti sunt significans. Et e contrario de calatho qui malas habebat ficus. Et sicut ficus, ait, pessima quae comedi non possunt, eo quod sint mala: Sic dabo Sedechiam regem Iuda & principes eius, & eos qui in Aegyptum transfugerunt, & qui manserunt in urbe hac in uexationem,

Infrā 42. b

Philip. 2. b

afflictionemque omnibus regnis terrae, quoniam in Aegypto quoque capti sunt, & Nabuchodonosor posuit in Taphnis solium suum, misitque super eos dominus gladium, famem & pestem, donec consumerent de terra quam dedit patribus eorum. Quod autem dixit de ficis bonis: Dabo eis cor ut sciant me, quia ego sum dominus: illi simile est apostolus: Deus est qui operatur in uobis & uelle & perficere, quod non solum opera, sed & uoluntas nostra dei nitatur auxilio. Delyrat in hoc loco aliqui allegorici semper interpretes, & uim cupiens historicae facere ueritati, de caelesti Hierusalem captos refert atque translatos in terram Chaldaeorum: rursumque ad locum pristinum reuersuros, ut Hieremiam & ceteros sanctos prophetas, alios uero quos peccatores fuerint, in terra hac & in ualle lacrymarum esse morituros. Totam uisionis huius simul posui notandum, ne sensum in expositione diuiderem.

Verbum quod factum est ad Hieremiam de omni populo Iuda (siue super omnem populum Iuda) in anno quarto Ioakim filij Iosiae regis Iuda: Ipse est annus primus Nabuchodonosor regis Babylonis (quod in Lxx. non habet. Et sequitur): Quod locutus est Hieremias propheta ad omnem populum Iuda, & ad uniuersos habitatores Hierusalem, dicens: A tertio decimo anno Iosiae filij Ammon regis Iuda usque ad diem hanc, iste est tertius & uicesimus annus, factum est uerbum domini ad me, & locutus sum ad uos, de nocte consurgens & loquens, & non audistis. Et misit dominus ad uos omnes seruos suos prophetas, consurgens diluculo mittensque, & non audistis. Neque inclinastis aures uestras ut audiretis, cum diceret: Reuertimini ad me unusquisque ad uiam suam mala & a pessimis cogitationibus uestris, & habitabitis in terra quam dedit dominus uobis & patribus uestris a seculo et usque in seculum. Et nolite ire post deos alienos, ut seruiatiis eis, adoretisque eos, neque me ad iracundiam prouocetis in operibus manuum uestrarum, & non affligam uos. Et non audistis me, dicit dominus, ut me ad iracundiam prouocaretis in operibus manuum uestrarum in malum uestrum. Propterea haec dicit dominus exercituum, pro eo quod non audistis uerba mea: ecce ego mittam & assumam uniuersas

4. Reg. 24. c

4. Reg. 23. g

am: praecipue domino commone, ut reuertere unusquisque ad uiam suam mala, & a pessimis cogitationibus suis. Et de infinita clementia, non supplicium inferre pro scelere, sed ad poenitentiam prouocare, tam malorum operum, quam signum uiam mala, quam pessimam cogitationum, quae & ipsae absque opere reputantur in peccatum. Et permittit praemium, si fecerint quod praecipit, ut habitent in terra quam dedit patribus, & propter filiorum uita sublatam. Quod dicitur: A seculo & usque in seculum, siue ab aeterno & usque in aeternum, ostendit dei dona perpetua, si digni extiterint hi quibus datur. Et haec inquit, monere cum superioribus, ne dijs alienis seruiatis, & adoretis eos, & ne ista faciendo me prouocaretis ad iracundiam propter opera manuum uestrarum, ut facerem quod nolebam, & affligerem uos, & non audistis me: Quod dicitur sequitur: Dicit dominus, ut me ad iracundiam prouocaretis in operibus manuum uestrarum in malum uestrum, in Lxx. non habetur. Quia me ad iracundiam prouocastis, & fecistis malum in interitum uestrum, & prouocantem ad poenitentiam, superbo calcastis pede: mittam, inquit, ad uniuersas cognationes siue nationes aquilonis, & adducam principem eorum Nabuchodonosor regem Babylonis seruum meum. Mittit autem dominus uel angelos ut cōcitant gentes, uel uerba huiusmodi mouet cognationes, ut faciant domini uoluntatem. Quod dicitur uocat seruum suum Nabuchodonosor, non sic seruus uocat ut propheta & omnes sancti, qui uere seruiunt domino: sed quo in euerione Hierusalem, domini seruiat uoluntati, secundum quod & apostolus loquitur: Quos tradidi satanae, ut discant non blasphemare. In Aquilonis autem parte esse Chaldaeos iuxta situm Hierusalem, nulli dubium est.

diebus diluculo & de nocte consurgens, loquebatur ad eum populum: Et non, inquit, audistis. Sin autem ut noui ex ueribus haeretici uolunt, lex semel in adiutorium data est, & constituta praecipua quae nostris arbitrij uoluntate uel facimus, uel non facimus: quomodo propheta se semper ingerit, & quotidie replicat mandata dei, quae utique semel accepta, suffecerant eis quibus data fuerant nisi ut hoc cōfessent, dei nos semper indigere auxilio, & nunquam posse sufficere quod semel datum est, nisi quotidie dominum ad monitione renouet.

per ingerit, & quotidie replicat mandata dei, quae utique semel accepta, suffecerant eis quibus data fuerant nisi ut hoc cōfessent, dei nos semper indigere auxilio, & nunquam posse sufficere quod semel datum est, nisi quotidie dominum ad monitione renouet. Et misit dominus ad uos omnes seruos suos prophetas, consurgens diluculo mittensque, & non audistis. Neque inclinastis aures uestras ut audiretis, cum diceret: Reuertimini ad me unusquisque ad uiam suam mala & a pessimis cogitationibus uestris, & habitabitis in terra quam dedit dominus uobis & patribus uestris a seculo et usque in seculum. Et nolite ire post deos alienos, ut seruiatiis eis, adoretisque eos, neque me ad iracundiam prouocetis in operibus manuum uestrarum, & non affligam uos. Et non audistis me, dicit dominus, ut me ad iracundiam prouocaretis in operibus manuum uestrarum in malum uestrum. Propterea haec dicit dominus exercituum, pro eo quod non audistis uerba mea: ecce ego mittam & assumam uniuersas

am: praecipue domino commone, ut reuertere unusquisque ad uiam suam mala, & a pessimis cogitationibus suis. Et de infinita clementia, non supplicium inferre pro scelere, sed ad poenitentiam prouocare, tam malorum operum, quam signum uiam mala, quam pessimam cogitationum, quae & ipsae absque opere reputantur in peccatum. Et permittit praemium, si fecerint quod praecipit, ut habitent in terra quam dedit patribus, & propter filiorum uita sublatam. Quod dicitur: A seculo & usque in seculum, siue ab aeterno & usque in aeternum, ostendit dei dona perpetua, si digni extiterint hi quibus datur. Et haec inquit, monere cum superioribus, ne dijs alienis seruiatis, & adoretis eos, & ne ista faciendo me prouocaretis ad iracundiam propter opera manuum uestrarum, ut facerem quod nolebam, & affligerem uos, & non audistis me: Quod dicitur sequitur: Dicit dominus, ut me ad iracundiam prouocaretis in operibus manuum uestrarum in malum uestrum, in Lxx. non habetur. Quia me ad iracundiam prouocastis, & fecistis malum in interitum uestrum, & prouocantem ad poenitentiam, superbo calcastis pede: mittam, inquit, ad uniuersas cognationes siue nationes aquilonis, & adducam principem eorum Nabuchodonosor regem Babylonis seruum meum. Mittit autem dominus uel angelos ut cōcitant gentes, uel uerba huiusmodi mouet cognationes, ut faciant domini uoluntatem. Quod dicitur uocat seruum suum Nabuchodonosor, non sic seruus uocat ut propheta & omnes sancti, qui uere seruiunt domino: sed quo in euerione Hierusalem, domini seruiat uoluntati, secundum quod & apostolus loquitur: Quos tradidi satanae, ut discant non blasphemare. In Aquilonis autem parte esse Chaldaeos iuxta situm Hierusalem, nulli dubium est.

Et ad

Et adducam eos, etc. Ista sunt praemia contemptorum, & dei uerba audire nolentium. Quicquid igitur mali super nos adducitur, nostra peccata fecerunt. Omnesque gentes ut tunc adductae sunt contra Hierusalem: sic hodie adducuntur contra ecclesiam negligentem, ut interficiat eos, & ponat in stuporem & in sibilum & in solitudines sempiternas, ut in exemplo sint omnium atque miraculo. Sibilus autem miraculi & stuporis in dicitur est, & solitudo sempiterna in his deprehendit, qui praesidem non habent deum. Perdamusque ex eis uocem gaudij, etc. Hoc in conciliabulo malignantium & hodie comprobatur, ut magistrorum non doceant uerbum dei, sed instar colubri sibilent. Peritque eis uox gaudij, uoxque latitiae, ut nunquam audiant illud Apostoli: Gaude iterum dico gaude te. Vox quoque sponsae, ecclesiasticae fidei: & uox sponsi, domini saluatoris. Qui enim habet sponsam, sponsus est. Vox molae, ut non conterantur in ea frumenta, & populis uescenda tribuantur. Et lumē lucernae, doctrina uidelicet & scientia prophetarum. Denique & de Ioanne Baptista dicitur: Ille erat lucerna lucens. Et alius propheta: Lucerna, inquit, pedibus meis uerbum domine, & lux semitis meis. Uniuersa, inquit, terra haereticorum erit in solitudinem & in stuporem, quum non uisum eius insipiens fuerit demonstratum. Sicut Hierusalem post septuaginta annos recipit praesentinos habitatores, & expletis supplicijs, quia obediuit sententiae dei, felicitate pristina perstruitur: sic rex Babylonis qui elatus est in superbiam, & suarum arbitratu est uirium, quod regnauit in gentibus & non domini uoluntatis, Medis Persisque uentibus destruetur. Denique usque hodie urbis Babylonis reliquiae tantum manent. Et posuit illam dominus in solitudinem sempiternam, & impleuit omnia uerba quae in istius ipsius propheta uolumine continentur. Nam in consequentibus quae mala passura sit Babylon, Hieremia sermo describit. Quia seruiert eis, etc. Hoc in Septuaginta non habetur. Significat autem quod non solum contra Babylonem prophetauerit Hieremias, sed contra ceteras gentes quae in Babylonia fuerant exercitu, & contra domini populum dimicarunt. Denique in sequentibus dicitur contra Aegyptum & Philistin & Moab & Ammon & Idumaeam & Damascus & Cedar & regna Afor & Elam, & ad extremum contra

Hier. 10. 5

Babylonem terramque Chaldaeam. Quia sic ait dominus deus Israel ad me, Sume, etc. Propinatio calicis & calicis meri, siue non mixti, quae Graece dicitur uinorum, domini furoris indicium est, ut omnes gentes quae contra dei populum militauerunt, bibant de calice furoris domini, de quo scribit Esaias contra Hierusalem: Cyphum furoris, calicem ruinam ebibisti & euacuasti, propterea conserge. Iste autem calix idcirco bibitur a cunctis gentibus, ut uolant & insaniant. Quod quidam prauius interpretis in bonam partem accipit, ut insit cathartica portio quicquid cholerae & pituitae, & noxij humoris in pectore est, foras exire compellat, & restituat pristinam sanitatem. Pro Hieremia quoque saluatorem accipit, quod ipse cunctis gentibus praeparauit ad quas & missus sit: ut abiecit idololatria, dei seculi tui dedicaret. Quod contrarium esse scripturae sanctae, monstrabit sequentia. Non enim pro remedio, ut ille uult, sed pro poena meraco calice propinat. Putabam (inquit) quod solis gentibus propinarem, & ideo incheu ministerio lactus obtuleram: sed inter ceteras gentes, imo ante ceteras, propinam Hierusalem & ciuitatibus Iuda & regibus

Esa. 51. f

Supra 20. b

Iob. 1. a

religiosae cognationes Aquilonis, ait dominus: & Nabuchodonosor regem Babylonis seruum meum. Et adducam eos super terram istam, & super habitatores eius, & super nationes omnes quae in circuitu illius sunt, & interficiam eos, & ponam eos in stuporem & in sibilum & in solitudines sempiternas. Perdantque ex eis uocem gaudij & uocem latitiae, uocem sponsi & uocem sponsae, uocem molae & lumē lucernae. Et erit uniuersa terra eius in solitudinem & in stuporem. Et seruiert omnes gentes istae regi Babylonis septuaginta annis. Quicquid impleti fuerint anni septuaginta, uisitabo super regem Babylonis, & super gentem illam, dicit dominus, iniquitates eorum, & super terram Chaldaeorum, & ponam illam in solitudines sempiternas. Et adducam super terram illam omnia uerba mea quae loquutus sum contra eam: omne quod scriptum est in libro isto: quae cumque prophetauerit Hieremias aduersum omnes gentes. Quia seruiert eis quum essent gentes multae, & reges magni, & reddam eis secundum opera eorum et secundum facta manuum suarum. Quia sic ait dominus deus Israel ad me, Sume calicem uini furoris (siue meri) huius de manu mea, & propinabis de illo cunctis gentibus, ad quas ego mittam te, & bibent, & inebriabunt (siue uoment) & insanient a facie gladij quem ego mittam inter eos. Et accipi calicem de manu domini, & propinam cunctis gentibus, ad quas misit me dominus: Hierusalem & ciuitatibus Iuda, et regibus eius, & principibus eius: ut darem eos in solitudinem & in stuporem & in sibilum & in maledictionem, sicut est dies ista: Pharaoni regi Aegypti & seruis eius & principibus eius & omni populo eius & uniuersis generaliter: & cunctis regibus terrae Ausitidis, & cunctis regibus terrae Philistin & Ascalonis, Gazae, Acaronis &

eius & principibus, ut darem eos in stuporem & in solitudinem & in sibilum & in maledictionem, sicut & praesenti probatur exemplo. Vnde dicit & supra: Seduxisti me domine & seductus sum, inualuisti & potuisti. Post Hierusalem bibit Pharaon rex Aegypti & socij eius, bibent principes & uniuersus populus, cunctisque qui non quidem est Aegyptius, sed in eius regionibus commoratur, quos Lxx. uertere uolunt, id est, mixtios: uulgus non Aegyptie regionis, sed peregrinum & aduentitium. Quae Hebraice appellatur uin de qua & Iob fuisse narrat historia: Homo quidam erat in regione Ausitidis, nomine Iob. Et tamen sciendam hunc uersicolum in Lxx. non haberi: Theodotionemque pro Huius interpretatum esse in Iuliam. Et cunctis regibus terrae Philistin & Ascalonis, etc. Generatiter posuit Philistin, hoc est, terram Palaestinarum, & specialiter urbes eorum Ascalonem, Gazam, Acaron, Azorum, solam tacuit Geth, quae continetur in reliquijs. Hoc est enim quod scriptum est, Et reliquijs Azoti: uicina enim atque confinis est Azoto, quae Hebraice dicitur Azotus regio urbis Geth. Paestinos autem a Babylonijs captos atque uastatos, scribit Esaias.

A Elías. **A** Idumæ & Moab & filijs Ammon & cunctis, etc.] Idumæa in qua sunt montes Seir, & quæ Hebraice appellatur **Moab** & Ammon: ipsi sunt filij Lot, paxi mi maris mortui. Tyrus & Sydon in Phœnicis litore principes ciuitates, quæ & ipsa Babylonio ueniente superatae sunt, quarum Carthago colōia: unde & Pœni sermone corrupto quasi Phœni appellantur, quorum lingua, Hebraicæ linguæ magna ex parte confinis est. **B** **¶** Et regibus insularum, etc.] Trans Cypri & Rhodū & insulas quæ appellantur **insularum**. Et hæc em̄ a Babylonijs occupatae sunt. **C** **¶** Et Dedan & Theman, etc.] Hæc gentes in solitudine sunt, uicinæ & mixtæ regionibus Ismaelitarū, quos nūc Sarracenos uocant, & de quibus dicitur, qui attonsi sunt in comā. **D** **¶** Et cunctis regibus Arabiæ, etc.] Hoc in Septuaginta non habetur. Post Dedan igitur & Theman & Buz & Ismaelitas, regionum ordinē sequitur. **E** **¶** Et cunctis regibus, etc.] Hoc quoque in Lxx. nō habetur. **F** **¶** Et cunctis regibus Elam, cunctisq; regibus Med. etc.] Ex eo quod Zamri sequitur Elam, regesq; Medorum: arbitramur & Zamri regionem esse Perfidis, nisi forte ex eo quod præcessit Arabia: & hi reges solitudinis accipiendi sunt. Elam autē regio Perfidis trans Babylonē: unde & Elamitæ. Medī quoq; atq; Persæ, à quibus capita & destructa est Babylon. Et ipsi enim meracum calicem Alexandro rege Macedonū propinante potarūt. **G** **¶** Et cunctis, etc.] Quia Perfidis & Babylonis, Elam atq; Medorū enumerauerat regiones, nunc generaliter ponit omnes reges Aquilonis, qui prope sunt & qui longe. Pro Aquilone, qui Hebraice dicitur **phaz**, Lxx. uertere **phaz**, quem nos Subsolanum possumus dicere. **H** **¶** Vnicuiq; contra fratrem, etc.] Ne cunctas Orientalis prouinciarū regiones enumerare per partes longum fieret, generaliter posuit omnia regna terræ quæ memorantur in terra. Quod autē dixit, Contra fratrem suum, subauditur, Dedit meracum potionem: ut omnes furerent, uomerent, insanirent, & mutuis inter se prælijs dimicarent. Quod dicitur, **¶** Et rex Sefach, etc.] Et in Septuaginta nō habetur: Hūc habet sensum: Omnes (inquit) in circuitu nationes Babylonio imperio subiacebunt, & cuncta suæ subijciēt potestati, ita ut uniuersæ quas præteritus sermo narrauit gentes, ipsi seruant & bibāt de calice eius. Vnde & in uisione contra Babylonē scribitur: Calix aureus Babylon, inebrians omnē terram. Nouissimus autē rex Babylonis bibit hanc potionem, propinante sibi ascensore bigæ camelī & asini, Cyro rege Medorum atq; Persarum. Quomodo autē Babylon quæ Hebraice dicitur **בבל** intelligatur **בבל** non magno opere laborabit, qui Hebrææ linguæ paruam saltem habuerit scientiam. Sicut apud nos Græcum alphabētū usq; ad nouissimā litteram per ordinem legit, hoc est **α β & cetera** usq; ad **ω**, rursumq; propter memoriam paruulorum solemus lectionis ordinem uertere, & primis extrema miscere, ut dicamus **ω α β ψ**: sic & apud

Infr. 5. d.

Hebræos, primum est **α** Secundum **β** Tertium **γ** usq; ad uigesimali insecundam & extremam litteram in cui penultima est **ω** Legimus itaq; **ω α β γ δ ε ζ η θ ι κ λ μ ν ξ ο π ρ σ τ υ φ χ ψ ω**: nō **α β γ δ ε ζ η θ ι κ λ μ ν ξ ο π ρ σ τ υ φ χ ψ ω** Cumq; uenerimus ad medium **β** littera, occurrit **β** Et ut si recte legatur, legimus Babel, ita ordine commutato legimus Sefach. Vocales autē litteræ, inter **α & β** & **γ & δ** iuxta idiomalin, quæ Hebrææ, in hoc nomine non ponuntur. Arbitrorq; à sancto propheta prudēter fuisse caelatum, ne aperte eorum contra se insaniam commoueret qui obsidebant Hierusalē, & iā iāq; eius potituri erāt. Quod & apostolū contra imperium Romanū fecisse legimus, scribentem de Antichristo: nō meministis quod cum apud uos essem adhuc, hæc dicebam uobis: Et nunc quid detineat, scitis: ut reueletur in suo tempore, subauditur Antichristus. Iā enim mysteriū iniquitatis operatur, tantū qui tenet modo, teneat, donec de medio fiat, & tūc reuelabitur ille iniquus, quem dñs Iesus interficiet spiritu oris sui, & destruet illuminatione aduentus sui. Eum qui tenet, Romanum imperium ostendit. Nisi enim hoc destructū fuerit, sublatumq; de medio: iuxta prophetiā Danielis, Antichristus ante non ueniet. Quod si aperte dicere uoluisset, stulte persequutiones aduersum Christiianos, & tunc nascentē ecclesię rabiem conuictasset. Longius quā commentariū breuitas patitur, de hoc capitulo diximus, quod Græci forsità Latiniq; fastidit, quia in suis codicibus nō habetur. Sed quid proderit, cū in cōsequentibus hic ipse propheta dicat: Quomodo capta est Sefach, & comprehensa est incluta uniuersę terrę quomodo facta est in stuporem Babylon inter gentes: Allegorici interpretes istū omnē locū ad cunctas referunt nationes, quas inebriauerit diabolus calice peccatorū meracissimo. Et nouissimū etiā ipsum bibeatū supplicia atq; cruciatu, de quo scribit Apostolus: Quem dñs Iesus interficiet spiritu oris sui. Et in alio loco dicit, Nouissimus autē inimicus destruetur mors. Quod magnarū uirū est posse diuersarum uocabula nationum transferre sub etymologijs suis, & singula uicia, singulis nominibus coaptare. **K** **¶** Et dices, etc.] Postquam (inquit) cunctis gentibus propinaueris, & impleueris præceptū dñi, rursum hæc uerbis dñi imperabis, & dices: Bibite & inebriamini, & uomite & cadite & nolite cōsurgere. Si bibere & inebriari, uomere & cadere, salutis indicium est, ut in star cathartice potionis noxia queq; pellantur: quomodo sequitur: Et nolite cōsurgere. Que sit autem potio que eos cadere faciat in eternum, ponit manifestus, id est, à facie gladij quem ego mittam inter uos. **L** **¶** Quomq; noluerint, etc.] Latenter ostendit præceptum dei qui uoluntate facere noluerint, suscepturos necessitate, & audituros: Bibentes bibetis. Velitis (inquit) nolitis, dei sententiā cōplēda est. Si em̄ ciuitas Hierusalē, in qua notū fuit nōmē dei, dicēte Propheta: Nō in Iudæa de, in Israel nōmē magnū eius: bibit meracū calicē furoris, quāto magis

Alleg.

2. Cor. 11.

psal. 77.

psal. 77.

A gis uos non eritis mundi, qui pro dei nomine idola colitis. **¶** Gladium enim ego uoco, etc.] Ista est potio meracissima, iste calix furoris domini qui non super solam Hierusalē, sed super omnē uocatur terram, & cunctas in circuitu nationes. De quo supra dixerat: Et mittā ad Nabuchodonosor regem Babylonis, seruum meum: & adducam eum super terrā istam, & super habitatores eius, & super omnes nationes quæ in circuitu illius sunt. **¶** Et tu, ppbetabis, etc.] Primū dicamus, ut se interpretationis ueritas habet. Cunctis (inquit) gentibus prophetaabis, & dices, quod dñs de excello rugiat, hoc est, det sui furoris in dicitum: iuxta illud quod scriptū est: Leo rugiet, & quis nō timēbit? Dñs loquutus est, & quis nō prophetabit? Et de habitaculo sancto suo dabit uocē suam, ut cunctos terreat audientes. Rugiet autē super decorem suum, hoc est, super tēplū. Cumq; ille rugierit, instar calcantium in torcularibus celeuma catabitur: & in effusione sanguinis mutui, carnē lugubre cōcineat: quod Symmachus uerterit in, Aquila uerterit in uocatus: cuius celeumatis & carminis sonitus usq; ad terrę extrema perueniet, quia iudicium domini cū gentibus. **¶** Si autem iudicium dñi cum gentibus est, sunt & gentiū merita diuersa. Ad exponendum illum locum, ut quidam uolunt: Qui non credit, iam iudicatus est: iudicatus quidem est, in eo quod non credidit, sed ipsi qui non credunt inter se, diuersis afficientur supplicijs. Iudicatur ipse cum omni carne, ut nullus inuidiatūs abeat. Impios autem, hoc est, qui domino non credunt, tradit gladio sempiterno. Allegorici interpretes iuxta Lxx. hunc locum sic edidulerunt, ut ad bonam partem referant, apertam domini comminationem. Dominus inquit, de excello responsum dabit, his uidelicet quos saluaturus est. Et de loco sancto suo dabit uocem suam, respondebitq; sermonem in loco suo. Illi autem quasi uindemiantes pleni fructibus, illius sententię respondebunt: Super omnes habitatores terræ ueniet interitus, non super uniuersam terram, sed super partem terræ, eorum uidelicet qui non credunt. Iudicium enim erit in gentibus, & ipse iudicabitur cum omni carne: impij autem tradentur gladio. **¶** Hæc dicit, etc.] Erubescant qui uim scripturæ sanctę facere conantur: in bonam partem ea quæ comminationis plena sunt, dissimulantes. De hoc autem loco puto dixisse & dñm: Consurget gens aduersus gentem, & regnū cōtra regnū, & car-

Amos 3. b

psal. 44.

psal. 3. c

Allegor.

Luc. 11. b

¶ Gladiū em̄ ego uoco super omnes habitatores terræ, dicit dñs exercitū. **¶** Et tu prophetaabis ad eos oia uerba hæc, & dices ad illos: Dñs de excello rugiet (siue respōsum dabit), & de habitaculo sancto suo dabit uocē suā. Rugiēs rugiet sup decore suū (siue respondebit super locū suū): celeuma quasi calcantiū concinetur aduersum omnes habitatores terræ. Peruenit sonitus (siue interitus) usq; ad extrema (siue super partē) terræ, quia iudiciū dño cum gentibus, iudicatur ipse cū omni carne, impios tradidit gladio, dicit dñs. **¶** Hæc dicit dñs exercitū: Ecce afflictio (siue malum) egredietur de gente in gentem, & turbo magnus (siue tempestas) egredietur à summitatib. (siue extremis) terræ. Et erūt interfecti dñi (siue nulnerati à dño) in die illa à summo terræ usq; ad summū eius. Non plangentur & nō colligentur, neq; se pelientur: in sterquilinum super faciem terræ iacebunt. **¶** Ululate (siue iubilare) pastores, & clamate & aspergite uos cinere optimates gregis (siue plāgite arietes ouū): quia cōpleti sunt dies uestri ut interficiamini, & dissipationes uestre, & cadetis quasi uasa preciosa (siue quasi arietes electi). Et peribit fuga à pastoribus, et saluatio ab opimatibus (siue arietibus) gregis. **¶** Vox clamoris pastorū, & ululatus optimatū gregis (siue iubilū arietū): quāstauit dñs pascua eorū. Et conticuerūt arua (siue speciosa) pacis à facie iræ furoris domini. **¶** Dereliquit quasi leo umbraculū (siue cubile) suū. (Et ut uerius est, tabernaculū: hoc enim **בטן** Hebraicum sonat). Quia facta est terra eorum in desolationem (uel inuua) à facie iræ colūbæ (siue à facie gladij magni) & à facie furoris domini.

In prin-

risæos, Genimina uiperarū, quis ostendit uobis fugerēt à uentura ira? Et in psalmis legitur, Perijt fuga à me. Et saluatio (inquit) ab optimatibus gregis, siue arietibus, dñs nō uis subauditur, peribit. **¶** Vox clamoris, etc.] Et hic notandum quod apud Lxx. iubilum pro ululatu positum sit. Inter pastores autem & arietes, ista diuersitas est, quod pastores putentur in ecclesia, qui præsent grēgi cū sapientia & eruditione atq; doctrina: Arietes uerō qui principes quidem uidentur in populo, sed nihil habent in se doctrinæ atq; sapientię, & per nimiam simplicitatē propemodum stultitiā uicini sunt. Quādo autē habuerimus pacem, & non intellexerimus uel bonā uel speciosa pacis, sed luxuriā nos & otio & uoluptatibus dederimus, tunc cōquiescēt siue cōticescēt bonā pacis, & auferent à nobis propter iram furoris dñi: & implebitur illud quod scriptū est: Cum dixerint, pax & securitas, tūc repētinus eis superueniet interitus: quō ueniente, omnia cōticescēt. **¶** Dereliquit, etc.] Dominus de quo supra dixerat, de excello rugiet, & de habitaculo sancto suo dabit uocem suam: Rugiēs rugiet sup decore suum, ipse derelinquet tabernaculū suum, de quo scriptū est: Factus est in pace, siue in Salem locus eius, & habitatio eius in Sion. Ipse relinquet sedem suam, &

psal. 141. b

1. Thes. 5. d

psal. 75. d

interfecti à dño, non quod dñs ipse percūtat, sed quo in interitu pessimorū uoluntas & imperiū dñi cōmpleat. **¶** Ululate, etc.] Notādū quod in hoc tantū loco Lxx. iubilum in malā partem posuerūt: pro quo alij interpretes, ululātū (ut in Hebræo scriptū est) translulere. Inter pastores & arietes siue optimates gregis ista distātia est, quod pastores rationaliū sunt, arietes autē & optimates referuntur ad diuites qui & ipsi pars gregis appellantur: Quodq; inferet: Completi sunt dies uestri, ut interficiamini. Tūc cōplebunt dies eorū, quā fuerint peccata cōplēta, & dispergent & cadent sicut uasa pretiosa, ut cōfracta nō ualeāt in faurari, & quāto ante fuerit pretiosa, tātō maius eorū in cōfractioe sit damnum: siue quasi arietes electi, ut pinguis hostia sit de uorare cupientium. Peribit, inquit, fuga à pastoribus, quā non egerint pœnitentiā. Deniq; dicit ad phar-

Supra 12. b

complebit quod pereundem hunc prophetam loquutus est: Dimisi domum meam, dereliqui hereditatem meam. Reliquit autem quasi leo cubile suum, ut omnes bestie, uastandi terram eius habeant potestatem. Leone enim custode & praeside, nullus ad eandem audet accedere, facta est (inquit) terra eorum, haud dubium quin uel populi Iudaorum, uel certe uniuersarum gentium in desolationem & in inuicem a facie irae columbae. Non mirabitur columbam dominum intelligi Nabuchodonosor, qui supra eum uocari seruum domini legerit. Pro quo Lxx. transtulerunt, gladium magnum. Licet columba & in persona Hierusalem possumus accipere, quod irascatur & tristis sit, se leonem sui perdidisse custodiam, & terram suam uenisse in desolationem.

CAP. XXVI.

In principio regis Ioa. etc.] Hac propheta superior est prior, licet sub eodem rege sit facta. Illa enim facta est anno quarto Ioakim filij Iosie regis Iuda: haec autem in principio eiusdem regis, scriptura dicente: In principio regis Ioakim filij Iosie regis Iuda, factum est uerbum istud a domino.

Deut. 5. d Psal. 134. d

Non igitur (ut saepe iam diximus) in prophetis historia ordo tendendus est: cum in praesentiarum sub eodem rege priora postea, & posteriora ante dicantur. Qui autem uerbum dicitur est domini, debet stare cum Moyses, & audire cum Psalmista: Qui stans in domo domini, in attritis domus dei nostri. Et praecipitur illi ut loquatur ad omnes ciuitates Iuda: licet ciuitates Lxx. non transtulerint, ne in decorum forte uideretur, in atrio domus domini loqui ad urbes quae coram non erant: sed quando ad populum & ad ciues loquitur, ipsis ciuitatibus loquitur. Pulchre autem stat in atrio atque uestibulo templi domini, ut per occasionem orationis domini, & adorandi eum sermones prophetae audire cogantur. Noli (inquit) subtrahere uerbum: licet triste sit, licet aduersum te audientium rabies concitetur, tamen dicitur quod tibi imperatum est: non formidans persecutiones eorum qui aduersum te concitandi sunt, sed domini iubentis imperium. Forsitan (inquit) audiant & conuertantur. Verbum ambiguum, forsitan, maiestati domini non potest conuenire, sed nostro loquitur affectu, ut liberum homini seruetur arbitrium: ne ex praesentia eius, quasi necessitate uel facere quid uel non facere cogatur. Non enim ex eo quod deus scit futurum aliquid, idcirco futurum est: sed quia futurum est, deus nouit, quia praescius futurorum. Et tamen sciendum iuxta hunc eundem Hieremiam, & si mala praedixerit dominus, & egerit populus poenitentiam, quod & ipse acturus sit poenitentiam super his quae facere comminatus est. Et si prospera pollicitus fuerit, & egerit populus negligenter, mutet deus sententiam, & pro bonis mala inferat. Tale quod

& illud in Euangelio est: Mittam filium meum, forsitan uerebuntur eum. Quod utique ex persona dei omnipotentis dicitur. Denique & in praesenti ait: Si forte audiant & conuertantur unusquisque a uia sua mala, ut cum illi conuersi fuerint, & meae sententiae poeniteat, & non faciam quod eis facere cogitabo. Cogito autem facere propter malitias studiorum illorum: quae si fuerint immutatae, & mea sententia commutabitur. Legamus historiam Ionae & Niniuae. b ¶ Et dices ad eos, etc.] In nostra ergo positum est potestate, uel facere quid uel non facere: ita distaxat ut quicquid boni operis uolumus, appetimus, explemus, ad dei gratiam referamus, qui iuxta Apostolum dedit nobis & uelle & perficere. Sin autem sufficit semel ambulare in lege quae nobis data est per Moysen, ut stulta haecis suspicatur: quomodo addidit, ut auditis sermones seruorum meorum prophetarum. Qui utique post legem missi sunt, & non semel, sed frequenter: nec ociose & a seculo sed semper & a sollicitudine.

IN principio regis Ioakim, filij Iosiae regis Iuda, factum est uerbum istud a domino dicens: Haec dicit dominus, sta in atrio domus domini, & loqueris ad omnes ciuitates Iuda, de quibus ueniunt ut adorent in domo domini, uniuersos sermones quos ego mandauit tibi ut loquaris ad eos: Noli subtrahere uerbum, si forte audiant, & conuertantur unusquisque a uia sua mala, et poeniteat me mali (siue quiescat a malo), quod cogito facere eis propter malitias studiorum eorum. Et dices ad eos: Haec dicit dominus, si non audieritis me, & ambuletis in lege mea quam dedi uobis, ut audiat sermo nes seruorum meorum prophetarum, quos ego misi ad uos de nocte confurgens & dirigens, & non audistis: dabo domum istam sicut Silo, & urbem hanc dabo in maledictione cunctis gentibus terrae. Et audierunt sacerdotes & prophetae (siue pseudoprophetae), & omnis populus Hieremiam loquentem uerba haec in domo domini. Cuius compleisset Hieremias loquens omnia quae praeeperat ei dominus ut loqueretur ad uniuersum populum, apprehenderunt eum sacerdotes & prophetae (siue pseudoprophetae) & omnis populus, dicens: Morte moriatur, quia prophetauit in nomine domini, dicens: Sicut Silo erit domus haec, & urbs ista desolabitur, eo quod non sit habitator. Et congregatus est omnis populus aduersus Hieremiam in domo domini, & audierunt

Misi (inquit) ad uos seruos meos prophetas quotidie, & de nocte confurgens: quos si audire nolueritis, dabo domum istam, hoc est, templum dei: sicut Silo, ubi fuit tabernaculum. Cumque templum destructum fuerit, consequenter & ciuitas erit in maledictionem cunctis gentibus terrae. Sicut autem extructo templo in area Orne, & in monte Moria, hoc est, uisionis: in quo Abraham filium suum Isaac obtulisse narratur, cessauit religio Silo, nec postea ibi sunt celebrata sacrificia: sic extructa ecclesia & spiritualibus in ea uictimis immolatis, cessauerunt legis ceremonie: & data est urbs Iudaorum in maledictionem cunctis gentibus terrae: de qua nos dominus liberauit, dicente Apostolo: Christus redemit nos de maledictione legis, factus pro nobis maledictio. c ¶ Et audierunt sacerdotes, etc.] Sacerdotes & prophetae, quos pseudoprophetae manifestius Lxx. transtulerunt, irascuntur Hieremiam quod uera praedicat: & subuerso templo & ciuitate deserta, sit peritura religio, & lucra ex religione uenientia: idcirco apprehendunt eum, & consentiente sibi populo, morti destinant: quare dixerit in nomine domini, sicut Silo erit domus haec: & urbs desolabitur, eo quod non sit habitator. Si quando igitur propter mandata domini, & fidei ueritatem, uel sacerdotes nobis uel pseudoprophetae uel decepti populus irascitur, non magnopere curemus, sed exequamur sententiam dei, nequaquam praesentia mala, sed futura bona animo cogitantes. d ¶ Et congregatus est, etc.] Hieremias in templo uerba domini prophetabat, & dixerat: domum istam sicut Silo, & urbem hanc in maledictionem dabo cunctis gentibus terrae: statimque a sacerdotibus & prophetis & populo, seditione commota, omne

omne uulgus aduersus prophetam congregatur in templum ubi erat propheta, & sacerdotum ac prophetarum uulgus manibus tenebatur. Quod cum audissent principes ciuitatis, qui in domo regia uersabant, transtulerunt siue ascenderunt de domo regis in domum domini. Notandum quod ire ad domum domini, semper ascensus sit. Sederuntque in introitu portae domini nouae. Principum enim erat officium sedere in porta domus domini, & ibi negotij & seditionis cognoscere ueritatem. Noua autem porta dicitur, quia qui sedebat in ea & iudicio praerant, sacerdotum & pseudoprophetarum calumnie resistebant. a ¶ Et loquuti sunt, etc.] Seditibus urbis principibus in porta templi & in porta noua, qui de regis palatio ad templum currerant, ut seditione populi sedaret, & cognitione populi congregata, accusant sacerdotes & pseudoprophetae Hieremiam: perieratque propheta, quantum fuit in sacerdotibus & prophetis, si accusatores ipsi habuissent iudicij potestatem.

runt principes Iuda uerba haec, & ascenderunt de domo regis in domum domini, & sederunt in introitu portae domini nouae. Et loquuti sunt sacerdotes & prophetae ad principes et ad omnem populum, dicentes: Iudicium mortis est uiro huic, quia prophetauit aduersus ciuitatem istam, sicut audistis auribus uestris. b Et ait Hieremias ad omnes principes & ad uniuersum populum, dicens: Dominus misit me ut prophetarem ad domum (siue super domum) istam, & ad ciuitatem (siue super ciuitatem) hanc omnia uerba quae audistis. Nunc ergo bonas facite uias uestras et studia uestra, & audite uocem domini dei uestri, & poenitebit dominus mali quod loquutus est aduersum uos (siue, & quiescet dominus a malis quae loquutus est contra uos). Ego autem ecce in manibus uestris sum: facite mihi ut bonum & rectum est in oculis uestris (siue, ut expedit uobis). Veruntamen scitote & cognoscite, quod si occideritis me, sanguinem & innocentem tradetis contra uosmet ipsos, & contra ciuitatem istam & habitatores eius. In ueritate enim misit me dominus ad uos, ut loquerer in auribus uestris omnia uerba haec. c Et dixerunt principes & omnis populus ad sacerdotes & prophetas: Non est uiro huic iudicium mortis, quia in nomine domini dei nostri loquutus est ad nos. d Surrexeruntque uiri de senioribus terrae, & dixerunt ad omnem coetum populi loquentes: Micheas de Morasthi fuit propheta in diebus Ezechiae regis Iuda: & ait ad omnem populum Iudae, dicens: Haec dicit dominus exercituum: Sion quasi ager arabitur, & Hierusalem in aceruum lapidum erit, & mons domus in excelsa syluarum. Nunquid morte condemnauit eum Ezechias rex Iudae, & omnis Iuda: Nunquid non timuerunt dominum, & deprecati sunt faciem domini: Et poenituit dominum mali, quod locutus fuerat aduersum eos. Itaque nos facimus malum grande contra animas nostras. fuit quoque uir

ex crudeliores fuisse in prophetam per inuidiam sanctitatis, qui religioni uidebantur dediti, qui necessitatibus publicis praerant. b ¶ Et ait Hieremias ad omnes, etc.] Cum praesente populo sederent in porta ciuitatis principes, & accusarent sacerdotes & prophetae Hieremiam prophetam, & mortis crimen intenderent: Hieremias ad principes loquitur, & ad uniuersum populum quos sacerdotum & pseudoprophetarum factio concitauerat, prudenter, quod a domino missum esse se diceret: ut contra templum & ciuitatem loqueretur, daretque consilium: quod si eius uellent audire consilium & agere poenitentiam, dominus quoque suam sententiam commutaret. Humiliter autem in eo quod ait: Ecce in manibus uestris sum: facite mihi, ut bonum & rectum est in oculis uestris. Porro constanter: In ueritate misit me dominus ad uos, ut loquerer in auribus uestris omnia uerba haec. Alijsque sermonibus loquitur: Si irascimini quod contra templum & urbem domini sum loquutus: & cura uobis est salus urbis & templi: cur augetis peccata peccatis, & sanguinis mei tam urbem quam habitatores eius reos facitis: Si quando igitur & nobis pro necessitatis angustijs, humilitate opus est: sic eam assumamus, ne ueritatem & constantiam desera-

mus. Aliud est enim superbiae tumeliam facere iudicium, quod signum stultitiae est. Aliud sic impediens uitare discrimen, ut de ueritate nihil subhas. c ¶ Et dixerunt principes, etc.] Populus qui prius a sacerdotibus & pseudoprophetae fuerat supplantatus, iugiter principibus ciuitatis: Hieremiam loquitur, nequaquam reus mortis sit: sed in nomine domini & ex ore illius prophetauit. Cito enim uulgus in doctum accepta ratione mutat sententiam. Dolor autem accusantium, praecipue sacerdotum & pseudoprophetarum non potest immutari. Et iudeo illis accusantibus, & in accusatione perseuerantibus, populus commutatur, quod spem eis dederat indulgentiae dominus, si bonas facerent uias suas, & audiret uocem domini dei sui, ut & dominus suam sententiam flecteret. d ¶ Surrexeruntque uiri de senioribus terrae, etc.] Principes ciuitatis & populus intelligunt iudicij ueritatem. Senes autem quorum propria erat nosse uetera, replicant historiam: & prophetiam Micheas de Morasthi, qui prophetauit sub rege Ezechiae, comparant prophetiam Hieremiam, pro qua ei mortis discrimen intenditur: ostenduntque illum dixisse grauiora, & tamen a iusto rege Ezechia nihil esse propeptum: sed conuersos ad poenitentiam, domini in bonam partem uertisse sententiam. Micheas enim dixit: Sion quasi ager arabitur, & Hierusalem in aceruum lapidum erit, & mons domus in excelsa syluarum. Porro Hieremias: Dabo (inquit) domum istam sicut Silo, & urbem hanc dabo in maledictionem cunctis gentibus terrae. Dantque consilium, putantes nequaquam futurum, quod Micheas praedixerat: quia multo tempore non sit factum propter populi poenitentiam. Et hoc quoque quod Hieremias loquutus est, nequaquam fore, si iuxta consilium eius bonas faciant uias suas, & studia sua: & audiant uocem domini dei sui, ut dominus non inferat malum quod eis fuerat comminatus. Simulque frangunt accusatorum rabiem, & se miscent cum eis dicentes: Itaque nos facimus malum grande contra animas nostras: non quo facere debeant, sed quia si fecerint, nequaquam nocent accusato, sed animabus suis, quas mutatione sententiae potuerint liberare. e ¶ Eui quoque, etc.] Quod loquitur: Et misit rex Ioakim uiros in Aegyptum, Elnathan filium Achabor, & uiros cum eo in Aegyptum, in

enim dixit: Sion quasi ager arabitur, & Hierusalem in aceruum lapidum erit, & mons domus in excelsa syluarum. Porro Hieremias: Dabo (inquit) domum istam sicut Silo, & urbem hanc dabo in maledictionem cunctis gentibus terrae. Dantque consilium, putantes nequaquam futurum, quod Micheas praedixerat: quia multo tempore non sit factum propter populi poenitentiam. Et hoc quoque quod Hieremias loquutus est, nequaquam fore, si iuxta consilium eius bonas faciant uias suas, & studia sua: & audiant uocem domini dei sui, ut dominus non inferat malum quod eis fuerat comminatus. Simulque frangunt accusatorum rabiem, & se miscent cum eis dicentes: Itaque nos facimus malum grande contra animas nostras: non quo facere debeant, sed quia si fecerint, nequaquam nocent accusato, sed animabus suis, quas mutatione sententiae potuerint liberare. e ¶ Eui quoque, etc.] Quod loquitur: Et misit rex Ioakim uiros in Aegyptum, Elnathan filium Achabor, & uiros cum eo in Aegyptum, in

enim dixit: Sion quasi ager arabitur, & Hierusalem in aceruum lapidum erit, & mons domus in excelsa syluarum. Porro Hieremias: Dabo (inquit) domum istam sicut Silo, & urbem hanc dabo in maledictionem cunctis gentibus terrae. Dantque consilium, putantes nequaquam futurum, quod Micheas praedixerat: quia multo tempore non sit factum propter populi poenitentiam. Et hoc quoque quod Hieremias loquutus est, nequaquam fore, si iuxta consilium eius bonas faciant uias suas, & studia sua: & audiant uocem domini dei sui, ut dominus non inferat malum quod eis fuerat comminatus. Simulque frangunt accusatorum rabiem, & se miscent cum eis dicentes: Itaque nos facimus malum grande contra animas nostras: non quo facere debeant, sed quia si fecerint, nequaquam nocent accusato, sed animabus suis, quas mutatione sententiae potuerint liberare. e ¶ Eui quoque, etc.] Quod loquitur: Et misit rex Ioakim uiros in Aegyptum, Elnathan filium Achabor, & uiros cum eo in Aegyptum, in

Septuaginta non habet... Semei de oppi...

Septuaginta non habet... Semei de oppi...

Act. 12.4

Luc. 4. c

Ioan. 8. g

Math. 7. c

Infra 38. b

Quæritur cur cum Vrias...

Quæritur cur cum Vrias...

Quæritur cur cum Vrias...

Quæritur cur cum Vrias...

In principio regis Ioa...

In principio regis Ioa...

In principio regis Ioa...

In principio regis Ioa...

C

C

C

C

C

C

C

C

C

C

C

C

C

C

C

C

C

C

C

C

C

C

C

C

C

C

C

C

C

C

C

C

C

C

C

C

C

C

C

Nunc itaq; ego dedi omnes...

Nunc itaq; ego dedi omnes...

Nunc itaq; ego dedi omnes...

reuersuros eos ad terram...

reuersuros eos ad terram...

reuersuros eos ad terram...

A 4

Wm. 1

Wm. 1

Wm. 1

Wm. 1

Wm. 1

Wm. 1

Wm. 1

Wm. 1

Wm. 1

Wm. 1

Wm. 1

Wm. 1

Wm. 1

Wm. 1

Wm. 1

Wm. 1

Wm. 1

Wm. 1

Wm. 1

Wm. 1

Wm. 1

Wm. 1

Wm. 1

Wm. 1

Wm. 1

Wm. 1

Wm. 1

Wm. 1

Wm. 1

Wm. 1

Wm. 1

Wm. 1

Wm. 1

Wm. 1

Wm. 1

Wm. 1

Wm. 1

Wm. 1

C

C

C

C

C

C

C

C

C

C

C

C

C

C

C

C

C

C

C

C

C

C

C

C

C

C

C

C

C

C

C

C

C

C

C

C

C

C

C

C

C

C

C

C

A 4

Wm. 1

Wm. 1

Wm. 1

Wm. 1

Wm. 1

Wm. 1

Wm. 1

Wm. 1

Wm. 1

Wm. 1

Wm. 1

Wm. 1

Wm. 1

Wm. 1

Wm. 1

Wm. 1

Wm. 1

Wm. 1

Wm. 1

Wm. 1

Wm. 1

Wm. 1

Wm. 1

Wm. 1

Wm. 1

Wm. 1

Wm. 1

Wm. 1

Wm. 1

Wm. 1

Wm. 1

Wm. 1

Wm. 1

Wm. 1

Wm. 1

Wm. 1

Wm. 1

Wm. 1

Wm. 1

Wm. 1

Wm. 1

Wm. 1

Wm. 1

C

C

C

C

C

C

C

C

C

C

C

C

C

C

C

C

C

C

C

C

C

C

C

C

C

C

C

C

C

C

C

C

C

C

C

C

C

C

C

C

C

C

C

C

A 4

Wm. 1

Wm. 1

Wm. 1

Wm. 1

Wm. 1

Wm. 1

Wm. 1

Wm. 1

Wm. 1

Wm. 1

Wm. 1

Wm. 1

Wm. 1

Wm. 1

Wm. 1

Wm. 1

Wm. 1

Wm. 1

Wm. 1

Wm. 1

Wm. 1

Wm. 1

Wm. 1

Wm. 1

Wm. 1

Wm. 1

Wm. 1

Wm. 1

Wm. 1

Wm. 1

Wm. 1

Wm. 1

Wm. 1

Wm. 1

Wm. 1

Wm. 1

Wm. 1

Wm. 1

Wm. 1

Wm. 1

Wm. 1

Wm. 1

Wm. 1

C

C

C

C

C

C

C

C

C

C

C

C

C

C

C

C

C

C

C

C

C

C

C

C

C

C

C

C

C

C

C

C

C

C

C

C

C

C

C

C

C

C

C

C

A 4

Wm. 1

Wm. 1

Wm. 1

Wm. 1

Wm. 1

Wm. 1

Wm. 1

Wm. 1

Wm. 1

Wm. 1

Wm. 1

Wm. 1

Wm. 1

A. Babylonis & uiuant, & ciuitas sponte subiecta, ne quaquam tradatur incendio. Et in hoc clemētia dñi, leuio-ri poenā tradere, ne sustineant grauiorem. a ¶ Et si propheta, etc.] Quod sequitur, Et subditur sumus usque ad finem huius capituli, in Septuaginta non habetur.

b ¶ Domino exercituum, etc.] Hęc (ut diximus) in Lxx. non habent, sed de Hebraica ueritate translata sunt: pro quo aliud qđ scriptū non erat, posuere dicētes: Mihi quia sic dixit dominus: Et reliqua uasa quę non tulit rex Babylonis, qñ transtulit lechoniam de Hierusalem in Babylonem intrabunt, dicit dñs: sensum magis quām uerba ponētes: forsitan irrationale arbitratū, ut deus loqueretur ad colūnas & ad mare & ad bases, & ad reliqua uasa quę remāserāt in Hierusalem: quasi nō legamus, & uermi matutino increpuisse dñm, & mari loquūtū: Tace & obmutesce. Quod dicit: Occurrant mihi siue dño exercituum: illud ostendit, uerum propheta posse domino precibus resistere: secundū quod & Moyses stetit in percussione contra dñm, ut auerteret iram furoris eius, Samuel quoq; idem fecit. Et dñs ad Moysen: Dimitte me (ait) ut percuciam populū istum. Quando autē dicit: Dimitte me, ostēdit se precibus sanctorum posse retineri. Occurrant, inquit, prophete: & quęcūq; prædicunt, opere completa demonstrēt, & tunc ueritate uaticinium comprobabitur. Columnas autē & mare & bases & reliqua uasorum, in Malachiam, & in extremo huius prophete uolumine legimus. Et enumerātur uasa quę trāsata sunt in Babylonem, quando captus est Sedechias, & incensa ciuitas templumq; subuersum.

Ionæ 4

Mar. 4. d

B. pheta posse domino precibus resistere: secundū quod & Moyses stetit in percussione contra dñm, ut auerteret iram furoris eius, Samuel quoq; idem fecit. Et dñs ad Moysen: Dimitte me (ait) ut percuciam populū istum. Quando autē dicit: Dimitte me, ostēdit se precibus sanctorum posse retineri. Occurrant, inquit, prophete: & quęcūq; prædicunt, opere completa demonstrēt, & tunc ueritate uaticinium comprobabitur. Columnas autē & mare & bases & reliqua uasorum, in Malachiam, & in extremo huius prophete uolumine legimus. Et enumerātur uasa quę trāsata sunt in Babylonem, quando captus est Sedechias, & incensa ciuitas templumq; subuersum.

Exo. 32. c

1. Reg. 8. b

4. Reg. 11.

audire uerba prophetarū uestrorū qui prophetant uobis, dicētes: Ecce uasa dñi reuertentur de Babylone nūc cito, mendaciū enim prophetant uobis. (Hoc quod posuimus, nunc cito, in Lxx. non habetur. Et illud quod sequitur), Nolite audire eos, sed seruite regi Babylonis, ut uiuatis. Quare datur hęc ciuitas in solitudine. Et si prophete sunt, & est uerbum dñi in eis, b occurrāt domino exercituum: ut non ueniant uasa, quę derelicta fuerant in domo dñi & in domo regis Iuda et in Hierusalem, in Babylonem. Quia hęc dicit dñs exercituum: ad columnas et ad mare et ad bases: (Pro quibus in Hebraico scriptū est מַרְבָּרִים) & ad reliqua uasorum, quę remanserunt in ciuitate hac, quę nō tulit Nabuchodonosor rex Babylonis, cum trāsferret lechoniam filium Ioachim regem Iuda a Hierusalem in Babylonem, & omnes optimates Iuda et Hierusalem. Quia hęc dicit dominus exercituum, deus Israel ad uasa quę derelicta sunt in domo domini, & in domo regis Iuda & Hierusalem: In Babylonem transferentur: & ibi erunt usq; ad diem uisitationis suę, dicit dominus: & afferri faciam ea, & restitui in loco isto.

CAP. XXVIII.

ET factum est in anno illo, in principio regni Sedechie regis Iuda, in anno quarto, in mense quinto, dixit ad me Ananias filius Azur: propheta de Gabaa in domo dñi, coram sacerdotibus & omni populo, dicēs: Hęc dicit dominus exercituum deus Israel: Contriui iugum regis Babylonis, adhuc duo anni dierum, & ego referri faciā ad locū istū omnia uasa domini, d quę trās tulit Nabuchodonosor rex Babylonis de loco isto, & trās tulit ea in Babylonē. Et lechoniam filiu Ioachim, regē Iuda: & omnem transmigrationem Iudę, qui ingressi sunt Babylonem: ego cōuertam in locū istum, ait dominus. Conterā em iugū regis Babylonis. Et dixit Hieremias propheta ad Ananiam prophetam, in oculis sacerdotū & in oculis omis populi qui stabat in domo domini. Et ait Hieremias propheta: Amen, sic faciat dominus. Suscitet dominus uerba tua quę propheta stī, ut referant uasa in domū domini, & ois transmigratio Babylonis ad locū istū. f Veruntamē audi uerbu hoc quod ego loquor in auribus tuis, & in auribus uniuersi populi: Prophetę qui

spiritum, & mendacium potius loquerer. Econtrario Ionas contristatur, quare mentitus sit: & arguitur a domino, utilius prophete esse mendacium, quām tanta ruina multitudinem. Ac ne uideretur pseudoprophete comprobare uaticinium, sub aliorum exemplo absque iniuria mentientis asserit ueritatem. f ¶ Veruntamen audi uerbum hoc quod ego loquor in auribus tuis, etc.] Ponterat Hieremias Ananiam dicere, Falsum loqueris, decipis

pis

A. pis populū: nō es propheta, sed pseudopropheta. Qđ si dixisset, poterat & pseudopropheta in Hieremiam eadem retorquere, ergo non facit iniuriā. Et quasi ad prophetam loquit. Non solū (inquit) ego sum propheta & tu, sed fuerūt ante te & me multi alij, quorū fuit Esaias Osee, Ioel & Amos & ceteri. Prophetae uerūt (inquit) cōtra terras multas, & regna: nō parua, sed magna bellum illis & aduersa, & rerum omnium penuriā nunciantes. Et econtrario fuerūt alij, qui pacem pollicerentur & prospera. Virorumq; sentētia, non adulatione mendaci, sed rerum exitu comprobata est. Sub aliorū ergo exemplo de se loquitur & Anania: quod cum rerū finis aduenerit, tunc prophetarū ueritas ostēdatur. Hoc idem & dominus loquutus est per Moysen, quod propheta uaticij sine mōstratur. Et hoc animaduertēdum, qđ nō minaciter, nō truculēter, sed fiducia ueritatis increpet mētiētē, & differat in futurū: ut qui audiunt, rerū exitum præstolentur. a ¶ Et tulit Ananias, etc.] Duos annos, non transtulerūt Lxx. prophetam

quoq; nō dixere Ananiam, ne scilicet prophetam uiderentur dicere, qui propheta non erat: quasi non multa in scripturis sanctis dicantur iuxta opinionē illius temporis, quo gesta referunt, & non iuxta quod rei ueritas cōtinebat. Deniq; & Ioseph in euangelio, pater dñi uocatur: & ipsa Maria quę sciebat se de spiritu sancto conceptisse, & respōderat angelo: Quomodo erit istud, quoniam uirū non cognosco? loquitur ad filiū: Fili, quid fecisti nobis sic ecce ego & pater tuus dolētes quęrebamus te. Simulq; cōsideranda prudētia Hieremias, & humilitas atq; patiētia. Pseudopropheta rebus facit iniuriā, & arreptā furcam de ceruice eius conterit: quod utiq; in ferrea facere nō poterat. Iste tacet, dolorēq; dissimulat: nec dum em ei a dño quid loqueret fuerat reuelatū: ut tacite sancta scriptura demonstrat nequaquā prophetas suo tantū arbitrio loqui, sed ex dñi uolūtate, maximē de futuris, quorum solius dei notitia est. Abijt (inquit) & recessit in uia suā, quasi uictus & illud implens propheticum: Factus sum quasi homo nō audiens, & non habens in ore suo increpationes. b ¶ Et factum est, etc.] Quod sequitur: Et seruiēt ei, in super terrę bestias terrę dedi illi in Lxx. non habetur. Et in præfenti loco iuxta Lxx. Ananias propheta non scribitur, & in cōsequētibus: ne scilicet (ut prius dixi) pseudopropheta appellare uiderētur prophetam. Sed quid ad Hebraicam ueritatem: postquam abijt Hieremias propheta in uiam & iniuriā silētio deuorauit, factus est sermo domini ad eum, ut nō suis uerbis propheta lo-

quereť ad pseudopropheta mendacio gloriante, sed diceret, Hęc dicit dñs: quāquam & Ananias confringens furcam ligneam: eadem autoritate in conspectu domini sit loquutus: hęc dicit dominus. Imitatur em semper mendacium ueritatem. Quod dicit in tulit: Furcas lignas contriuiisti, & facies siue faciā, p eis catenas ferreas: hoc ostendit, quod minorem reuētē poenam, maioris supplicij causa fuerit in populo. Delyrat & in hoc loco allegoricus interpret, furcas & catenas lignas atherca appellās & aerea corpora, dæmonum uel delicta & aduersariorum potestatem. Furcas autē siue catenas ferreas, nostra corpora crassiora, quę neruis & ossibus carnis uenisq; cōtexta sunt: ut q noluērint de celesti Hierusalem pro qualitate peccati, minores subire cruciatu, in catenas nostrorum corporum condemnentur, & infantię uagitus, pannorū uinacula sordesq; sustineāt, & seruiāt diabolo regi Babylonis: id est, mundi huius, dicēte scriptura, Mūdus in maligno positus est: cum bestiis terrę, quę in brutorum animātium corpora sint religata. Compulsi me trachator in doctus, & sectator calumnix Grunnianę, aperte ponere aliena uitia quę prius cū dissimulatione dicebam, lectoris prudentiā derelinquens. c ¶ Et dixit Hieremias propheta ad Ananiam prophetā: Audi Ana. etc.] Quod sequitur, Quia aduersum dominū loquutus es, & mortuus est Ananias propheta in anno illo, in mense septimo: in Septuaginta non habetur. Pro quo tantum posuerūt: Et mortuus est mense septimo. Et hic in Septuaginta: Ananias propheta non dicitur: cum secundum Hebraicum scriptura sancta prophetam uocet: licet in eo quod arguit eum Hieremias, dicens: Audi Anania, nō misit te dominus: prophetam tacuerit. Quomodo enim prophetam poterat appellare, quē missum a domino denegabat? Sed historia ueritas & ordo seruat, sicut prædiximus: non iuxta id quod erat, sed iuxta id quod illo tempore putabatur. Decepti (inquit) populum mendacio, ne dei sentētia acquiesceret. Vnde scias te hoc anno esse moriturum. Si quando morimur, de carceribus corporū liberamur: secū dū illud testimonium quod male interpretantur hæretici: Educte de carcere animā meam: quomodo nūc pseudopropheta p supplicio mors irrogat? Sed hoc loco notandū, quod Hieremias a pseudopropheta passus iniuriā, nec dū ad factō sermone dñi silē: postea uerō missus a dño, audacter arguit mentientē, & mortem propinquā nūciat. Quod dicit in mense septimo mortuus est: qui semper interpretari solet requiē, sub hoc numero demonstrari so-

qui fuerunt ante me & te ab initio, & prophetauerūt super terras multas & super regna magna de prælio & de afflictioe & de fame. Propheta qui uaticinatus est pacē, cum uenerit uerbu eius, scietur propheta quē miserit dominus in ueritate. Et tulit Ananias ppheta catenā (uel furcā, quę Hebraice dicitur מַרְבָּרִים) de collo Hieremie prophete, & cōfregit eā. Et ait Ananias in cōspectu omnis populi, dicēs: Hęc dicit dñs, Sic confringā iugū Nabuchodonosor regis Babylonis duobus annis dierū de collo omniū gentiū. Et abijt Hieremias in uia suā. b Et factum est uerbu domini ad Hieremiam postquam confregit Ananias propheta catenā (uel furcā) de collo Hieremie prophete, dicēs: Vade & dices Ananię: hęc dicit dñs, Catenas (uel furcas) lignas contriuiisti, & facies (siue faciā) pro eius furcas ferreas. Quia hęc dicit dñs exercituum deus Israel: Iugū ferreum posui super collū cunctarum gentium istarum, ut seruiāt Nabuchodonosor regi Babylonis, & seruiēt ei: in super & bestias terrę dedi illi. Et dixit Hieremias propheta ad Ananiam prophetam: Audi Anania, Non misit te dominus, & tu confider fecisti populum istum in mendacio. Idcirco hęc dicit dominus: Ecce mittam (siue ei) iugum te a facie terrę: hoc anno morieris, (Quod sequitur) quia aduersum dominū loquutus es. Et mortuus est Ananias propheta in anno illo, in mense septimo. (in Lxx. non habetur.)

Ethęc

animātium corpora sint religata. Compulsi me trachator in doctus, & sectator calumnix Grunnianę, aperte ponere aliena uitia quę prius cū dissimulatione dicebam, lectoris prudentiā derelinquens. c ¶ Et dixit Hieremias propheta ad Ananiam prophetā: Audi Ana. etc.] Quod sequitur, Quia aduersum dominū loquutus es, & mortuus est Ananias propheta in anno illo, in mense septimo: in Septuaginta non habetur. Pro quo tantum posuerūt: Et mortuus est mense septimo. Et hic in Septuaginta: Ananias propheta non dicitur: cum secundum Hebraicum scriptura sancta prophetam uocet: licet in eo quod arguit eum Hieremias, dicens: Audi Anania, nō misit te dominus: prophetam tacuerit. Quomodo enim prophetam poterat appellare, quē missum a domino denegabat? Sed historia ueritas & ordo seruat, sicut prædiximus: non iuxta id quod erat, sed iuxta id quod illo tempore putabatur. Decepti (inquit) populum mendacio, ne dei sentētia acquiesceret. Vnde scias te hoc anno esse moriturum. Si quando morimur, de carceribus corporū liberamur: secū dū illud testimonium quod male interpretantur hæretici: Educte de carcere animā meam: quomodo nūc pseudopropheta p supplicio mors irrogat? Sed hoc loco notandū, quod Hieremias a pseudopropheta passus iniuriā, nec dū ad factō sermone dñi silē: postea uerō missus a dño, audacter arguit mentientē, & mortem propinquā nūciat. Quod dicit in mense septimo mortuus est: qui semper interpretari solet requiē, sub hoc numero demonstrari so-

Psalm. 141.

A stan eum idcirco mense septimo mortuum mentientur, ut de malis corporis liberaretur, iuxta illud quod scri- ptum proferunt: Mors uiro requies. Nos autem noui- mus corpora credentium templa esse dei: si tamen spiri- tus sanctus habitat in illis. CAP. XXIX.

Q uomodo obscuratum est aurum; mutatus est color optimus. Dispersi sunt lapides sanctuarii in capite omnium platearum.

Mat. 7. b

quid colore optimo; nisi cunctis amabilis reuerentia religionis exprimitur: quid per sanctuarij lapides, nisi sacrorum ordinum personarum signantur: quid platearum nomine, nisi presentis uitae latitudo dicitur: profecto a latitudine platearum sunt uocata. Per semetipsum uero dicit ueritas: lata & spaciofa uia est que ducit ad perditionem. Aurum igitur obscuratur, cum terrenis actibus sanctitatis uita polluit. Color optimus commutat: cum quorundam qui agere religiose credebant: existimatio ante acta minuit. Nam cum quilibet post sanctitatis habitum terrenis se actibus inserit: quasi colore permutato ante humanos oculos eius reuerentia despecta pallefcit. Sanctuarij quoque lapides in plateas disperguntur, cum causa secularium foras lata itinera experunt: hi qui ad ornamenta ecclesie internis mysterijs quasi in secretis sanctuarij uacare debuerant. Ad hoc quippe sanctuarij lapides fiebant, ut intra sancta sanctorum in uestimento summi sacerdotis apparerent. Cum uero ministri religionis a subditis honorē redēptoris sui, ex merito uitae non exiunt: sanctuarij lapides in ornamento pontificis non sunt. Qui nimirum sanctuarij lapides dispersi per plateas ta cent, cum personarum sacrorum ordinum uoluptatum suarum latitudini dedita, terrenis negocijs inharet. Et notandum quod non hos dispersos in plateis, sed in capite platearum dicit: quia cum terrena agitur, summi uideri appetunt, ut & lata itinera teneant ex uoluptate delectationis, & tamen in platearum sunt capite ex honore sanctitatis. Nihil quoque obstat, si sanctuarij lapides, eosdem ipsos quibus constructum sanctuarium existerat, accipimus: qui dispersi in capite platearum iacent, quando sacrorum ordinum uitae terrenis actibus ex desiderio inseruntur: ex quorum prius officio sanctitatis gloria stare uidebatur. Secularia itaque negocia aliquando ex compassione toleranda sunt: nunquam uero ex amore requirenda: ne cum mentem diligentius aggrauant, hanc suo uicium pondere ad ima de caelestibus mergant. b. ¶ Filij Sion inclyti et amici auro primo: quomodo reputati sunt in uis, etc. Ad eundem sensum haec sententia pertinet, ad quem superior: quod filij ecclesiae qui inclyti fuerunt Christiana religione & ornati sapientiae fulgore, & de core uirtutum, nunc emolliti carnalibus desiderijs, & terrenis cupiditatibus tabefacti, uasis testis comparentur, quae dominicae correptionis uirga in futuro examine conterens franget, & ad nihilum rediget: taliter ut non inueniri possit fragmen testae, quo igniculus ferti possit de incendio. c. ¶ Sed & lamia nudauerunt mammam, lactauerunt catulos suos: filia populi mei, etc. In lamia quippe duplicitas Iudaeorum, & fictio hypocritarum exprimi-

tur. Lamia enim humana faciem habet, sed corpus bestiale: sic & populus Iudaeorum specie tenus culturam dei simulabat, sed feroci animo semper illi contrarius existerat. Quod bene per Esaiam ostendit cum dicitur: Populus hic labijs me honorat: cor autem eorum longe est a me. Similiter omnes hypocritae in prima facie quae ostendunt, quasi ex ratione sanctitatis est: bestiale est quae sequitur corpus: quae ualde iniqua sunt quae sub boni specie moluntur. Possunt & in lamia, haeretici accipi: qui humana quidem faciem, sed beluina impietate corda gestant. Hi tunc mammam nudant, quoniam errorem suum libere praedicant. Tunc catulos lactant, quoniam male sequaces paruulorum animas, dum peruersa insinuant, ad impietatem nutriendam confirmant. Filia populi mei crudelis, quasi struthio in deserto. Sicut in lamia, sic & in struthione fictio & immanitas historialiter Iudaeorum: & secundum mysticum sensum, simulatio & immanitas hypocritarum delinuntur: qui fingere sciunt uirtutum opera non ueraciter agere. De hoc struthione inter alia & in libro Iob legitur, induratur ad filios suos quasi non sint sui: frustra laborat nullo timore cogente. Indurata est ergo crudelis synagoga Iudaeorum contra apostolos & praedicatores non uel testamenti, qui de ipsa gente nati fuerant, quasi non essent sui filij: odio eos habens, & externos deputans: crudeliter illos ubique in deserto gentium persequatur propter euangelium Christi, quod & ipsa ueritas uideatur eis praenunciare, cum ait: Haec locutus sum uobis, ut non scandalizemini: absque synagogis facient uos: sed uenit hora, ut omnes qui interficit uos arbitretur obsequium se praestare: Et haec facient uobis, quia non nouerunt patrem neque me. Frustra ergo laborat nullo timore cogente: quia cum Christo persecuta est quasi euerfore gentis, & destructorem regni: nec statum regni, nec salutem gentis serauit, sed magis perdidit. d. ¶ Adhaesit lingua, etc. Hoc notat iuxta historiam, quod lactantes atque paruuli infantes Iudaeorum destituti matrum atque nutriculorum solatio, fame & siti laborauerunt. Iuxta allegoriam uero significat, quod hi qui infirmi adhuc sunt intellectus, & minus ualidi ad percipiendum fortiozem cibum, quibus ait apostolus: Lac uobis potum dedi: propter inertiā & desidiam doctorum, spiritualis intelligentiae carere alimonia. Paruuli, inquit, petierunt panem, & non erat qui frangeret eis: id est infirmi quique scripturae sacrae fortiores sententias petierunt sibi exponendo comminuit: sed qui exponere studeat, non ualet inueniri. Potum uidit scripturam sacram propheta cum diceret: Omnes uires uenite ad aquas. Si potus aperta mandata non essent, per semetipsum ueritas non clamaret: Si quis sitit, ueniat & bibat. Quasi cibum & potum intellexit propheta Iudaeae defuisse cum diceret: Nobiles eius interierunt fame & multitudine siti exaruit. Paucorum quippe est fortia & occulta cognoscere, multorum uero historiae aperta sentire. Idcirco Iudaeae nobiles non siti, sed fame interijisse asserit: quia hi qui praesens uidebantur, dum tota se exteriori intelligentiae dederat, quod de minimis discutienti mandarent non habebant. e. ¶ Qui uescitur uoluptuose, interierunt in uis, qui nutriebantur in, etc. Qui sunt illi qui uescantur uoluptuose, nisi illi Iudaei qui semper terrenis concupiscentijs, & seculi uoluptatibus

A dediti erant, & pro cibo & potu saepius murmurabant, dicentes ad Moysen: Reuera induxisti nos in terram, quae fluit uitis lactis & mellis, & dediti nobis possessiones agrorum & uinearum. Et iterum: Quis dabit nobis ad uescendum carnes? Recordamur piscium quos comedebam in Aegypto gratis. In metem nobis uenit cucumeres & pepones porri & cepae & alia. Anima nostra arida est, nihil aliud respicit oculi nostri nisi man. Ipsi interierunt in uis, quia in lata & spaciofa uia qua ducit ad mortem, exterminati sunt. Et qui nutriebant in croceis, amplexati sunt stercorea: cum uana istius mundi pompam appetentes, & historica traditione legis se quates, spiritualē intelligentiam spernebant. Quod enim uetus obseruantia ceremoniali legis stercoreis coparet, ostendit Paulus, dicens: Quae ergo mihi fuerunt lucra, propter Christum arbitratus sum ut stercorea. Tropologicē uero quicumque auaritia terrenam & delicias uoluptatis sequutus, uiam istius uitae incorrectus expleuerit: non ad aeternam uitam gaudia, sed ad foeditatem poenarum peruenturus erit. a. ¶ Et maior, etc. Maior ergo effecta est iniquitas populi Iudaeorum peccato Sodomorum, quia illi tantummodo legit naturalē, isti autē & naturalē & scriptam transgressi sunt. Videtes mirabilia dei, & cibum caelesti pasti, in grati semper eius beneficijs exiterunt. Vnde & doctores non ceperunt in eis manus, qui condignos laboris sui in ipsis non inuenerunt fructus. Nam ipsum legislatorem suum Moysen plurimum conuictis irruerunt, & prophetas dei ad se missos persequuntur: sunt nouissime uero ipsum reddē, hoc est unigenitū filium patris ad se uenientē ut eos saluaret, & ab errore corrigeret, spernebant, & diuersis calumnijs insequentes ad extremū per inuidiam occiderunt. Quiliter autē iniquitas Iudaeorum maior sit peccato Sodomorum, ostendit euangeliū, ubi ita legit: Tunc cepit Iesus exprobrare ciuitatibus, in quibus facta sunt plurimae uirtutes eius, quia non egissent poenitentiam, Vnde Corozaim, uae tibi Bethsaida, quia si in Tyro & Sidone facta essent uirtutes, quae factae sunt in uobis, olim in cilicio & cinere poenitentiam egissent. Veruntamen dico uobis, Tyro & Sidoni remissius erit in die iudicij, quam uobis. Et tu Capharnaū nunquid usque in caelum exaltaberis: usque in infernū descendes: quia si in Sodomis facta fuissent uirtutes, quae factae sunt in te, forte mansissent usque in hunc diē. Veruntamen dico, quia terra Sodomorum remissius erit in die iudicij quam tibi. b. ¶ Candidiores, etc. His duabus sententijs ostendit, quomodo omnis decorum prioris populi, quae habebat in ornatu templi & cultu diuino, propter peccata eorum emarcuerit, & destruentibus hostibus, ad nihilum redactus sit. Mystice autē casus animarum quorundam fidelium a propheta deplo-rat. Quid enim Nazareorum nomine, nisi abstinētium & continentium uita signat: quae niue & lacte nitidior dicitur: Nix enim ex aqua congelascit, quae desuper uenit. Lac autē ex carne exprimitur, quae de inferioribus nutrit. Quid enim per niuem candor uitae caelestis: quid per lac, nisi temporalis dispensationis administratio demonstrat. Et quia plerumque continentēs uiri in ecclesia tam mira opera faciunt: ut multi qui caelestem uitam reuerunt, multi qui terrena bene dispensant, superari uideant, & candidiores niue

& nitidiores lacte referuntur: qui etiā quia per feruorem spiritus, antiquorum ac fortium patrum non nunquam uincere uitam uideant, recte adiungit: Rubicundiores ebore antiquo. Dum enim ruboris nomē imprimitur, sancti desiderij flamma signatur. Ebur uero esse os magnorum animalium non ignoramus. Ebor uicque antiquo rubicundiores sunt: quia saepe ante humanos oculos non nullis praecedentibus patribus studiū feruētioris existit. De quibus ut totum simul ostendat, adiungit: Sapphiro pulchriores. Et aerei quippe coloris est Sapphirus. Et quae praecedentes multos atque ad superna tendentes, per caelestem conuersationem uidentur uincere, narrant sapphiro pulchriores extitisse. Sed plerumque dum uirtutum copia, etiā plus quam expedit prospera, in quandam sui fiduciam mens adducitur, & decepta praesumptione propria repente peccato surripente infuscatur: unde recte subiungit: Denigrata est super carbones facies eorum. Nigri enim post candorem fiunt, quia amissa dei iustitia cum de se praesumunt, in ea etiam quae non intelligunt, dilabuntur peccata. Et qui post amoris ignem ad frigus corporis ueniunt, extinctis carbonibus ex comparatione praeserunt: non nunquam enim dum timorem dei per sui fiduciam deserunt, etiam frigidis mentibus frigidiores fiunt. De quibus recte subiungitur: Non sunt cogniti in plateis. Platea quippe sermonis Graeci ratione pro latitudine dicitur. Quid uero est humanae menti angustius, quam uoluntates proprias frangere? De qua fractione ueritas dicit, Intrate per angustam portam. Quid autē latius, quam nullis proprijs uoluntatibus reluctari, & quacumque uersum impulsus arbitrij duxerit, se sine retractōe diffundere? Qui ergo per fiduciam sanctitatis postposito meliorum iudicio se sequuntur, quasi per plateas pergunt: sed non sunt cogniti in plateis, quia de uita sua aliud ostenderunt, quando frangendo uoluntates proprias in angusto se calle retinebant. Et bene addit: Adhaesit cutis eorum ossibus. Quid in cute, nisi mollicies exprimit infirmitatis: Cutis ergo eorum adhaerere ossibus dicitur: quia ab eis parua sententibus, infirmitas uitij, duritia uirtutis putat. Infirma enim sunt quae faciunt: sed elationis fiducia decepti fortibus ea suspicientibus iungunt, & quo de se magna existimari cupiunt, eo de sua nequitia emendari contemunt. Vnde recte adiungit: Aruit & facta est quasi lignum. Culpae quippe eorum tanto insensibilior reddit, quanto apud eos etiam laudabilis habet. Quam recte autem asserit, quia nulla sui cogitatione uiridescit. c. ¶ Melius fuit occisus gladio, quam interfecit fame, etc. Quantum ad compendium mortis respicit, breuior fuit poena subito gladio occisus, quam fame & siti diu excruciatorum. Quantum uero ad spiritualem sensum pertinet, melius fuit apostolis & praedicatoribus euangelij, breuiori poena corporis, pro Christi nomine ad tempus plesti, & postea in aeterna laetitia coronari: quam persequentibus eorum, longa inedia uerbi dei tabescere, & propter sterilitatem & infocunditatem honorum operum, ad extremum aeterno incendio concremari. d. ¶ Manus mulierum misericordium coxerunt filios suos, facti sunt cibus earum in contritione filiae populi mei. Hoc historialiter recapitulat, quod uerius iam dixerat: quia in captiuitate Chaldaica, nec non & in Romana,

A ad talem necessitate propter inopiam cibi, plebs Iudeo-
rum peruenit ut aliquid ex mulieribus eorum, filios suos
trucidarent, & carnes eorum coctas comederent. Iuxta
spiritualem uero intellectum, non parum est delictum, quod
doctores mali auditores suos, rebus terrenis & substan-
tijs suis, propter uoracitatem suam spoliant: nec eis pabulum uer-
bi tribuunt, quo illi ad uitam nutriantur. Ter-
nam: cum dominus per Ezechielē dicat,
Vae pastoribus Israel qui pascebant semet-
ipsos, nonne greges pascentur a pastoribus? Lac comedebatis, & lanis operiebamini: & quod crassum erat, occidebatis, gregem autem non pascebatis: quod infirmum fuit, non consolidastis: & quod agrotum, non sanastis: & quod fra-

Ecce 34-4

B Complēt dñs furorē suū, effudit irā indignatiōis suae, & succedit ignē in Sio, & deuorauit fundamenta eius. **Lamed.** Non crediderunt reges terrae, & uniuersi habitatores orbis, quā ingrederetur hostis per portas Hierusalem. **M.** Mem. Propter peccata prophetarū eius, & iniquitates sacerdotū eius, quae effuderunt in medio eius sanguinē iustorum. **Nun.** Errauerunt caeci in plateis, polluti sunt sanguine: cuius non possent tenuerunt lacrimas suas. **Samech.** Recedite polluti, clamauerunt eis: recedite, abite, nolite tangere: iurgati quippe sunt & commoti dixerunt inter gentes: non addet ultra ut habitet in eis. **Phe.** Facies domini diuisit eos, non addet ut respiciat eos: facies sacerdotum non erubuerunt, neque senum miseri sunt.

Tren. 2. b

sent, si recitandam uiam dñi scirent, subtrahunt uerbum solatijs, rei dicuntur esse sanguinis effusi. Quod sermo diuinus ad Ezechielē prophetam liquido demōstrat, dicens: Fili hominis, speculatorem dedi tibi domui Israel: & audies de ore meo uerba, & annuncias eis. Si dicente me ad impium, morte morieris: non annuncias ei, neque loquutus fueris, ut auertatur a uia sua impia, & uiuat: ipse impius in iniquitate sua morietur, sanguinē autem de manu tua requirā. Si autem annuncias ei, & ille non fuerit conuersus ab impietate sua, & uia sua impia: ipse quidem in iniquitate sua morietur, tu autem animam tuam liberaasti. Sed si conuersus fuerit iustus a iustitia sua, & fecerit iniquitatem, ponam offendiculum coram eo: ipse morietur: quia non annuncias ei, in peccato suo morietur, & non erunt in memoria iustitiae eius quas fecit: sanguinem uero eius de manu tua requirā. Si autem tu annuncias ueris iusto, ut non peccet, & ille non peccauerit, uisus uerit: quia tu annuncias ei, & tu animam tuam liberaasti. **d.** Errauerunt caeci in plateis, &c. Per inertiam ergo doctorum, tenebris ignorantiae ex cacitate errauerunt in plateis turbae plebium: quia dum se ad illecebras tradunt uoluptatum, rectam uiam non tenent diuinorum praeceptorum. Et bene dicitur, Polluti sunt sanguine, quia sanguinolentorum operum contaminati sunt commixtione. Cumque non possent, inquit, subauditur, recto tramite incedere: tenuerunt lacrimas suas, hoc est, aliorum ducatum expetebat, ut eorum actuum exemplis, quasi quibusdam lacrimis tracti, gressum imitent praecedentium. Sed quia frequenter illi qui praerunt, & sequentes se uerbo doctrinae & bonis exemplis docere debuerant, ipsos sequutores suos per se suū superbia spernentes, in desperationem mittunt. **Sequitur,** Recedite polluti, clamauerunt eis, &c. Talis est uox superborum magistrorum, qui pecus quod crassum est, de grege assumunt: & quod debile, projiciunt: quod infirmum, non consolidant: & quod agrotum, non sanant. Recedite (inquit) polluti: recedite, abite, nolite nos tangere, nolite in alio quo nobis communicare: insanabilia sunt uulnera uestra, & incurabiles plagae, non estis digni communiōe Christiana, ut ultra in uobis inhabitet spiritus sanctus. Facies dñi diuisit eos ac respuit: nec addet ultra ut recipiat, quia facies sacerdotum uestrorum non erubuitis, nec seniorum uestrorum admonitionem mansuete suscepistis. Talis loquela enim non illuminat cecum, non sanat agrotum, non curat infirmum: sed magis occidit, atque in desperationem periclitantem mittit. Boni etenim rectores ex sua infirmitate aliorum infirmitates pensantes, magis per humilitatis & mansuetudinis lenimentum, sternerant in foueam perditionis nutantes propellere. Vnde & doctor gentium qualiter subditis suis praefuerit, ostendit, dicens: Factus sum infirmus infirmus, ut infirmos lucrifacerem: omnia omnibus factus sum, ut infirmos facerem saluos. Quis infirmatur, & ego non infirmor: Quis scandalizatur, & ego non uoror: Debet rector esse bene agentibus, per humilitatem socius: contra delinquentium uita, & zelus iustitiae erectus: ut & bonis in nullo se praer

1. Cor. 13

2. Cor. 13

A ferat, & cum prauorum culpa exigit, potestate protinus superioratus agnoscit: quatenus & honore suppressio, aequale se subditis bene uiuentibus deputet, & erga peruersos iura recitandis non exercere formidet. Nam liquet quod omnes homines natura aequales sunt geniti, sed uariant meritorum ordine, alios alijs culpa postponit. Ipsa autem diuersitas accessit ex uitio, diuino iudicio dispensante: ut quia ois homo aequale staret non ualet, alter regat ab altero. Vnde cum dicitur qui praesunt, non in se potestate debent ordinis pensare, sed aequalitate conditionis: nec praesentibus hominibus se gaudeant, sed praesentibus. Antiqui enim patres nostri, non reges hominum, sed pastores pecorum fuisse memorant. Et cum Noe dñs et filijs eius

Gen. 9. d

diceret: Crescite & multiplicamini, & replete terram, protinus adiunxit: Et terror uester, ac tremor sit super cuncta animalia terrae. Quorum uidelicet terror ac tremor esse super animalia terrae praecipit, profecto esse super homines phibet. Homo quippe brutis animalibus, non aut hominibus creaturae natura praeratus est. Et idcirco ei dicitur, ut ab animalibus, & non ab hominibus timeat: quia contra naturam superbiae est ab aequali uelle timeri, & tunc necesse est, ut retores a subditis timeant, & quoniam ab eis minime se timeant deprehendunt, in humana saltet formidine peccare uent, quod iudicia diuina non formidant. Possunt & superiores sententiae, quae clamando recedere pollutos iubent, & iurgantes illis denunciant, quae ultra dñs eos non recipiat, neque in eis habitet, ex persona hostium Iudaeorum accipit, qui insultabat captiuis, quoniam per uolentiam, aut a terra sua eos eiecerat, & in terram alienam adduxerat, quae deserti & derelicti sunt a deo, & diuino auxilio destituti, nec se reuerfionis illa eis remanere, sed in perpetuum damnatos fore. Quare autem deserti a dño sunt, sequens sententia prophetae manifestat, **a.** Cum adhuc, &c. Hoc narrat quod quoniam a dño arguebantur per scelera sua, non ad ipsum conuersi sunt pro poenitentia, neque ad eius misericordiam confugerunt quatenus eius ope ab hostibus eriperent, sed forinsecus ab alijs gentibus auxiliū quarebant: Aegyptijs uidelicet uel Assyrijs, quae nullo modo eos liberare poterat. Vnde dicit: Defecerunt oculi nostri ad auxiliū nostrum uanum, cum respiceremus attenti ad gentem quae saluare non poterat. Frustra enim ab illis solatia quarebant, qui semetipfos defendere non poterant. Hinc quoque factum est, quod reliquiae Iudaeorum, quae post uastationem urbis Hierusalem, derelictae sunt a Nabuzardan principe militiae ad colendam terram, interfecto a Ismahele Godolia, quem praefecit memoratus Nabuzardan terra & ipsius reliquias quae ibi remanserant, metu exterritae contra uerbum domini, quod eis per Hieremiā mandauerat, in Aegyptum transiit, quasi ab Aegyptijs contra Chaldaeorum arma possint tueri. Sed uana fuit haec spes eorum: Quinto siquidem anno captiuitatis Hierosolymorum, ut Iosephus refert, qui est tertius & uicesimus regni Nabuchodonosor, inferiora Syria castrametatus est idem Nabuchodonosor, eamque detinens, expugnavit & Ammonitas & Moabitibus. Cumque subdidisset has gentes, perrexit ad Aegy-

Hier. 10. 5.

ptum eamque subuertit, & regem quidem qui tunc ibi erat, occidit, aliosque ei in ea constituit, de nouo Iudaeos captiuos duxit in Babyloniam, & Hebraeorum genus huiusmodi habuit terminum. Vnde sequitur. **b.** Lubricauerunt, etc. Myrtice autem quisquis deserto uno uero deo, adiutorium quaerit a spirituali Aegypto, hoc est, ab hoc mundo, & lubrica seculi huius pergit uefugia, uana spe delusus, hostium spiritualium fit praeda. Vnde scriptum est: Aegyptus uana auxiliabit. Et iterum: Maledictus homo qui confidit in homine, & cetera. **c.** Velociores, etc. Per rapidum uolatum auis, ualida & uelociter signicat perfectionem hostium, qui intra patriam constitutos, & deserta patriam fugitios, nimiam crudelitatem insecuti sunt. **d.** Spiritus, etc. Hanc sententiam

Esa. 30. b

Hier. 17. 8

Aa. 17. f

Esa. 53. b

Gen. 2. 5. c

Iacobi 1. 6

Psal. 13. 6. b

I. 805

A nos dei, ad probationem scilicet eorum, non ad damnationem, iam ultra non addent ut transmigrent per eos. Quoniam absterget deus omnem lacrymam ab oculis sanctorum suorum, & neq; luctus, neq; clamor, neq; dolor erit ultra, quae prima abierunt: Sed exultent iusti in iusticia, impij autem & peccatores cum diabolo mit-

tantur in stagnum ignis & sulphuris, ubi est bestia & cruciabitur die ac nocte in secula seculorum.

Commentarij tertij in Lamentationes Hieremiae finis.

IN ORATIONEM HIEREMIAE PROOEMIUM.

ost lamentationem ergo (quae literis Hebraicis secundum seriem earundem literarum quadruplici, opportunis locis ut diximus, praenotata est) sequitur oratio prophetae, quae uastationem urbis Hierusalem, & casum populi Iudaeorum, historialiter deplorat. Et spiritualiter ruinam animarum fidelium, & uastationem quam passae sunt a nequitijis spiritualibus flebiliter commemorat. Ad extremum uero ipsius domini opem & misericordiam subuenire afflictis humiliter deprecatur.

COMMENTARIA IN ORATIONEM HIEREMIAE.

Recordare domine quid acciderit nobis, etc.] Visus prophetarum est, frequenter per humanas consuetudines dominum supplicare: recordare enim

uel merito illi dicitur, qui nullius aliquid potuit obliuisci. Non enim ut ad memoriam redeat diuinitas commemoratur, coram qua B omne praeteritum & futurum semper praesens est. Non est dignum in illa maiestate ponere obliuionis iuriam, sed ideo recordari uel meminisse postulat, ut cito auxilium in

ORATIO HIEREMIAE

Recordare domine quid acciderit nobis: intueri, & respice opprobrium nostrum. Haec reditas nostra uersa est ad alienos: domus nostra ad extraneos. Pupilli facti sumus absque patre, matres nostrae quasi uiduae. Aquam nostram pecunia bibimus, ligna nostra precio comparauimus. Ceruicibus minabamur: lassus non dabatur requies. Aegypto dedimus manum & Assyrijs, ut saturaremur pane

Gen. 9. c. Exod. 6. a. Ibid. 32. c.

gentibus conferat, & palam faciat quod antea fuit occultum. Has enim Tropologias frequenter in scripturis diuinis inuenies, ut est illud in Genesi: Recordabor feceris mei. Vel in Exodo: Recordatus est dominus pacti quod pepigerat cum Abraham, Isaac, & Jacob. Recordare, inquit, domine quid acciderit nobis in calumnia uastationis, intueri & respice opprobrium nostrum, quod passi sumus ab his qui duxerunt nos quasi seruos captiuos in terram alienam, & abusi sunt nostri ad seruitium suum. b. Haec reditas nostra uersa est ad alienos: domus nostra ad extraneos.] Cum diuersae gentes undique congregatae, possident terram inditam, quam promissisti patribus nostris dare in possessionem. c. Pupilli facti sumus absque patre, matres nostrae quasi uiduae.] Quia defensore destituti sumus quasi pupilli: nec personas habemus, quae nobis nutrimentis solatia solebant conferre: sed quasi uiduae omni prouisione ac consolatione priuati sumus. d. Aquam nostram pecunia bibimus, ligna nostra precio comparauimus.] Duo elementa in quibus maxime nutritur uita humana, & quorum usus omnibus communis est, sibi dicit propter captiuitatis penuriam difficillem esse adempta, ita ut nec aquam ad bibendum, nec ligna ad focum sine precij redemptione habere possent. e. Ceruicibus minabamur: lassus non dabatur requies.] More iumentorum ceruicibus ligatis se minari dicit: quia hostis eorum, nullam dominationem sui habere permittit: sed trahuntur quocumque impe-

tus dirigeritis uoluerit, nec lassus ad refrigerandum, uel la datur facultas, & unde solatium quaesierunt, mox subdit dicens: f. Aegypto dedimus manum & Assyrijs, ut saturaremur pane, etc.] Semper enim Israelitae auctores sunt cordibus in Aegyptum, & ab Assyrijs saepius auxilia petebat. Vnde merito ab eis sunt flagellati: quibus de ferro deo propter cupiditatem terrenam, legem esse subiecti. Iuxta Allegoriam uero haec querimonia conuenit his qui, propter peccata sua uituitibus spoliati, traditi sunt in manus hostium spiritualium: & maxime Iudaeis, qui post Christi aduentum innitentes ueteri

traditioni, ipsam legem Moysi & benedictionem paternam quam hereditario iure uidebantur possidere, perdididerunt, & data est gentibus, quia in Christo crediderunt: quia in semine Abraham benedicuntur omnes congregationes terrae. Vnde repugnantibus illis & conuadentibus praedicationi Pauli & Barnabae, respensum est: Vo bis oportebat primum praedicare uerbum dei, sed quia repulsiis illud: ecce conuertimur ad gentes. Isti ergo quasi pupilli facti sunt absque patre, quoniam deum uerum patrem habere renuerunt, & alium patrem elegerunt. De quo ad illos dictum est: Vos ex patre diaboli estis. Horum matres nimirum synagoga, factae sunt quasi uiduae, quia priorem uirum, hoc est deum, propter fornicationem idololatriae habere non meruerunt. Hi aquam scientiae uoto discendi, quasi pecunia ad bibendum redimunt: sed quia Christum in ea non inueniunt, aeterna siti dispereunt, semper quidem discunt, sed nunquam ad scientiam ueritatis peruenientes. Similiter etiam ligna precio comparant, cum exercendis uirtutibus operam dant. Sed quia ardorem charitatis in eo habere despiciunt, in uacuum totum laborem expendunt. Hos quidem scriba eorum & pharisaei per uarias sectas & traditiones inutiles, ceu ceruicibus iunctis minabant, nec lassus in eo dabatur quietem. Et quoniam Aegypto spirituali & Assyrijs propter gulam seruire magis quam deo eligunt, aeterna egestate peribunt. Sic enim patres eorum terrenis negotijs

A nego cibus atq; uoluptatibus dediti fecerunt, & filij eorum adhuc facere non desinunt. Ideo sequitur. a. Patres nostri peccauerunt & non sunt, & nos iniquitates eorum portauimus.] Ideo iniquitates eorum portauerunt, quia imitatores eorum in nequitia extiterunt, iuxta illud quod scriptum est: Patres nostri comederunt uiam acerbam, & dentes filiorum obstupuerunt. Et in Exodo: Ego sum, ait, dominus deus tuus & simulador, qui reddo peccata patrum super filios usque ad tertiam generationem, his qui oderunt me: & faciam misericordiam in milia his qui diligunt & custodiunt praeccepta mea. Nec contrarius est iste locus illi testimonio Ezechielis, ubi dicit: Filius autem non portabit iniquitatem patris: nec pater iniquitatem filij, quia mox sequit: Iusticia iusti erit super eum. b. Serui dominati sunt nostri: non fuit qui redimeret de manu eorum.] Seruos appellat gentiles, qui idolis seruebant, & demonibus immolabant, in quorum dominium propter peccata sua traditi sunt Israelitae, qui quondam fuerunt in loco filiorum deputati. Vnde scriptum est: Ex Aegypto uocauimus filium meum primogenitum Israel. Nec fuit qui redimeret illos de manibus eorum. Quoniam defensorem & liberatorem deum habere non meruerunt. c. In animabus nostris afferebamus panem nobis a facie gladii in deserto.] Hoc est cum animarum nostrarum periculo quaesiuimus nobis uisum in deserto gentium constituti. Merito ergo seruis subijcitur qui libertate sponte perdit. Si enim in Christum Iudaei crederent, uere liberi essent, & pane uitae pasti, periculum animarum suarum ueraciter deuitarent. Nunc autem quia uerum liberatorem spreuerunt, imò crucifixerunt, de terra sua eieci, uagi & profugi in toto uersantur orbe, & sedibus incertis discurrunt, uisum cum periculo uitae acquirunt. Quod bene Cain parricida praefigurabat, cui data est sententia, ut uagus & profugus, pauens & tremens, per loca uaria discurreret: nec usquam tutus & securus maneret. d. Pelle exusta deformitatem obscenam ostendit, quam fame & siti & nuditate in ter hostes positi passi sunt. Clibanus est coquendus panibus aenei uasculi deducta rotunditas, quae sub urentibus flammis ardet intrinsecus. In qua similitudine merito peccatores Iudaei ponuntur, qui in futuro iudicio, & merore animi & poenali excruciatione torquendi sunt, quia contra regulas domini obstinata mente uixerunt. Vnde scriptum est in Psalmis: Pones eos ut clibanum ignis in tempore uultus tui. Tempus uero uultus domini, dies iudicij est, quando filius hominis uidebitur ab hominibus, sed solum eum iusti etiam diuinitatis suae contemplatione respiciunt. Veraciter enim fame conficitur, quisquis coelesti pane satiari non meretur. e. Mulieres in Sion humiliauerunt, uirgines in ciuitatibus Iuda.] Diuersas species calamitatis enumerat, quas gens nefanda in de uastatione Chaldaeorum siue Romanorum perpeffa est. Ibi enim mulieres eorum consumptae sunt, uirgines in

ciuitatibus oppressae, principes manibus uincti: senes sine honore, adolescentes & pueri in turpis officij abusione. Hoc enim ideo eis contingit, quia creatorem suum honorare noluerunt, sed falsis dijs atq; simulacris humana arte confectis, diuinum honorem impartierunt: ut qui propter libidinem suam in cultura falsorum deorum impudice uixerunt, hostium manibus traditi, omni turpitudine & confusione afficerentur. Sed iuxta allegoriam, quisquis suauitiam spiritualium hostium intelligit ueraciter, ingentem confusionem quam in animis malis, sua fraude deceptis gerunt, agnoscit, ubi omnis impudicitia atque immundicia, insolentia & inhonestas regnat: ubi tot apparere confusiones, quot sunt uitiorum facies. f. Senes defecerunt de portis, iuuenes de choro psallentium.] Nec enim ibi potest maturitas esse consilij, ubi nullus est ordo iudicij, nec psallentium chorus ibi consistere potest, ubi dolor & gemitus praesens est. Musica enim in luctu, ut quidam ait, importuna narratio. Vnde & sequitur: g. Defecit gaudium cordis nostri, etc.] Bene ergo ibi dicitur chorum in luctu conuersum esse, ubi constat gaudium cordis defecisse, & honorem uerae religionis perisse: quia ubi non est laetitia mentis, frustra sonat melodia carminis. Vnde propheta ex perulo captiuorum in psalmis: Super flumina Babylonis illic sedimus & fleuimus, dum recordaremur Sion in salicibus in medio eius suspendimus organa nostra. Et quia propheta luctu sibi inditum, & gloria depositam conqueffus est, causam addit afflictionis suae & doloris: Vae, inquit, nobis quia peccauimus. Peccato enim commisso & non per condignam poenitentiam & correctionem uitae emendato: merita uindicta successit, quia quod homo poenitendo non corrigit, diuina ultionis sententia expectabit, attestante Apostolo qui ait: Existimas o homo quia dicas eos qui talia agunt, & facis ea, quia tu effugies iudicium dei? An diuitias bonitatis eius & patientiae & longanimitatis contempnissis? Ignoras quoniam benignitas dei te ad poenitentiam adducit? h. Propterea moeror factus est in dolore cor nostrum, ideo contenebrati sunt oculi, etc.] Recte ergo propter peccatum, moeror factus esse dicitur, quia ubi iniquitas premedo insidet cordi, ibi non est habitatio spiritus sancti: sed animus totus caligine obscuratur peccati: cum in eo dedignatur splendorem suum infundere gratia summi paracliti. Spiritus enim sanctus disciplinae effugiet fictum, & in malitiosam animam non introibit sapientia. Nam aliam adhuc subiungendo pandit moeroris causam. i. Propter montem, etc.] Iuxta historiam ergo digna fuit doloris moerestia, quod in loco ubi sanctorum dominum constitutum erat, & cultura dei celeberrima, bestiarum ibi fuerunt latibula. Secundum Allegoriam autem non minus imo magis dolendum est, quod in anima Christiana ubi contemplatio fuit diuina, erroris regnet in sapientia. Vulpes enim non alios quam haereticos propter dolorem & calliditatem intelligere debemus, qui ubicumque cum dogmate suo intraverint totum animu turbant, & tenebris erroris obcaecant.

Hier. 31. c. Hier. 2. o. a.

Hier. 18. a.

Hier. 11. a.

Hier. 4. b.

Hier. 20. b.

pane. Patres nostri peccauerunt & non sunt, & nos iniquitates eorum portauimus. Serui dominati sunt nostri: non fuit qui redimeret de manu eorum. In animabus nostris afferebamus panem nobis a facie gladii in deserto. Pelle nostra quasi clibanus exusta est a facie tempestatum famis. Mulieres in Sion humiliauerunt, uirgines in ciuitatibus Iuda. Principes manu suspensi sunt, facies senum non erubuerunt. Adolescentibus impudice abusi sunt: & pueri in ligno corruerunt. Senes defecerunt de portis: iuuenes de choro psallentium. Defecit gaudium cordis nostri: uersus est in luctum chorus nostrus. Cecidit corona capitis nostri: uae nobis quia peccauimus. Propterea moeror factus est in dolore cor nostrum: ideo contenebrati sunt oculi nostri. Propter montem Sion, quia disperijt, uulpes ambulauerunt in eo. Tu autem

iuuenes de choro psallentium.] Nec enim ibi potest maturitas esse consilij, ubi nullus est ordo iudicij, nec psallentium chorus ibi consistere potest, ubi dolor & gemitus praesens est. Musica enim in luctu, ut quidam ait, importuna narratio. Vnde & sequitur: g. Defecit gaudium cordis nostri, etc.] Bene ergo ibi dicitur chorum in luctu conuersum esse, ubi constat gaudium cordis defecisse, & honorem uerae religionis perisse: quia ubi non est laetitia mentis, frustra sonat melodia carminis. Vnde propheta ex perulo captiuorum in psalmis: Super flumina Babylonis illic sedimus & fleuimus, dum recordaremur Sion in salicibus in medio eius suspendimus organa nostra. Et quia propheta luctu sibi inditum, & gloria depositam conqueffus est, causam addit afflictionis suae & doloris: Vae, inquit, nobis quia peccauimus. Peccato enim commisso & non per condignam poenitentiam & correctionem uitae emendato: merita uindicta successit, quia quod homo poenitendo non corrigit, diuina ultionis sententia expectabit, attestante Apostolo qui ait: Existimas o homo quia dicas eos qui talia agunt, & facis ea, quia tu effugies iudicium dei? An diuitias bonitatis eius & patientiae & longanimitatis contempnissis? Ignoras quoniam benignitas dei te ad poenitentiam adducit? h. Propterea moeror factus est in dolore cor nostrum, ideo contenebrati sunt oculi, etc.] Recte ergo propter peccatum, moeror factus esse dicitur, quia ubi iniquitas premedo insidet cordi, ibi non est habitatio spiritus sancti: sed animus totus caligine obscuratur peccati: cum in eo dedignatur splendorem suum infundere gratia summi paracliti. Spiritus enim sanctus disciplinae effugiet fictum, & in malitiosam animam non introibit sapientia. Nam aliam adhuc subiungendo pandit moeroris causam. i. Propter montem, etc.] Iuxta historiam ergo digna fuit doloris moerestia, quod in loco ubi sanctorum dominum constitutum erat, & cultura dei celeberrima, bestiarum ibi fuerunt latibula. Secundum Allegoriam autem non minus imo magis dolendum est, quod in anima Christiana ubi contemplatio fuit diuina, erroris regnet in sapientia. Vulpes enim non alios quam haereticos propter dolorem & calliditatem intelligere debemus, qui ubicumque cum dogmate suo intraverint totum animu turbant, & tenebris erroris obcaecant.

Hier. 10. 5.

Psal. 23. 6.

Rom. 2. 4.

Sap. 1. 6.

A ¶ Tu autem domine in eternum permanebis, &c.] Enumerata multitudine tribulationum, quas supra teculit. p. phera, æternam domini potentiam & maiestatem & solium eius, uerbis simplicibus commemorando prædicat: quatenus eum humili petuione ad miserandum puocet ad acceleratiõni opportuni auxiliij, ne diu sub hostiũ dominatione cõstituit, penitus desperatione deficiat. Qd̄ aut̄ dicit: Quare in perpetuũ oblitisceris nostris: more humano loquit̄, quod quasi oblitus omnino spernere uideat̄, qui eis cito non auxiliatur: cum alibi de eo scriptum sit: Non in finem irascetur. Et iterũ: Non repellit dominus plebem suam. Non enim Iudaicam plebẽ dominus ita repulit, ut ultra eis misereri nolit, sed cæcitas ex parte cõtingit in Israel, donec plenitudo gentium subintraret. Nũc quoq; quotidie, sicut dudum fecerat, aliquos ad fidem Christi, & ecclesiasticã unitatẽ conuertit, ut electio salua fiat: nam & ex ipsa plebe quam sibi dominus in patribus cognoscitur, elegisse, extiterunt propheta: in de sunt & apostoli multi fideles, qui domino sincera mente crediderunt, sicut doctor gentium testatur, dicens: Nunquid repulit dominus plebem suam quam præciuit: Abst̄: nam & ego Israelita sum ex semine Abraham de tribu Beniamin, & reliqua. Sed unde eis uera salus pro uenire possit, subiungendo manifestat. **b** ¶ Conuerte nos domine ad te et cõuertemur: in noua dies nostros sicut à principio.] Quem enim dominus conuertet, ille ueraciter saluus

Psal. 102. b
Ibid. 94. a

B

ROM. 11. d

erit: quem autem ipse despexerit, nemo corrigere poterit. Quod autem dicit: In noua dies nostros sicut à principio, hoc postulare uideat̄: ut sicut à principio primos patriarchas eorum Abraham, Isaac, & Iacob plena fide & dilectione sibi esse fecit deuotos: ita & ipsos eodẽ munere sibi fideles ac deuotos facere dignetur. Qd̄ in aduertu Helia per Malachiam propheta illis pmissum esse pleriq; arbitrantur, ubi dicitur: Ecce ego mittam uobis Heliam prophetam, antequã ueniat

¶ Tu autem domine in æternum permanebis, & solium tuum in generatione & generationem. Quare in perpetuum oblitisceris nostris: ne derelinquas nos in longitudine dierum. **b** Conuerte nos domine ad te, & conuertemur: in noua dies nostros sicut à principio. **c** Sed proijciens repulisti nos: iratus es contra nos uehementer.

dies domini magnus & horribilis, & conuertet cor patrum ad filios: & cor filiorũ ad patres eorum, ne forte ueniam & percutiam terram anathemate. **c** ¶ Sed proijciens repulisti nos, iratus es contra nos uehementer.] Non enim hæc quasi desperando de salute populi sui locutus est, sed ut dolorem suum nimis de contritione & abiectiõne diutina gentis suæ manifestaret. Vidit enim propheta spiritus quod ipsi Iudæi in aduentu Christi non essent credituri, sed euangelio contradicunt, & ipsum hæredem morti traditur, sicut in pleriq; locis istius libri ante declarauit. Ceterum de conuersione eius ultima nullo modo dubitauit, sed plenissime credidit: quod in semine Abraham benedicentur omnes cognationes terræ, in qua uniuersitate nimirum, & ipsi Iudæi comprehenduntur.

Commentariorum in Lamentationes Hieremias propheta, finis.

DIVI HIERONYMI
PRESBYTERI IN PRIMVM
COMMENTARIORVM EZECHIELIS
ad Eustochium Proœmium.



Eritis in Eisaam decẽ & octo explanationũ uoluminib. ad Ezechiel, quod tibi & sancte memorię matri tuę Paulę õ uirgo Christi Eustochiũ sæpe pollicitus sum, transire cupiebã: & extremã, ut dicitur, manũ operi imponere prophetalis: & ecce subito mors mihi Pãmachij atq; Marcellæ, Rõanæ urbis obsidio, multorũq; fratru & sororu dormitio nũciata est. Atq; ita cõsternatus obstupui: ut nihil aliud dieb. ac noctib. nisi de salute oium cogitarẽ: meq; in captiuitate sanctorũ putarẽ esse captiuũ, nec possem prius ora referare, nisi aliqd certius discerẽ, dũ inter spẽ & desperationẽ sollicitus pẽdeo, aliorũq; malis me crucio. Postquã uerò clarissimũ terrarũ oium lumẽ extictũ est: imò Romani imperij trucaũ caput, & ut uerius dicã, in una urbe totus orbis interiit: obmutui & humiliatus sum, & filii de bonis, & dolor meus renouatus est: cõcaluit cor meũ intra me, & in meditatione mea exarsit ignis: nec putauĩ illã sententiã negligẽdã: musca in luctu iportuna narratio. Verũ quia et tu indefinẽter hoc flagitas, & magno uulneri cicatrix paulatim obducitur, scorpiscq; inter Enceladũ & Porphyrũ Trinacrię humo premitur, & Hydra multorũ capitũ cõtra nos aliqñ sibilare cessauit: datũq; tẽpus quo nõ hæreticorũ respõdere iudicij, sed scripturarũ expositioni incubere debeamus: aggrediar Ezechiel prophetã, cuius difficultatẽ Hebræorũ probat traditio. Nã nisi q̄s apud eos ætatẽ sacerdotalis ministerij, i. tricesimũ annũ impleuerit: nec p̄cipia geneleos, nec cãticũ anticorũ, nec huius uoluminis exordiũ, & sinẽ legere pmittitur: ut ad p̄fectã scientiã & mysticos intellectus, plenũ humanę naturæ tẽpus accedat. Quod opus si p̄ dñi misericordiã ad calcẽ usq; p̄duxerõ, trãsibo ad Hieremiã q̄ in lametationib. suis sub typo Hierusalẽ quatuor plagas mundi, quadruplici plangit alphabeto.

COMMENTARIORVM HIERONYMI
in Ezechielem prophetam,
Liber primus.



Efactũ est, &c.] Tricesimũ annus nõ ut pleriq; existimãt atatis p̄pheta dicit, nec iudicij, sed a duodeuicesimo anno Ioseph regis Iudæ: qñ in uerũ est liber Deuteronomij in tẽplo dei, usq; ad qñtũ captiuitatis annũ Iochi cognomẽto Iechonia, q̄ cũ matre ductũ in Babylonẽ, & cũ Daniele tribusq; pueris, & Ezechiel, quã trib.

manifestius fieret: supra addidit Lxxx. **b** ¶ Cum essem, &c.] Captiuũ sedisse populũ sup flumina Babylonis: Dauid propheta in spiritu: Super flumina Babylonis ibi sedimus & fleuimus. Chobar aut̄, aut nomẽ est fluminis: aut certe iuxta interpretationẽ suã, qua in graue uertit, Tygrim significat & Eufratẽ, & oia magna & grauissima flumina quã in terra Chaldæorũ esse p̄hibent. Aptosq; cœlos nõ diuisione firmamẽti, sed fide creditis intellige, eo q̄ cœlestia sint illi referata mysteria. Vñ & in baptismate saluatoris, qñ spiritus sanctus in specie columbę descendit sup eũ: **Psal. 136. d**

EZECHIEL



Efactũ est in tricesimo anno, in quarto in quinta mensis: Cum essem in medio captiuorũ iuxta flumini Chobar, apertũ sunt cœli, & uidi uisiones dei in quinta mensis, ipse est annus quintus transmigrations regis Iochin. Factũ est uerbũ domini ad Ezechiel filiũ Buzi sacerdotem in terra Chaldæorum, secus flumen Chobar.

Et factũ

apertos cœlos legimus, quib. reseratis pandunt uisiones dei, nõ una uisio sed plures: dicẽte dño per p̄phetã: Ego uisiones multiplicabo, & in manib. p̄phetarũ assimilatũ sum. Itã sunt uisiones quas ois Ezechielis p̄phetia cõtexuit. Significãtiusq; iuxta Hebræos & ceteros interpretes transmigratio dicit Iochin, & nõ captiuitas: qd̄ Lxxx. trãstulerũ. Nõ em̄ captũ urbe superata, sed uoluntate se tradẽs, ductũ est in Babylonẽ. Igit̄ Iochin, i. Iechonia dicat prima trãsmigratio: Sedechiã aut̄ facta, uel extrema captiuitas. **c** Factũ est, &c.] Et Danieli & Ezechiel q̄ i Babylone erãt, iuxta flumina futurorũ sacramenta

apertos cœlos legimus, quib. reseratis pandunt uisiones dei, nõ una uisio sed plures: dicẽte dño per p̄phetã: Ego uisiones multiplicabo, & in manib. p̄phetarũ assimilatũ sum. Itã sunt uisiones quas ois Ezechielis p̄phetia cõtexuit. Significãtiusq; iuxta Hebræos & ceteros interpretes transmigratio dicit Iochin, & nõ captiuitas: qd̄ Lxxx. trãstulerũ. Nõ em̄ captũ urbe superata, sed uoluntate se tradẽs, ductũ est in Babylonẽ. Igit̄ Iochin, i. Iechonia dicat prima trãsmigratio: Sedechiã aut̄ facta, uel extrema captiuitas. **c** Factũ est, &c.] Et Danieli & Ezechiel q̄ i Babylone erãt, iuxta flumina futurorũ sacramenta

A pandunt super aquas, imò in aquis purissimis: ut baptismatis potentia monstraret. Alio qñ & apostolus Paulus qñ ab Anania lotus in dño est, tegētib; prius oculis cōspicuis, caruit cæcitate. Et in Genesi, prima que uiuerēt, de aquis egressa sunt. Illud quoq; intelligendū, qđ in tricesimo suæ ætatis anno dñs ad bapūsimā uenerit: in quarto mēse, qui apud nos uocat Ianuarius, & est in anni primus exordio, præter nīsam mensē nouorū, in quo pascha celebrat. Apud orientales em̄ populos, post collectio nē frugū & torcularia: qñ decima deferebant in templum, October erat prim⁹ mensis, & Ianuariū quart⁹. Quintā autē diē mēsis adiungit, ut significet baptismā, in quo aperti sunt Christo cœli, & epiphaniōrū dies hucusq; uenerabilis est, nō ut quidā putāt natalis in carne, sic em̄ absconditus est & nō apparuit: Qđ huic tēpori cōgruit, qñ dñs est, hic est filius me⁹ dilectus in quo mihi cōplacui. Porro Buzi in linguā nostrā uertit sprētus atq; cōtempus: Ezechiel roboratus à deo. Qđ sic dño coaptabit: ut dicamus creatorē mūdi qui pater est saluatoris, ab omnib; hæreticis sp̄ni atq; contēni, quetus nō recipiūt testamentū. Nec mirū robustū dei esse dñm, cū ipse dei sit uirtus, deiq; sapiētia. *a* ¶ *Et facta est, etc.* ¶ Vt cernere uisiones dei & intelligere possim⁹.

B manu & fortitudine dei super nos opus est. In qua manu & brachio, eductus est populus Israel de Aegypto, cuius fortitudinis partē etiā magi intellexerūt, dicētes: Digtus dei est. Et saluator in euangelio: Si ego in digito dei eicio demonia. Pro quo in altero euāgelio scriptū est: Si ego in spiritu dei eicio demonia. *b* ¶ *Et uidentur ei cuncta*. In cōsolationē populi trāsmigrātis & reuelationē sententiæ dei: propheta uidet maximā uisionē. In cui⁹ interpretatione oēs synagoga ludæorū mutæ sunt, ultra hominē esse dicentū, & de hac & de ædificatione tēpli quod in ultimo huius prophetiæ scribit, aliqd uelle conari. Nos autē quæ à maioribus accepimus, & iuxta modum ingenio nostri, spiritualibus spiritualia cōparātes, suspicari magis possumus q̄ explanare: Beni uolentis credimus fidesq; lectoribus uentam deprecantes: ut temeritati imò fidei nescienti mensurā suā, faueant magis q̄ irascant. At primū sciendū, spiritū auferentē siue attollentē, quem nos iuxta Aquilā interpretati sumus, uentū turbūnis, & iuxta Symmachū & Theodotionem flatū ac spiritū tēpestatis, ab alijs in bonā, ab alijs in cōtrariā partem accipi. Verbū enim Hebraicū *רוח* pro loeorū qualitate: uel spiritus, uel anima, uel uentus accipitur. Spiritus, ut ibi: Emitte spiritū tuū & creabuntur. Anima: Egrediet̄ spiritus eius, & reuertet̄ in terrā suam. Ventus: In spiritu uiolento conteres naues Tharsis. Et alibi: Ignis & sulphur & spiritus procellatū, pars calicis eorū. Qui uentū & flatū tēpestatis legunt, hoc sentiūt, iram & furorē dei uenire ab aquilone, hoc est, Nabuchodonosor, & Hierusalē post sex annos huius uisionis esse capiendam. Cernitur enim uisio quinto anno trāsmigrationis regis Ioachin, qui & Sedechiæ regnant in Hierusalē quintus erat, quē legimus post sex mīlīter annos, id est, anno undecimo imperij sui: urbe capta ductum in Babylonem. His ergo qui habitabant iuxta flumen Chobar, & sponte se regi tradiderant, re-

HEBR. Et facta est super eum ibi manus domini. Et uidi, & ecce uentus turbūnis ueniebat ab aquilone, & nubes magna, & ignis inuoluens, & splendor in circuitu eius. Et de medio eius quasi species electri: id est, de medio ignis. Et in medio eius similitudo quatuor animalium, & hic aspectus eorum, similitudo hominis in eis.

SE P. Et facta est super manus dñi. Et uidi, & ecce spūs auferēs (siue attollēs) ueniebat ab aqlone, & nubes magna in eo, et ignis micās, et splendor in circuitu eius. Et in medio eius quasi uisio electri in medio ignis et splendor in eo.

QUA. Terram: Et in Hieremia, olla illa terribilis à facie aquilonis accendit. Nubē quoq; magnā ad personam Christi referunt, q uenit in Aegyp̄tū huius seculi super nubē uem, magnāq; pprie dici ad cōparationē minorū, prophetarū uidelicet & apostolorū omnūq; sanctorū, de quib; scriptū est: Et ueritas tua usq; ad nubes. Et: Māda, bō nubibus ne pluant super Israel imbrē. Et alibi: Nubes puluis pedū eius. Et iterū: Nubes & caligo in circuitu tu illius. Ignem quoq; micantē & splendore in circuitu eius: iuxta illud accipi quod scriptū est: Deus ignis consumens est. Ad quem mittendū super terrā saluator uenisse se dicit, & in nobis omnibusq; credentibus ardere desiderat, qui cum terrore peccatoribus inferat atq; supplicia, tamen splendore rutilat, & lumine ac fulgore sit plenus. Idcirco nos excoquens, ut puris atq; purgatis tribuat lætiora. *c* ¶ *Et in medio eius quasi uisio electri in medio ignis.* Quodq; sequitur: Et splendor in eo, obelo prænotandū est. Nisi addidisset scriptura dicens, id est, de medio ignis: propter ambiguitatē uerbi errare poteramus: ut putarem⁹ speciē uel uisionē electri esse in medio uenti uel spiritus. Ergo hoc sciendū, quod in medio ignis & tormentorū dei electri similitudo sit, quod est auro-argentoq; preciosius: ut post iudicium atq; tormenta, quæ patientibus tristitia uidentur & dura, preciosius electri fulgōr appareat, dum prouidentia dei omnia gubernant, & quæ putatur pœna medicina est. *d* ¶ *Et in medio eius similitudo quatuor animalium, etc.* In medio eius subauditur quidē, electri: Sed melius, ut ignem intelligamus, qui credentibus lumen, incredulis supplicium est. In huius ergo ignis medio erat similitudo quatuor animalū, similitudo non natura, quatuorq; animalū, quæ postea dicuntur quadriformia, una similitudo est hominis, ut omnia in mundo rationalia demonstrantur. Faciamus enim, inquit, hominem ad imaginē & similitudinē nostram. Imago autē & similitudo dei, non est corporis forma sed mētis, de scripta ad similitudinē ueræ imaginis Christi, qui est imago dei inuisibilis. Hæ rationales creaturæ in quatuor uersantur locis: siue propter quatuor cardines mundi quibus orbis includitur, siue propter quatuor loca, cœlestiū, terrestriū, & inferorū, & supercœlestiū: de quibus & Paulus apostolus loquitur: Vt in nomine Iesu omne genu flectatur, cœlestium, terrestrium, & inferorum. De tribus Pauli testimonium est. Videamus & quatuor. Laudate dominū cœli cœlorum, & aquarū quæ super cœlos est, laudet nomen domini. Rursumq; ab Apostolo dicuntur cœlestia, & alia supercœlestia. Quatuor

Et locutus est ad me: Hec est mēsa corā dño, & duo ostia erant in tēplo & in sanctuario, et in duob. ostijs ex utraq; parte bina erāt ostiola, quæ in se inuicē plicabantur. Bina enim ostia erāt ex utraq; parte ostiorum, et cælata erant in ipsis ostijs tēpli Cherubim et sculpturæ palmarum, sicut i parietib. quoq; expresse erant. Quamobrē et crassiora erāt ligna in uestibuli frōte forinsecus, super quæ fenestræ erāt obliquæ: et similitudo palmarū hinc atq; inde in humerulis uestibuli, secundum latera domus latitudinēq; parietum.

elementa quatuor ex quibus constāt omnia, solida perpetuaq; possideat. Et cū cetera contra faciem sanctuarii aspicebant: ante quod sanctuariū, siue in quo sanctuario erat species altaris ligni tū cubitorū altitudinē, & longitudinē cubitorū duorū, & latitudinē cubitorum duorum, qui iūcti, septē faciunt cubitos. Quod altare habebat cornua: & tā bases q̄ parietes eius, hoc ē latera eius erāt lignea: i quo scripture sancte mysteria, humanus sermo non potest explicare: quōd altare in quo ignis succendendus erat, mēsa uide licet thymiamatis nihil ab igne patiat: sed ut ita dicā, igne purius fiat. Sicut em

sanctorū opera, de qb. scribit Apostolus: Vniuscuiusq; opus quale sit, ignis probabit: non per eū, sed per ignē puriora monstrant: ita & altaris ligna quæ de lignis paradiſi sunt, non cremant igne uicino, sed puriora reddunt. Nec mirum hoc de sanctuario & interiorib. templi & altari thymiamatis credere, cum etiam *ap. i. i. i. i.* quod ligni genus est, uel lini habēs similitudinē: quanto plus arserit, tāto mundus inueniatur. Ignosce lector difficultati, & ueniā tribue pauperis intelligenti. Per fenestras enim obliquas & in modum reus factas, & quæ semper clusa sunt, uix usq; ad interiorē domum cordis nostri oculū possumus intrmittere, ut omnia quæ cernimus in umbra, uideamus & in imagine, & cū Apostolo clamemus: O profundum diuitiarum sapientiæ & scientiæ dei, q̄ in scrutabilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles uis illius. Et: Quis cognouit sensum dei, nisi ille qui est magni consilij angelus, & sua potest dignis aperire mysteria *in iheros.* autem Romę appellant solaria de cocnaculorū parietibus eminentia, siue Meniana ab eo qui ea primus inuenit, quæ nonnulli Græcorum uocant. *¶ Et locutus est ad me. etc.* Mutū in hoc loco Septuaginta editio ab Hebraica ueritate discordat. Vnde hoc solum admonebo, quod pro crassioribus lignis, *ostiola*, hoc est, necessaria, siue cura digna transtulerint: & pro obliquis fenestris, absconditas: & quod in sine testimonij positum est, & mensus est hinc & inde laquearia superliminaris siue uestibuli per latera domus compacta siue coniuncta, quæ illi dixerunt *in iheros.* pro quibus possumus equi ponderis uertere. Vir ergo ille qui prophetam in abdita templi introduxerat: & inter cetera ostenderat ei altare ligneum: quod & angulos & cornua iuxta Septuaginta, & parietes habebat ligneos, dixit ei: Hoc altare quod respicit, ipsa est mensa coram domino, quæ in similitudine rubi ardet & non comburitur, de qua sanctus loquitur ad deum: Parasti in conspectu meo mensam, aduersus eos qui tribulant me. Duo quoque ostia erant in templo, & in ipso sanctuario: per quæ utriusq; instrumenti sacramenta monstrantur, & in duobus ostijs ex utraque parte bina erant ostiola, quæ in se inuicem plicabantur, ut in historia spirituales habeas intelligentiam, & in tropologia historię ueritatem: quorum utrunque altero indiget: & si unum defuerit, perfecta caret scientia. Quod autem sequitur: Bina erant ostia ex utraque parte ostiorū, iuxta literam perspicuum est. Solent em in maioribus triclinijs bina sibi herere atq; coniungi: ut maior introitus nequaquam duobus & ingentibus, sed quatuor minoribus claudat uel aperiat foribus. In quibus

A In quibus ostijs templi, siue sancta sanctorū cælata erāt Cherubim, de quibus supra diximus: Et sculpturæ palmarum, ut post scientiæ multitudinem, uictoria in transitibus præberetur. Quæ sculptura palmarum in omnibus quoq; parietibus tēpli erat. Redditq; causas, quare cælata fuerint Cherubim in ipsis ostijs, & palmarum expressæ similitudines. Vnde & crassiora erant ligna in uestibulo portæ forinsecus, ut & firmitatem haberent & cælaturam possent recipere. Pulchre q; iuxta intelligentiam spirituales, firmiora & cælata sunt ostia: ut & firmitatem habeant & pulchritudinem, ne quis in sancta sanctorum similis Ozia possit irumpere, & sibi sacerdotium uendicare. Super quæ ostia erant fenestræ obliquæ siue absconditæ, ut ipsum quoq; lumen quod præbebatur intrinsecus, non haberet perfectam scientiam, nec clarum lumen & cunctis patens: sed pleriq; ex parte esset absconditum. Nunc enim uidemus in ænigmate: & necdum nouimus sicut oportet nos scire, cum autem uenerit quod perfectum est, tunc quod ex parte fuerat, destruet. Et erat similitudo palmarū hinc

atq; inde. Eleganter in interioribus templi, & in sanctis sanctorū non posuit dexteram & sinistram, ne quid sinistrum in his quæ magna sunt & arcana dicere uideretur, sed hinc atq; inde, iuxta illud quod in euāgelio scriptum est: Qui te percussit in dexterā maxillā, præbe ei & alteram. Nunquid dicere non potuit & sinistram? Sed quando percussit dextra, præbetur & altera dextra: quia in sancto uiro utrunq; dextrum, utriusq; perfectum est. Et in humerulis uestibuli sim latera domus, latitudinēq; parietum: pro quo Lxx. transtulerunt, in laquearibus ælam, hoc est, propyli, & latera domus, æqualis ponderis siue mensura: per quæ latenter ostenditur, & postes superliminaris, siue uestibuli: hoc enim humeruli uidentur significare, & latera domus, & latitudinem parietum, cuncta rationis plena esse atq; mensura: & nihil in templo dñi reperiri, quod absq; mensura & sapientia constitutum sit.

Commentarij duodecimi in Ezechielem prophetam finis.

DIVI HIERONYMI PRESBYTERI IN TERTIVM DECIMUM Commentariorum Ezechielis ad Eusto chium pro cœmum.



Tertiusdecimus Explanationū i Ezechiele liber secundus ē expositionis templi: quē & quartumdecimū opitulāte saluatore nostro ad finē usq; dictare cupio, illud eiusdē numeri cū Dauid in quarto decimo psalmo canens: Dñe quis habitabit i tabernaculo tuo, aut qs requiescet in mōte sancto tuo? Quod et pro difficili et impossibili debemus accipere. Vñ & i alio loco quasi uir desideriorū enixius deprecatur accidit: Vñ peitui a dño, hoc requirā, ut inhabitē in domo dñi oibus dieb. uita meā, ut uideā iocunditate dñi, & uisitē templū sanctū eius. Et rursum: Quam dilecta, inquit, tabernacula tua dñe uirtutū, concupiscit et deficit anima mea in atrijs dñi. Æmulorū maledicta præuenio, qui nō quid ipsi possint, sed quid ego nō possim, considerāt: & cū nostra disjudicent, sua iudicāda nō præbent, nunquā in agone pugnant, sed de pugnantibus ocioſo, imò superbo animo iudicātes. Facile est dare dictata de populo, & singulos ictus calūniari, ac de alieno ridere sanguine, & ubi uulnus infigi debuerit, iperiti lanistæ more differere. Ego in explanatione tēpli Ezechielis, & ceterorū quæ ad finē ipsius uoluminis pertinent: fateor me pro rei magnitudine nihil dignū scribere, & in paucis si qua tñ accipere meruero, gratias agere saluatori. Scriptū est em: Nisi credideritis, nō intelligetis. Et in alio loco: Si habueritis fidē ut granū sinapis, & dixeritis mōt ihuic, trāsmigra & trāspanare in mari, fiet. Et quōd Apostolus granū sinapis nō modicā fidei portionē, sed totā fidē esse cōmemorat, dicēs: Et si totā fidē habuero, ita ut mōtes transferā: Igitur granū hoc sinapis, etiā si modicū fuerit, in magnā succrescit arborē, & uolatilia cœli habitāt in ramis eius. Quamobrē tibi, filia Eusto chii, quæ nostra qualiacūq; fuerint libēter accipis, contēstatū uolo, & illud rhetoris Victorini breuiter admoneo, ut obscuritatē uoluminū ex tribus reb. fieri scias: uel rei magnitudine, uel doctoris imperitiā, uel audiētis duriciā: quorū primū & secundū liquido in hoc opere confitebor: tertium, acumē ingenij tui & desiderij scripturarū facile renuit, quæ priuilegio uirginali, & uictus continētia, nō dicā frequenter, sed iugem hospitem possides deum. Igitur tertiumdecimum in Ezechiele arripiamus librum, cuius hoc principium est.

Hier. 10. 5.

Y 5

Proh. 22. c

B

Philip. 3. c

1. Cor. 3. c

Rom. 11. d

Esai. 9. b

Forſitan legē

duum est

Esai. 9. b

Psal. 22. b

COMMENTARIORVM HIERONYMI in Ezechielem prophetam Liber tertiusdecimus.



Eduxit me in atrium exterius per uiam ducentem ad aquilonem: et induxit me in gazophylaciū quod erat etc.] Hoc quod Septuaginta transfulerunt ad orientē, in Hebraico non habet: & superfluum esse manifestum est. Quomodo enim educitur ad portam exteriorē ad orientē: cum sequatur, contra portā aquilonis: Illud quod & superfluum est: Et eduxit me in gazophylaciū quod erat contra separatū aedificiū, & contra aedem uergentem ad aquilonē, pro quo habet in Septuaginta: Et eduxit me & ecce exedra quinque de reliquo aedificiō, & iuxta separatū ad aquilonē: Pro separato, quod Aquila & Symmachus transfulerunt: scilicet Aquila editio, & Theodotio ipsum uerbum posuerunt in omnibus locis similiter exprimentes, multa quae in praesenti loco posita sunt inter Hebraicū & Septuaginta: non solum ordine, sed & numero, & uerbis interpretatione discordant: ut si uoluerim hāere in linguis, & diuersitates eorum quęrare & explanare rationē, multū aberrem a proposito: Volueram quę desperatione & magnitudine rei praesens testimoniū silentio pretereire: sed melius arbitror sum quod tunc dicere. Quomodo nihil dicere, Socraticum illud assumens: Scio quod nescio. Pars enim scētia, est scire quod nescias. Postquam igitur ea quae erant in uisus, propheta diligētius contēplatus est, eduxit eū uir, cuius funiculus & calamus erat in manu, ad atriū exterius, per uiam ducentem

ad aquilonem, quod & supra iam uiderat, antequam intriora penetraret. Sed aliter uidemus perfectā habentes scientiā: aliter in principio disciplina. Et necesse est, ut qui interiora confpexerit, secundū eandem formam atque mensuras & recondita sacramenta, etiā quae exteriora sunt, uideat. Eductus autē est in gazophylaciū, siue ut Symmachus et Lxx. transfulerunt, exedra: uel ut Theodotio in septuaginta, quod in thalamum uentur: quod erat contra separatū aedificiū. Quod autē Lxx. addiderunt, gazophylaciū exedras quinque, in Hebraico non habet. Quod gazophylaciū erat contra separatū aedificiū, de quo supra iam diximus, gazera. Separatū autē erat, eos suscipiens qui ab aquilone ueniebant: & erat contra aedē uergentem ad aquilonē, id est, respicientem qui dem aquilonis partes, sed non in aquilone positū, ut facilior esset transitus his qui aquilonis frigora relinquebant, a quo exardescit mala super terrā. Legimus in Numerorum libro, trib. Dan & Neptalim & Aser, filiorum Balē & Zelphae ancillarum Rachelis & Lig, ad aquilonis plagas castra tenuisse: Nūc quoque in facie longitudinis ostij aquilonis, centū cubitos, & latitudinis quinquaginta, ut ex decē decadis, quadrāgulus numerus atque perfectus: & ex septē hebdomadibus, qui remissionis est numerus, & in principium unionis, id est, ogdoadis erupit sacerdotalia in templo dei spacia monstratur. Illud quoque iuxta Hebraicū iugitur, contra uiginti cubitos atrij interioris: pro quo Lxx. transfulerunt, descripta erant sicut portae atrij interioris: hūc habet sensum: quod exterioris atrij centenarius & quinquagenarius numerus eandē

uiam habeat quā uiceniarius atrij interioris. Si enim quatuor quinquages supputes, in numero uiceniario, utriusque reperies testamentum, ut & lex teneatur in euāgelio, & euāgelium de legis radice nascatur. Pro quo numero Lxx. similitudinem atrij interioris interpretati sunt: forsitan formidantes uiceniariū numerū, in quo offeruntur Esau mura in atrio interiori riponere. Sequitur: Et contra pauimentū stratum lapide atrij exterioris, ubi erat porticus iuxta porticum triplicem, pro quo Lxx. transfulerunt: Et sicut colūna atrij exterioris per ordinē positae contra faciem porticum triplicem. Significat autē, quod pauimentum atrij exterioris, uiceniarius fuerit stratum lapide, ut nec astatu puluere, nec luto hyemae sacerdotum uestigia polluatur. Unde & dominus ascendens ad patrem apostolorum lauat pedes: ut mundatis purgatisque uestigijs scādant regna caelorum, & imperat apostolis, ut in quamcumque ingressi fuerint ciuitatem, & non susceperint eos: excutiat pedes uos in puluere, quo scilicet nihil munerū terrenorū ab eis apud se remanere patiant. Non solum autē pauimentū stratum erat lapide, sed & porticus erat iuxta porticum triplicem. Vna porticus ab imbre & aetate protegens sacerdotes, & iuxta porticum triplicem: demonstrat mysterium trinitatis, quod cum patris, & filij, & spiritus sancti diuidat nominibus: tamē una sibi diuinitate coniungit. Erat quoque ante gazophylaciā siue exedras uel thalamos, deambulatio decē cubitorum latitudinis ad interiora respiciens uicē cubiti unius. Quod quoque ad Lxx. additū est: Per cubitos longitudinis centū: superfluum est, quia in Hebraico non habet: quod ponentes, tulerunt id quod habet in Hebraeo, ad interiora respiciens uia cubiti unius, quod nos de Hebraica ueritate transfulimus. Significat autē quod ante fores gazophylaciōrum omnium siue exedrarum & thalamorū fuerit deambulatio, latitudinē habēs cubitorum decē, qui & ipse perfectus est numerus: uel propter decalogū, uel propter euāgelij sacramentū. Si enim ab uno per duos & tres ad quartū numerū uenias, decenarius euāgeliorū numerus efficit: In cuius latitudine deambulant sacerdotes ante singula gazophylaciā gradientes: ita dumtaxat ut semper ad interiora respiciant uiae eius quae ducit ad cubitū unū, ad cuius uidelicet unius diuinitatis, dicente filio ad patrem: Reuclauit nomen tuū hominibus. Ipsa est enim uia, interiora respiciens, quae dicit in euāgelio: Ego sum uia, & uita, & ueritas: quae nemo uenit ad notitiā patris, nisi per filium. Sequitur: Et ostia earū ad Aquilonē, ubi erant gazophylaciā in superioribus humiliora: quae supportabāt porticus quae ex illis eminebant de inferioribus, & medijs aedificij. Tristega enim erāt & non habebāt colūnas, sicut erāt colūnae atriorū: propter eā eminebant de inferioribus, & de medijs aedificij. Quod iugitur: ostia earū, subaudiuntur, exedrarum, siue gazophylaciōrum, de quibus sermo supra fuit. Quae gazophylaciā erant in superioribus, id est, in coenaculis humiliora. Quae coenacula ascendit Helias &

Helias, & dñs cum discipulis pascha facturus, & Tabernacula quae & fide apostoli, & uirtutū suarū meritō suscita est. Ista sunt coenacula, de quibus in psalmo scriptum est: Qui rigat mōres de coenaculis suis. Nisi enim quis mons fuerit effectus, & ad altiora surrexerit, pinguis dñi non irrigabitur, qui pro diueritate meritorū de primo, secundo, & tertio irrigatur coenaculo. Ipsa quoque gazophylaciā, hoc est, thesauri gazarū dñi, in superioribus humiliora sunt. Quāto enim quis excelsior fuerit, tāto cū apostolo humilitate deficiat, dicens: Quinō sum dignus uocari ap̄s: quia persecutus sum ecclesiā dei. Erāt autē ipsa gazophylaciā in coenaculis humiliora, quia supportabāt porticus quae ex illis eminebant de inferioribus, & de medijs aedificij. Reddidit quoque causas cur gazophylaciā in coenaculis posita, humiliora fuerint: Quia supportabāt, inquit, porticus, quae libertate aeris fruebant, & eminebant de inferioribus, & de medijs aedificij: ut secundū coenaculū pauimento inferioris domus esset eminentius, & tertium coenaculum secundo esset excelsius, & quanto quis ad superiora cōscenderet, tanto altiori uteretur coenaculo, quod humilitate crescebat, dicente domino: Qui uult inter uos maior esse, fiat omnium minimus. Neque enim columnis alijs portabantur, sicut in artiorū columnis legimus, sed eminebant de inferioribus & de medijs a terra cubitis quinquaginta, numero remissionis omnium debitorū. Haec sunt autē tristega, de quibus praecipitur: Describe ea tripliter, consilio & scientia, ut respondeas sermonibus ueritatis his quae praeposunt tibi. Inferiosa igitur & exteriora, columnis indigent: quae autē altiora sunt & interiora, columnarū, id est, alieni auxilij usu non egent. Post haec dicitur: Et peribolus exterior secundum gazophylaciā quae erant in uia atrij interioris ante gazophylaciā: longitudo eius quinquaginta cubitorū, quia longitudo erat gazophylaciōrum atrij exterioris quinquaginta cubitorū, & longitudo ante faciem templi centum cubitorū. Peribolus murū significat qui erat exterior, & cingebat gazophylaciā in uia atrij exterioris, habens in longitudine quinquaginta cubitos: de cuius numeri sacramento crebro diximus. Porro longitudo ante faciem templi, nequaquam quinquaginta cubitorū erat, ut ante gazophylaciā, sed centū cubitorū: ut post remissionem omnium peccatorū, perfecta praemia in centenariō numero praestolerentur. Pro peribolo siue muro, quod Hebraicē dicitur חָמַי Lxx. lumen interpretati sunt, quod uenit extrinsecus, & illuminat cordis nostri oculos, non sufficiente natura nostri luminis, quod uersatur in sensu, perfectum scientiā habere fulgorem: nisi extrinsecus per dei gratiā introcat: Quod primū oculos nostri cordis illuminat, & omne atrij exterius quod quinquaginta cubitorū latitudine tendit, facit clarificare. Postea uerō cū uenerimus ante faciem templi, perfecta in centenariō numero recipiemus praemia. Erāt autē subter gazophylaciā introitus

lm. 13. d. B. 17. g. 17. d. 17. d.

4. Reg. 4. b. Marc. 1. 4. b. Act. 9. g. Psal. 103. b. 1. Cor. 15. b. Marc. 9. d. Prov. 2. 2. b.

A introitus ab oriente, ingredientium in ea de atrio exteriori. Oportet enim dei nos possidere diuitias, & de atrio exteriori subter gazophylacia orientis introitum reperire, & per latitudinem periboli, qui respicit uiam orientis venire ad edificium quod sanctis est separatim: ante quod sunt gazophylacia, & ipsa uia similitudo gazophylaciorum, quae erant in uia aquilonis. Licet enim ad orientem uentum, tam similitudo maiorum est in minoribus. & non possumus ad orientem per uiam aquilonis, id est, per minora & humilia ad maiora & altiora tendamus. In ipso autem introitu, longitudo erat similis latitudinis, id est, eadem mensura per quadratum, omnisque ingressus & similitudines ostia eandem habebat mensuram & similitudinem quam gazophylacia quae erant in uia respiciente ad austrum. Per orientem quippe aquilonis frigora restinguentes, peruenimus ad austrum in quo spiritus recubat in meridie, & in pleno uertitur lumine. In capite autem eiusdem uiae, hoc est, orientalis quae patet ingrediensibus

Et dixit ad me: Gazophylacia Aquilonis, et Gazophylacia Austrum, quae sunt ante aedificium separatim: haec sunt gazophylacia sancta in quibus uescuntur sacerdotes qui appropinquant ad dominum in sancta sanctorum. Ibi ponent sancta sanctorum, & oblationem pro peccato & pro delicto, locus enim sanctus est. Cum autem ingressi fuerint sacerdotes, non egredientur de sanctis in atrium exterius, & ibi reponent uestimenta sua in quibus ministrant, quia sancta sunt, uestimentumque uestimentis alius, & sic procedent ad populum. Cumque compleisset mensuras domus interioris, eduxit me per uiam portae quae respiciebat ad uiam orientalem, & mensus est eam undique per circuitum (siue similitudinem domus per circuitum in ordine.) Mensus est autem contra uentum orientalem (siue & stetit post tergum portae respicientis ad orientem) calamo mensurae per circuitum quingentos calamos, in calamo mensurae per gyrum. Et mensus est contra uentum Aquilonis quingentos calamos, in calamo mensurae per gyrum. Et ad uentum australem mensus est quingentos calamos, in calamo mensurae per circuitum. Et ad uentum occidentalem mensus est quingentos calamos, in calamo mensurae. Per quatuor uentos mensus est murum eius undique per circuitum, longitudine quingentorum cubitorum, & latitudine quingentorum cubitorum, diuidentem inter sanctuarium & uulgi locum.

ostium est, quod nisi apertum fuerit ab eo qui dicit: Ego sum ostium, & qui habet clauem David, ad uestibulum sanctorum uirtutum separatim, & quod ab Aquilone uenientes suscipit, non possumus peruenire. Superfluum est iuxta Septuaginta singula loci huius uerba differere, cum & haec quae dicta sunt, obscuritate non careant, & illa quae reticemus, similia prope sint his quae diximus. Et dixit ad me: Gazophylacia Aquilonis, & gazophylacia Austrum, quae sunt ante aedificium separatim, etc. Vir ille qui ductor prophetae fuit, postquam cum duxit in atrium exterius, & monstrauit omnia quae praeceperat sermo narrauit, gazophylacia quoque siue exedras, in quibus diuitissimè commemoratus est, dixit ad eum: Haec sunt gazophylacia uel exedrae thalamique ad aquilonem & ad austrum, quae sunt ante aedificium separatim, & appellantur sancta gazophylacia in quibus uescuntur sacerdotes, qui appropinquant ad dominum in sancta sanctorum. Ex quibus discimus, multas ciborum esse diuersitates, quibus uesci sacerdotibus licet uel non licet, & de his ipsis quos licet in cibos sumere, non in omnibus sumuntur locis, nec ab omnibus, nec omni tempore. Gazophylacia Aquilonis & Austrum puto esse, quae uel historiae continent simplicitatem, uel spiritualis intelligentiae sacramenta, ut per Aquilonem ueniamus ad meritum. Neque enim sic legenda est littera, & historiae fundamenta facienda, ut non ueniamus ad culminem: nec ita pulcherrimo aedificio recta ponenda, ut nequam fundamenta sint solida. Sacerdotes autem qui

uescuntur in cellariis in quibus multae diuitiae continentur, ipsi sunt qui appropinquant ad dominum: De quibus scriptura testatur, quod Moyses appropinquauerit ad dominum, & ceteri accedere non potuerunt. In aedificatione templi mystici, & in ecclesiae sacramento multum sunt sacerdotes & apostolici uiri quae cedunt ad dominum, & non in quolibet loco, sed in sancto sanctorum. Quodque iuxta Lxx. dicitur: Filij Sadoch, qui interpretatur, iustus, in Hebraico non habet. Ibi, inquit, Sacerdotes ponent sancta sanctorum & oblationem, hoc est, uictimam holocausti, & pro peccato, & pro ignorantia: ut non solum iuge offerant sacrificium, sed pro diuersitate repositum, & qualitate peccati, atque ignorantiae sciant placare dominum, quia ipse locus sanctus est, & sacerdotalis ei dignitas commoratur, quae possit rogare pro ceteris. Quando autem procedendum est ad eos qui non possunt templi adyta penetrare, nec diuinae scientiae arcanam cognoscere: egrediatur, inquit, foras ad eos sacerdotes in atrium exterius, ne quaquam cum his uesti-

mentis quibus intrinsecus induit erant, uiscera uidelicet misericordiae & dominum saluatorem, de quibus scriptum est: Induimini dominum Iesum Christum: nec his utantur sermonibus, de quibus loquitur deus: Mysteriorum meum mihi & meis: ne incurran in illud quod saluator prohibet, dicens: Nolite dare sanctum canibus, nec proficiatis margaritas ante porcos: Sed ponent uestimenta sua intrinsecus, quibus induuntur, quando ministrant in templi adytis: sancta enim sunt, & ad eos qui perfectam non habent sanctitatem non debent proferri, accipientesque alia uestimenta, & sic procedent ad populum. Sic, inquit, loquentur ad populum, quomodo potest audire populus. Unde & Apostolus Corinthiis loquebatur, in quibus audiebat fornicatio, & talis fornicatio quae nec inter gentes quidem: Lac uobis potum dedi, non escam, id est, solidum cibum, nec dum enim capere poteratis. Ad quos rursum dicit: Filij mei, quos iterum parturio, donec Christus formetur in uobis. Paruulis enim atque lactantibus non solum non prodest solidus cibum, sed interficit eos, qui perfectae uirtutis hominibus congruit. Illud autem quod ad Lxx. additum est: Propterea non egredientur in atrium exterius sacerdotes, ut semper sancti sint qui offerunt, obelo praenotemus, quia in Hebraico non habetur. Cumque compleisset mensuras domus interioris, eduxit me per uiam portae quae respiciebat, etc. Sciendum quod post uentum orientalem & Aquilonem, in uento Australi & Occidentali apud Septuaginta ordo praeposterus sit. Illi enim primum posuerunt

mentis quibus intrinsecus induit erant, uiscera uidelicet misericordiae & dominum saluatorem, de quibus scriptum est: Induimini dominum Iesum Christum: nec his utantur sermonibus, de quibus loquitur deus: Mysteriorum meum mihi & meis: ne incurran in illud quod saluator prohibet, dicens: Nolite dare sanctum canibus, nec proficiatis margaritas ante porcos: Sed ponent uestimenta sua intrinsecus, quibus induuntur, quando ministrant in templi adytis: sancta enim sunt, & ad eos qui perfectam non habent sanctitatem non debent proferri, accipientesque alia uestimenta, & sic procedent ad populum. Sic, inquit, loquentur ad populum, quomodo potest audire populus. Unde & Apostolus Corinthiis loquebatur, in quibus audiebat fornicatio, & talis fornicatio quae nec inter gentes quidem: Lac uobis potum dedi, non escam, id est, solidum cibum, nec dum enim capere poteratis. Ad quos rursum dicit: Filij mei, quos iterum parturio, donec Christus formetur in uobis. Paruulis enim atque lactantibus non solum non prodest solidus cibum, sed interficit eos, qui perfectae uirtutis hominibus congruit. Illud autem quod ad Lxx. additum est: Propterea non egredientur in atrium exterius sacerdotes, ut semper sancti sint qui offerunt, obelo praenotemus, quia in Hebraico non habetur. Cumque compleisset mensuras domus interioris, eduxit me per uiam portae quae respiciebat, etc. Sciendum quod post uentum orientalem & Aquilonem, in uento Australi & Occidentali apud Septuaginta ordo praeposterus sit. Illi enim primum posuerunt

A posuerunt, occidentalem, id est, mare: & postea australem: cui apud Hebraeos primum ponat uentus australis, & postea occidentalis. Quodque scriptura nunc dicit: Cuius compleret mensuras domus inferioris, eduxit me per uiam portae quae respicit ad uiam orientalem: ostendit cuncta quae supra dicta sunt & forinsecus, & intrinsecus, & in interioribus templi, hoc est, sancti sanctorum, proprie ad templi aedificium pertinere, & templi interioris. Unde nunc sequitur: Eduxit me per uiam portae quae respiciebat ad uiam orientalem, & mensus est eam undique per circuitum, siue similitudinem domus. Per quod demonstrat, non ipsam domum, sed similitudinem domus esse quae cernit, quia nunc per speculum uidemus in aenigmate: cum autem uenerit quod perfectum est, tunc quod ex parte est, destruet. Unde & Moyses in tabernaculo, & Salomon in aedificio, non ueritate tentorium & templi, sed similitudinem figuram fecerunt, ut per haec quae minora sunt & terrena, ea quae in caelestibus & in spirituali aedificio sunt, intelligere possimus. Vir autem qui propheta eduxerat, nequaquam in atrium exterius, sed per uiam portae quae respiciebat ad uiam orientalem, primum mensus est contra uentum orientalem, id est, ad orientalem plagam quingentos calamos per gyrum: secundum ad aquilonem, tertium ad austrum: quartum ad mare, id est, ad occidentem, per quatuor uidelicet uentos, murum in circuitu, tam in longitudine, quam in latitudine, hoc est, per quadratum, qui murus simul habebat duo millia calamos. Sin autem calamus sex cubitorum erat, & per cubitum uno, qui per cubitum sex pars cubiti est: perspicuum est murum exteriorem habuisse per circuitum calamos duo millia, qui faciunt cubitos duodecim millia, trecentos, trigintatres, & trientem de duobus millibus. Prudens lector & diligens legat librum Iesu Naue, & inueniet quod in suburbanis haec mensura fuerit. Unde & legio demonum, hunc numerum elegit in suffocatione porcorum, ut qui seruientibus deo, praeposito domini separatus est, in contraria parte referat ad perditionem eorum, qui uiam coeno dignam, & foribus caelestium. Omnis autem murus qui est exterior, & habet spaciosissimam longitudinem & latitudinem per quadratum apostolorum continet numerum, id est, duodecim millium, ut singulis apostolis millenus numerus deputet, & tunc ad mensuram plenitudinis Christi, & perfecti uiri non ueniat, nisi iugatur ei & per cubitum, qui trescenti, triginta, & tres cubiti sunt, & cubiti tertia pars, per quae sanctae & uenerabilis trinitatis mysterium demonstrat, quae cingit & uallat omnia, & habitatores templi sui praestat tuissimos. Unde trecentorum cubitorum arca Noe habet longitudinem, & triginta cubitorum altitudinem, quae consummatum in uno cubito. Quod autem ibi adduntur quinquaginta cubiti in latitudine, remissionis (ut saepe diximus) significat sacramentum. Unde & dominus triginta annorum uenit ad baptismum, & hic ipse propheta in principio uoluminis sui annum ponit tricesimum, qui trecentissimus & tricesimus numerus tribus additis & tertia parte complectitur. Illud autem quod per simplicitatem interpretationis, dum paru attendimus caeleritate dicendi, & Lxx. habet & nostra translatio: murum eius undique per circuitum longitudine quingentorum cubitorum, & latitudine quingentorum cubitorum, Hebraeus sermo non continet, sed simpliciter, longitudinem quingentorum, & latitudinem quingentorum, ut subaudiatur, calamorum: sicuti quartum supra dictum est, ad orientalem uentum, & ad aquilonem, & ad austrum, & ad mare quingentis calamis, murum partium singulorum ab eo qui tenebat calamum fuisse dimensum. Quingentissimus autem numerus qui uicinus est quinquagenario, quod ad remissionem pertinet omnium peccatorum, non solum uetus

scriptura, sed & saluatoris in euangelio uerba demonstrant, dicentis: Duo debitores erant foeneratori cuidam, unus debebat denarios quingentos, & alius quinquaginta. Et murus diuidit inter sanctuarium & uulgi locum. Ex quo intelligimus omnem supra templi descriptionem, sacerdotum qui sunt filij Sadoch, fuisse ministrum delegatam. Haec autem murum, qui tanto spacio dilatec & uerba circummeat, seipsum patere sanctuarium & uulgi locum. Et eduxit me, etc. Primum de translationis uarietate dicendum est. Hoc quod ponit Lxx. Et eduxit me, in Hebraico non habet. Si enim adductus fuerat ad portam quae respiciebat orientem, quod necesse fuit ut educeretur, cum ideo inductus sit, ut uideret quid in porta fieret orientalis: Deinde ubi dicit: Vox erat ei, haud dubium quum dei, quasi uox aquarum multarum, quod & Ioannes in sua confirmat Apocalypsi: Lxx. posuerunt: Et uox castrorum quasi uox geminantium multorum. Tertio in Hebraico continetur: Vidi uisionem secundum speciem quam uideram, quando uenit ut disperderet ciuitatem. Venit autem ille qui in principio huius prophetae uesitus erat lineis, & acramentarium habebat ad lumbos cum alijs sex, ut disperderet ciuitatem, non ut ungeret, quod Lxx. transtulerunt, qui quartum dixerunt: Et uiso currus quam uideram, quod in Hebraico non habet. Dicamus stricte de singulis, quantum explanationis paucae difficultas: ne dum studemus breuitati, uelamentum non solum Moysi, sed & prophetae Ezechielis remaneat in nobis, qui captus uel uelata facie ueritate domini contemplantur. Gloria ergo dei Israel ingredietur per uiam orientalem: per quam & expressa fuerat, quoniam ciuitas domini furore percussa est. Ingressus autem, imo regressus dicitur ad eam quia templum domini aedificatum in monte monstrauerat. Et tamen multo plus est quod in consequentibus dicit: Leuaui me spiritus, & introduxit me in atrium exterius, & ecce repleta erat gloria domini domus. Hic enim gloria tantum dei Israel ingreditur: ibi autem dicitur, plenitudo gloriae domini fuerit in templo, de qua & Esaias scribit: Vidi dominum sedentem super thronum excelsum & eleuatum, & plena erat domus gloria eius, quando reuelata facie gloriae domini contemplantur, reformamur in imaginem creatoris. Vox quoque erat dei, quasi uox aquarum multarum, omnium scilicet in toto orbe populorum: ut Ioannes euangelista interpretatur, huc quasi uox castrorum, & sicut uox geminantium multorum, ut exercitus dei sacramenta cognosceret. Quod intelligens Iacob, uocauit nomen illius loci castra. De quibus & alibi scriptum est: Curus dei decem millium multiplex millia letantium. Una autem uox dicitur castrorum & multitudinis, propter unum in dei laude consensum. Geminaturque uox castrorum patri, & filio, & spiritui sancto: Sanctus, sanctus, sanctus dominus deus sabaoth, plena est terra gloria eius. Sequitur: Et terra splendebat a maiestate eius. Quod proprie in aduentu Christi factum est, quando in omnem terram exiit sonus apostolorum, & in fines orbis terrae uerba eorum, quotidie implentur in credentibus, & ad perfectum complebitur, quando corruptum hoc in mundum fuerit incorruptum, & mortale istud fuerit immortale uesitum. Quod autem infertur: Et uidi uisionem secundum speciem quam uideram, quando uenit ut disperderet ciuitatem, pro quo Lxx. transtulerunt: quando ingressus sum ut ungerem ciuitatem, cum iuxta Hebraicum perspicuum sit, iuxta Lxx. plurimam obscuritatem habet, quomodo Ezechiel ingressus sit ut ungeret ciuitatem: ad cuius prophetiam confirmationemque ceciderit: nisi forte illud dicamus, quod correptio prophetae sit unctio ciuitatis, & unctio olei exultationis sacerdotalis & regis

scriptura, sed & saluatoris in euangelio uerba demonstrant, dicentis: Duo debitores erant foeneratori cuidam, unus debebat denarios quingentos, & alius quinquaginta. Et murus diuidit inter sanctuarium & uulgi locum. Ex quo intelligimus omnem supra templi descriptionem, sacerdotum qui sunt filij Sadoch, fuisse ministrum delegatam. Haec autem murum, qui tanto spacio dilatec & uerba circummeat, seipsum patere sanctuarium & uulgi locum. Et eduxit me, etc. Primum de translationis uarietate dicendum est. Hoc quod ponit Lxx. Et eduxit me, in Hebraico non habet. Si enim adductus fuerat ad portam quae respiciebat orientem, quod necesse fuit ut educeretur, cum ideo inductus sit, ut uideret quid in porta fieret orientalis: Deinde ubi dicit: Vox erat ei, haud dubium quum dei, quasi uox aquarum multarum, quod & Ioannes in sua confirmat Apocalypsi: Lxx. posuerunt: Et uox castrorum quasi uox geminantium multorum. Tertio in Hebraico continetur: Vidi uisionem secundum speciem quam uideram, quando uenit ut disperderet ciuitatem. Venit autem ille qui in principio huius prophetae uesitus erat lineis, & acramentarium habebat ad lumbos cum alijs sex, ut disperderet ciuitatem, non ut ungeret, quod Lxx. transtulerunt, qui quartum dixerunt: Et uiso currus quam uideram, quod in Hebraico non habet. Dicamus stricte de singulis, quantum explanationis paucae difficultas: ne dum studemus breuitati, uelamentum non solum Moysi, sed & prophetae Ezechielis remaneat in nobis, qui captus uel uelata facie ueritate domini contemplantur. Gloria ergo dei Israel ingredietur per uiam orientalem: per quam & expressa fuerat, quoniam ciuitas domini furore percussa est. Ingressus autem, imo regressus dicitur ad eam quia templum domini aedificatum in monte monstrauerat. Et tamen multo plus est quod in consequentibus dicit: Leuaui me spiritus, & introduxit me in atrium exterius, & ecce repleta erat gloria domini domus. Hic enim gloria tantum dei Israel ingreditur: ibi autem dicitur, plenitudo gloriae domini fuerit in templo, de qua & Esaias scribit: Vidi dominum sedentem super thronum excelsum & eleuatum, & plena erat domus gloria eius, quando reuelata facie gloriae domini contemplantur, reformamur in imaginem creatoris. Vox quoque erat dei, quasi uox aquarum multarum, omnium scilicet in toto orbe populorum: ut Ioannes euangelista interpretatur, huc quasi uox castrorum, & sicut uox geminantium multorum, ut exercitus dei sacramenta cognosceret. Quod intelligens Iacob, uocauit nomen illius loci castra. De quibus & alibi scriptum est: Curus dei decem millium multiplex millia letantium. Una autem uox dicitur castrorum & multitudinis, propter unum in dei laude consensum. Geminaturque uox castrorum patri, & filio, & spiritui sancto: Sanctus, sanctus, sanctus dominus deus sabaoth, plena est terra gloria eius. Sequitur: Et terra splendebat a maiestate eius. Quod proprie in aduentu Christi factum est, quando in omnem terram exiit sonus apostolorum, & in fines orbis terrae uerba eorum, quotidie implentur in credentibus, & ad perfectum complebitur, quando corruptum hoc in mundum fuerit incorruptum, & mortale istud fuerit immortale uesitum. Quod autem infertur: Et uidi uisionem secundum speciem quam uideram, quando uenit ut disperderet ciuitatem, pro quo Lxx. transtulerunt: quando ingressus sum ut ungerem ciuitatem, cum iuxta Hebraicum perspicuum sit, iuxta Lxx. plurimam obscuritatem habet, quomodo Ezechiel ingressus sit ut ungeret ciuitatem: ad cuius prophetiam confirmationemque ceciderit: nisi forte illud dicamus, quod correptio prophetae sit unctio ciuitatis, & unctio olei exultationis sacerdotalis & regis

ET eduxit me ad portam quae respiciebat ad uiam orientalem, & mensus est eam undique per circuitum, siue similitudinem domus. Per quod demonstrat, non ipsam domum, sed similitudinem domus esse quae cernit, quia nunc per speculum uidemus in aenigmate: cum autem uenerit quod perfectum est, tunc quod ex parte est, destruet. Unde & Moyses in tabernaculo, & Salomon in aedificio, non ueritate tentorium & templi, sed similitudinem figuram fecerunt, ut per haec quae minora sunt & terrena, ea quae in caelestibus & in spirituali aedificio sunt, intelligere possimus. Vir autem qui propheta eduxerat, nequaquam in atrium exterius, sed per uiam portae quae respiciebat ad uiam orientalem, primum mensus est contra uentum orientalem, id est, ad orientalem plagam quingentos calamos per gyrum: secundum ad aquilonem, tertium ad austrum: quartum ad mare, id est, ad occidentem, per quatuor uidelicet uentos, murum in circuitu, tam in longitudine, quam in latitudine, hoc est, per quadratum, qui murus simul habebat duo millia calamos. Sin autem calamus sex cubitorum erat, & per cubitum uno, qui per cubitum sex pars cubiti est: perspicuum est murum exteriorem habuisse per circuitum calamos duo millia, qui faciunt cubitos duodecim millia, trecentos, trigintatres, & trientem de duobus millibus. Prudens lector & diligens legat librum Iesu Naue, & inueniet quod in suburbanis haec mensura fuerit. Unde & legio demonum, hunc numerum elegit in suffocatione porcorum, ut qui seruientibus deo, praeposito domini separatus est, in contraria parte referat ad perditionem eorum, qui uiam coeno dignam, & foribus caelestium. Omnis autem murus qui est exterior, & habet spaciosissimam longitudinem & latitudinem per quadratum apostolorum continet numerum, id est, duodecim millium, ut singulis apostolis millenus numerus deputet, & tunc ad mensuram plenitudinis Christi, & perfecti uiri non ueniat, nisi iugatur ei & per cubitum, qui trescenti, triginta, & tres cubiti sunt, & cubiti tertia pars, per quae sanctae & uenerabilis trinitatis mysterium demonstrat, quae cingit & uallat omnia, & habitatores templi sui praestat tuissimos. Unde trecentorum cubitorum arca Noe habet longitudinem, & triginta cubitorum altitudinem, quae consummatum in uno cubito. Quod autem ibi adduntur quinquaginta cubiti in latitudine, remissionis (ut saepe diximus) significat sacramentum. Unde & dominus triginta annorum uenit ad baptismum, & hic ipse propheta in principio uoluminis sui annum ponit tricesimum, qui trecentissimus & tricesimus numerus tribus additis & tertia parte complectitur. Illud autem quod per simplicitatem interpretationis, dum paru attendimus caeleritate dicendi, & Lxx. habet & nostra translatio: murum eius undique per circuitum longitudine quingentorum cubitorum, & latitudine quingentorum cubitorum, Hebraeus sermo non continet, sed simpliciter, longitudinem quingentorum, & latitudinem quingentorum, ut subaudiatur, calamorum: sicuti quartum supra dictum est, ad orientalem uentum, & ad aquilonem, & ad austrum, & ad mare quingentis calamis, murum partium singulorum ab eo qui tenebat calamum fuisse dimensum. Quingentissimus autem numerus qui uicinus est quinquagenario, quod ad remissionem pertinet omnium peccatorum, non solum uetus

A regis: quod qui libeter receperint, & audire uoluerint, efficiantur uncti dñi, de quibus scriptum est: Nolite tan- gere Christos meos, & in prophetis meis nolite malignari. Ille autem potest iuxta Anagogē, uñgere ciuitatē, de qua scriptum: Gloriosa dicta sunt de te ciuitas dei, qui uidit uisionē curru

& mysteriorum dei, quā intuitus est Ezechiel sup fluiū Chobar, q on^o pōdusq; significat. Quid em graui^o fluminib; Babylonis, super quæ

Psal. 136. d David sedit & fleuit cū recordaretur Sion? De quibus scriptum est: Præterit em figura huius mundi. Nihilq; puto i seculi huius cōfusione esse per-

petuū, sed oia præterire & fluere. Quæ q cōsiderauerit, caderet super facie suā, intel- ligens q; procul sit à maiestate dei, & flexerit genua ad patre in nomine Iesu Christi. Cūq; ait, ego corruissem, maiestas domini ingressa est tēplū per uiam portæ quæ respiciebat ad orientē: statimq; me eleuauit spiritus, ipse enim tacēs pergere non ualebā, & intro-

duxit me in atriu interius, foris enim ceciderā, & ecce, q pri^o conspexerā gloriam dei Israel uenientem per uia orientalem: uidi repletam gloria domini domū eius, & uocem ad me de domo uentem loquentem ad me. Quæ qd sit loquuta, scriptura non narrat, nisi forte illud Apostoli: Et audiui uerba inef-

fabilia quæ nō licet homini loqui. Vir autē, inq; qui stabat iuxta propheta, dixit ad eum, quē perspicue dominum intelligimus. Cui em alij poterit cōuenire quod sequitur: Fili hominis, loc^o solij mei, & locus uestigiorum pedum meorum, ubi habito in medio filiorum Israel in æ-

ternum: nisi illi qui habitat in ecclesia in medio filiorum Israel cernentium deum, & habitat in

perpetuū, non secundum tempū Salomonis ad tem- pus: Et locus eius est ille, de quo scriptum est: Et factus est in pace locus eius, quæ exuperat omnē sensum: & locus uestigiorū pedū illius apōstolis dicentibus: Adoremus in loco ubi steterunt pedes eius. Et pulchrē dixit,

SEP. eduxit me, & ecce gloria dei Israel ueniebat per uiam orientis, & uox castro- rū, quasi uox geminantium multorū, & terra resplende- bat quasi fulgur à gloria per circuitū, & uisio quam uidi secundum uisionē quam uiderā, quando ingrediebatur ut ungeret ciuitatē. Et uisio curru quā uiderā super fluiū Chobar, cecidiq; in faciem meā. Et gloria dñi ingressa est domū per uiam portæ quæ respiciebat orientē. Et assumpsit me spūs, & introduxit me in atriu interius, & ecce plena gloria dñi domus. Et steti, & ecce uox de domo loquentis ad me, & uir stabat iuxta me, & dixit ad me, uidi fili hominis locū solij mei & locū uestigij pedum meorū: in quibus habitabit nomen meum in medio domus Israel in sempiternū. Et non polluent ultra domus Israel nomen sanctū meum, ipsi & reges eorum in fornicationibus suis, & in ruinis regum suorum & in excelsis, qui fabricati sunt limen suum, iuxta limen meum, & postes suos iuxta postes meos, & polluerūt nomen sanctū meum in abominationib; quas fecerunt propter quod consumpsi eos in ira mea. Nunc ergo repellant procul fornicationem suam, & ruinas regum suorum à me, & ha-

bita- accedat ad corpus & sanguinem dñi. Et ut grauius face-

ret

A ret quod dicebat, sequentē iungit uersiculum: Et murus erat inter me & eos: ut sacerdotalia sacrificia & loca sacra- mentorū corporis & sanguinis Christi, breuissimi murus diuideret. Et polluerunt, inquit, nomen sanctū meum, in abominationibus quas fecerunt. Quid pro-

dest habitatio uici- nia, & medius inter cellulā nostrā & alta- re dñi paries, cum in his quæ secretō facie- mus, & que turpe est etiam dicere, cōtami- netur & polluat no- men dñi? Ego hoc ar- bitror, quod nō pol- luit nomē dñi, nisi ille qui uisus est no- mini eius credere, & illi^o ceteri uocabulo. Et quō tollit mēbra Christi, & facit mem- bra meretricis, qui prius Christo credi- dit, sic ille polluit no- mē dei, qui prius no- minis eius fidem sus- cepit. Alioq; Eth- nicus & ludæus cum sint polluti & cōtami- nati, imō cōtamina- tio ipsa atq; pollutio nomen dei polluere & contaminare non possūt, quod illi pol- luit, ad quos dicit: Nomen meū per uos blasphematur in geni- bus. Propter has igitur causas cōsumpsi

eos in ira mea, quia hæc fecere quæ diximus. Et tamen clemens dominus rursum propheta præcipit, ut iubeat eis procal à se remouere fornicationes pristinas, & rui- nas regum suorum ac principum derelinquere, & res- pellere non tam à se, quā à deo, & boni operis statim præmia pollicetur dicens: Et habitabo in medio co- rum, de quo & in euangelio dicitur: Medius inter uos stat quem uos nescitis, & habitabit non paruo tempo- re, ut in synagoga, sed in perpetuum, quod in Christi ec- clesia comprobatur. ² ¶ Tu autem fili hominis ostende do- miui Israel templum, & confundantur ab iniquitatibus, etc. Non parui operis est, quod oculis carnis uel mente conspe- xeris audientibus demonstrare, ut & ipse tecum uidisse uideatur. Quamobrem scribit & Iosephus, eos qui ad describendam terrā missi sunt ab Iesu filio Naue, fuisse ³ *geometras*, & artem quæ nunc philosophorum propria est, habuisse geometria. Domui igitur Israel, eorum qui animo conspiciunt deum, ostenditur domus, hoc est, templum quod Ezechiel situm in monte conspexit, & non solum in monte, sed sicut nunc dicitur in summi- tate montis, quam nequaquam illā putemus, quæ à Sa- lomone constructa narratur in Regum & in Parallipo- menon libris. Illa enim alterius ordinis atque mensuræ est, & in singulis magnam habet diuersitatem, tanq; inferior templo quod nunc ostenditur Ezechieli, ut nō solum cultores eius & aditui, sed & ipse fabricator eius Salomon peccauerit, & offenderit deum, licet postea e- gerit poenitentiam, scribens Prouerbia in quibus ait: Nouissimè ego egi poenitentiam, & respexi ut elige- rem disciplinam. Ista autem quæ Ezechieli & per Eze-

chielem domui Israel ostendit, talis est, ut qui eam me- te cōspexerit, cesset ab iniquitatibus suis: non quibus- dam, sed omnibus: siue ut in Hebraico continetur: con- fundatur & sustineat tormentū suū pro omnibus quæ fecerit. Sustinet autem tormentū iniquitatum suarum,

qui cessat præterita facere peccata: mul- tūq; pdest ei q ante peccauerit uidere do- mū dei, & ois fabri- cæ eius nosse rōnem, ut & peccare desistat & habens illius desi- deriū, dicat ad dñm: Dñe, dilexi decorem dom^o tuæ, & locum habitationis gloriæ tuæ. Et iterū: Vnum petiui à dño, hoc re- quita, ut in habuē in domo domini omni- bus dieb^o uitæ meæ, cum coepero uiuere & esse cum Christo, qui est uita credentiū. Sequitur: Exit^o eius & introit^o, subaudi^o domus. Exitus autē eorum qui egressi sunt, & introitus eorū qui per magistro- rum disciplinā ad in- teriora penetrant. Et omnē, inquit, descri- ptionē eius, siue sub- stantiā eius, ut Lxx. transferūt, quæ nō tam ad naturam do-

mus, q; ad supellestilē pertinet atq; diuitias. Et uniuersa præcepta, cunctūq; ordinem, & omnes leges tem- pli ostendes eis, qui portauerunt tormentum iniquita- tum suarum, & cessauerunt, siue confusi sunt super his quæ antè gesserant. Idcirco autem ostende eis, ut custo- dianc omnia quæ præcepta sunt. Nihil enim prodest se- re descriptionē domus & omnes distributiones eius, de quibus scriptum est: Multa mansiones apud patrem meum: Et iterum: Statuit terminos gentium secundum numerum filiorum Israel, siue angelorum dei, nisi feceris quæ præcepta sunt. Domus autem & lex omnium præceptorum dei, & urbs quæ in summitate montis est constituta, illa credenda est, de qua scriptum est: Non potest ciuitas abscondi super montem posita. Et Flumi- nis impetus latificat ciuitatem dei: Quæ perspicue refer- tur ad ecclesiam, & sita est in eo monte qui in uertice o- manium montium est, & à quo uulneratus est princeps Tyri, omnesq; fines & terminus domus huius, sancta sanctorum sunt. In illa domo, hoc est, in tabernaculo quod fabricatus est Moyses, & in templo quod à Salo- mone constructum est: interiora tantū ubi erant Cherubim & propiciatoriū & arca testamenti & mensa thy- miamatis, appellabantur sancta sanctorum. In hac au- tem domo quæ monstratur Ezechieli, & quæ in sum- mitate montis est constituta, omnes termini eius repri- tantur in sancta sanctorū. Quodq; insertur: Hæc est lex domus, uel ad præterita pertinet, de quibus iam dictū est, uel ad ea quæ dicenda sunt postea. ^b ¶ Iste mensura altaris in cubito uerissimo qui habebat cubitum, etc. Scriptū est Rom. 1. d. Abyssum & sapientiā quis inuestigabit? Et: O pfundū sapien-

sapient-

A sapientia & scientia dei, cuius alta profunditas, & quis inueniet eam? Multum est si uoluerimus templum Salomonis huic templo & omnes partes eius & tabernacula comparare. Quod quia difficillimum est, interim in presentia rui altare quod Ezechiel ostensum est: altari quod in Exo

Exodi 23.4

do legitur, ex parte modica cōferamus. Ibi altare quinq; cubitorum in longitudine, & quinq; cubitorum in latitudine, id est, quadrangulum, & triū cubitorum in altitudine describit: hic uerò recedens a sensu, quinq; tendit ad unionem, in qua cubitus perfectus siue uersissimus ponit, cui iungitur palmus, id est, *παλαστή*, sexta ut supra dixim⁹ habes partem cubiti. In sinu autem eius, hoc est, altaris, erat cubitus, qui scilicet ea que igne cōsumebantur suscipiebat, & in latitudine eius alius cubitus: ut & interiora, hoc est, secreta, & spacia altaris que in latitudine demonstrant, uno cubito finitūtur. Quod

B

autem sequitur: Et definitio usque ad labium eius: pro quo Aquila, Symmach⁹, & Theodotus posuerunt terminum: Lxx. rursum *ἕως* interpretati sunt. Cuius uerbi ut ante iam dixi, nō possum scire rationem, nec cuius linguam sit dicere cōsiderent, nisi hoc

decim: atq; ita in diem expugnationis suę Iudaei implerunt hebdomadas septuaginta praedictas a Daniele. Hebraei quid de hoc loco sentiāt breui sermone perscrutemur, si eum dīctorū his a quib. dicta sunt derelinquētes. Dicamus igitur *מלך פאראן*, ut sensus manifestior fiat. O Daniel, scito qd̄ a die hac qua tibi nunc loquor: erat autē annus primus Darij, qui occidit Balthasar, & regnū Chaldaeorū in Persas Medosq; transtulit, usq; ad septuagesimā annorum hebdomadā, hoc est, annos quadringentos nonaginta, hęc populo tuo per partes accidēt. Primum propinquet tibi deus, quā nunc magnopere deprecaris & delebitur tibi peccatū, & finem accipiet prauaricatio. Nūc enim urbe deserta & templo usq; ad fundamenta destrūctū, in Iudaeā est populus cōstitutus: sed non post grande tempus instaurabit. Et non solum hoc fiet in his septuaginta hebdomadibus, ut aedificet ciuitas, & templum instaurēt, sed nascet Christus, id est, iusticia sempiterna. Et signabit uisio & prophetia: ut ne quaquā propheta inueniat in Israel & unguat sanctos sanctorum. De quo in paschato legimus: Propterea unxit te deus, deus tuus cū locutus prā conforib. tuis. Quā & in alio loco dicit de se: Sancti estote, quia & ego sanctus sum. Scito igitur quoniam a die qua tibi nunc loquor & dei sermone promitto: qd̄ reuertat populus & Hierusalem instaurēt, usq; ad Christum dūcē & perpetuā desolationē tēpli, hebdomadae numerentur sexagintaduę necnon & alia septem hebdomadae, in quibus iuxta ordinē suū dua res fient, de quibus & antē iam dixit, qd̄ reuertatur populus & aedificet platea & Naemia & Bēda. In fine ergo hebdomadarū complebitur dei sententia in angustia temporū, quando rursum destruet templum & capietur ciuitas. Nam post sexagintaduās hebdomadas occidet Christus: & non erit eius populus qui eum negaturus est, siue ut illi dicit, non erit illius imperium quod putabat se redempturū. Et qd̄ dico de Christo occidendo & populo penitus deserendo auxilio dei: cū ciuitatē & sanctuariū dissipaturus sit populus Romanus cum duce uerturo Vespasiano. Quo mortuo transiatis septem hebdomadis, id est, annis quadringentouem, Aelius Hadrianus, a quo postea de ruinis Hierusalē urbs Aelia condita est, rebellantes Iudaeos, Timo Rufso magistro exercitus pugnare, superauit. Et tunc deficiet hostia & sacrificiū: & usq; ad consummationē mundi & finē perseuerabit desolatio. Nec nos, inquit, moueat qd̄ primū numerentur septē hebdomadae, & postea sexagintaduā: & rursum una, quā in duas partes diuiditur. Est enim hoc idiomā sermonis Hebraici, & antiquorū sermonis Latini, ut ante minore numerum supputent, & postea maiorē. Verbi gratia, nos iuxta proprietatem linguę nostrae nunc dicimus: Abraham uixit annis centum septuaginta quinque: illi econtrariō loquentur: Vixit Abraham annis quinque & septuaginta & centum. Non igitur ut legitur ita impletur, sed ut totū pariter supputetur, ita finem accipit. Nec ignoramus quodam illorū dicere, quod una hebdomada, de qua scriptū est: Cōfirmabit pactum multis hebdomada una, diuidatur in Vespasiano & in Hadriano: qd̄ iuxta historiam Iosephi Vespasianus & Titus trib. annis & sex mensibus pacem cum Iudęis fecerunt. Tres autē anni & sex mensēs sub Hadriano supputantur, quando Hierusalem omnino subuersa est, & Iudaeorū gens cateruatum caesa: ita ut Iudaei quoq; sinibus pellerentur. Hęc loquuntur Hebraei, nō magnopere curantes a primo anno Darij regis Persarum, usq; ad extremam subuersionē Hierusalem, quā sub Hadriano eis accidit, supputari Olympiades tantum septuaginta quatuor, id est, annos trecentos nonaginta sex, qui faciunt hebdomadas Hebraicas nonaginta nouem & annos tres, quando Cochebas dux Iudaeorum oppressus est, & Hierusalē usq; ad solū diruta est.

Anno tertio Cyri regis Persarum, etc.] Et quod in fine prima legimus uisionis: Fuit autem Daniel usque ad annum primum Cyri regis: Fuisse ergo eum apud Chaldaeos in pristina dignitate purpura byssoque uestitum, usque ad annum primum Cyri regis intelligimus, quando subuertit Chaldaeos: & postea cepit esse cum Dario filio Assueri de semine Medorum, qui imperauit super regnum Chaldaeorum, aut certe iam Dario mortuo, cuius anno primo septuaginta hebdomadarum sacramenta cognouerunt: nunc tertio anno regis Cyri haec uidisse narrat. Et uerum uerbum & fortitudo magna. Sicut dei, qui facturus est: hinc propheta, qui haec intelleturus est. **¶** In die illis ego Daniel iug.] Hoc docemur exemplo tempore ieiunij a cibis delicatioribus abstinere. **¶** Ego uero nunc dicit panem desiderabilem, nec carnem comedere, nec uinum bibere. Insuper & unguenta non querere. Qui mos apud Persas & Indos hodie quoque seruat, ut pro balneis utant unguentis. Tres autem iungit hebdomadas aspidem animam suam: ne transitoria & fortuita uideat deprecationem. Secundum anagogem uero hoc dicendum est, quod qui in lucis est & spiritus iugiter absentiam, non comedit panem desiderabilem qui de coelo descendit, neque solum dum capit cibum, qui intelligitur in carne, nec bibit uinum, quod laetificat cor hominis, nec exhilarat faciem in oleo, iuxta illud quod in psalms legimus: Ut exhilaret faciem in oleo. Hoc autem ieiunium impetrabile facit lacrymas, quando sponsum fuerit ablatum ab ea. Recte quoque Daniel audeat dominum deprecari: quia iam ex parte primo anno regis Cyri, Iudaeorum fuerat laxata captiuitas. **¶** Die autem uicesima quarta mensis primi, etc.] Et Ezechiel iuxta fluitum Chobar uidit uisionem magnam. Et domino saluatori & Baptistae Ioanni super fluenta Iordanis aperitur caeli. Unde eorum deliramenta contumescant, qui umbras & imagines in ueritate querentes, ipsam conantur euertere ueritatem, ut flumina & arbores & paradysum putent allegoriae legibus se debere subtrahere. **¶** Et leuauit oculos meos, etc.] Eleuatione opus est oculorum, ut uisionem mysticam cernere ualeamus. **¶** Et ecce uir unus uestitus lineis.] Pro lineis quod interpretatus est Aquila: Theodotio *Sadich* posuit: Septuaginta, bysina: Symmachus *egypcia*, id est,

est, praecipua. Pro eo autem quod nos iuxta Hebraicum uertimus, ecce uir: Symmachus posuit, quasi uir: non enim uir erat, sed uiri habebat similitudinem. **¶** Et renes eius accincti auro obryzo.] Pro quo in Hebraeo legitur, *וְרֵנָיו* quod Aquila ita interpretatus est: Et lumbi eius accincti erant colore *obryzo*. **¶** Et corpus eius quasi chrysolitus, etc. De quibus in explanatione Ezechielis plenius interpretatum sumus, nunc de chrysolito pauca dicam. Pro chrysolito quod uerbum est de duodecim lapidibus, qui ponitur in logio pontificis, in Hebraeo habet Tharsis: quod Theodotio & Symmachus eodem uerbo interpretati sunt Tharsis: Septuaginta uero mare appellauerunt, iuxta illud quod in psalmo legitur: In spiritu uolente constringes naues Tharsis, id est, maris. Et Ionas fugere cupiebat non in Tharsim urbem Ciliciae, ut plerique aestimant, hanc ponentes pro littera, uel India regionem, ut putat Iosephus, sed absolutum in pelagus. **¶** Et ecce manus tetigit me, etc.] Et Paulus apostolus simile quid in actibus apostolorum passus est, ut ceteris non cernentibus uisionem, solus aspiceret. **¶** Et ecce manus tetigit me, etc.] In hominis figura uideatur angelus, & humana nam ad prophetiam centem mittit manum, ut sui generis corpus aspiciens nequaquam pauat. **¶** Et dixit ad me, Daniel, etc.] Congruenter uir desideriorum uocatur, qui instantia precum & afflictione corporis, ieiuniorumque duricia cupit scire uentura, & dei secreta cognoscere. Pro uero desideriorum, Symmachus interpretatus est uirum desiderabilem. Omnis enim sanctus habens in se animam pulchritudinem, amatur a domino. **¶** Et dixit ad me: Noli metuere Daniel, quia ex die primo quo posuisti, etc.] Vicesima quarta die mensis primi, id est Nisan, expletis tribus hebdomadibus, hoc est uiginti diebus & uno, cernit hanc uisionem, & audit ab angelo, quod ex die primo quo orare coepit, & affligere se in conspectu dei, exaudita sunt uerba eius. Quae ritur, si statim exauditus est, cur non statim ad eum missus sit angelus. Data est ei per modum occasio amplius deum deprecandi, ut ex eo quod plus desiderat per laborem, plus audire mereatur. Quod autem ait: Et ego ingressus sum ad uerba tua: hunc habet sensum: Postquam tu coepisti bonis operibus & lacrymis atque ieiunio

CAPVT X.

Anno tertio Cyri regis Persarum uerbum reuelatum est Danieli, cognomento Balthasar, & uerbum uerum & fortitudo magna, intellexitque sermonem. Intellecta enim est opus in uisione. In diebus illis ego Daniel iugebam trium hebdomadarum diebus, panem desiderabilem non comedi, & caro & uinum non introierunt in os meum, sed neque unguento unctus sum donec complerentur trium hebdomadarum dies. Die autem uicesima & quarta mensis primi, eram iuxta fluiuium magnum, qui est Tigris. Et leuauit oculos meos, & uidi. Et ecce uir unus uestitus lineis. Et renes eius accincti auro obryzo. Et corpus eius quasi chrysolitus, & facies eius uelut species fulguris, & oculi eius ut lampas ardens, & brachia eius, & quae deorsum sunt usque ad pedes quasi species aeris candentis, & uox sermonum eius ut uox multitudinis. Vidi autem ego Daniel solus uisionem, porro uiri qui erant mecum non uiderunt, sed terror nimis irrui super eos, & fugerunt in absconditum. Ego autem relictus solus uidi uisionem grandem hanc, & non remansit in me fortitudo, sed & species mea immutata est in me, & emarcui: ne habui quicquam uirium. Et audiui uocem sermonum eius, & audiens iacebam consternatus super faciem meam, & uultus meus haerebat terrae. Et ecce manus tetigit me, & erexit me super genua mea & super articulos manuum mearum. Et dixit ad me: Daniel uir desideriorum, intellige uerba quae ego loquor ad te, & sta in gradu tuo: nunc enim sum missus ad te. Cumque dixisset ad me sermonem istum, steti tremens. Et dixit ad me: Noli metuere Daniel, quia ex die primo quo posuisti cor tuum ad intelligendum ut te affligeres in conspectu dei tui, exaudita sunt uerba tua: & ego

ingressus sum ad uerba tua. Princeps autem regni Persarum restitit mihi uiginti & uno diebus. Et ecce Michael unus de principibus primus uenit in adiutorium mihi. Et ego remansi tibi iuxta regem Persarum. Veni autem ut docerem te quae uentura sunt populo tuo in nouissimis diebus: quoniam adhuc uisio in diebus. Cumque loqueretur mihi huiusmodi uerbis, deieci uultum meum ad terram & tacui. Et ecce quasi similitudo filij hominis tetigit labia mea, & aperiens os meum loquutus sum, & dixi ad eum qui stabat contra me: Domine mi, in uisione tua dissolutae sunt compages meae, & nihil in me remansit uirium, & quomodo poterit seruus domini mei loqui cum domino meo? Nihil enim in me remansit uirium, sed & halitus meus intercluditur. Rursum ergo tetigit me quasi uisio hominis, & confortauit me et dixit: Noli timere uir desideriorum, pax tibi. Confortare, & esto robustus. Cumque loqueretur mecum, conualui, & dixi: Loquere domine mi, quia confortasti me. Et ait: Numquid scis quare uenerim ad te? Et nunc reuertar ut praeliter aduersum principem Persarum. Cum enim egrederer, apparuit princeps Graecorum ingrediens. Veruntamen annuncio tibi quod expressum est in scriptura ueritatis. Et nemo est adiutor meus in omnibus his, nisi Michael princeps uester.

Aleuano dei inuocare misericordiam, & ego accepi occasionem ut ingrederer in conspectu dei, & orarem pro te. **¶** Princeps autem regni Persarum, etc.] Videtur mihi hic esse angelus cui Persis credita est, iuxta illud quod in Deuteronomio legitur: Quando diuidebat altissimus gentes, & disseminabat filios Adam, stetit terminus gentium iuxta numerum angelorum dei. Isti sunt principes de quibus & Paulus apostolus loquitur: Sapientiam loquimur inter perfectos, quam nullus principum seculi huius cognouit. Si enim cognouissent, nunquam domini gloria crucifixi essent. Restitit autem princeps, id est, angelus Persarum, factus pro credita sibi prouincia, ne captiuorum omnis populus dimitteretur. Et fortitan cum prima die ex quo posuit cor suum propheta ad intelligendum, exaudiret se a deo: idcirco non statim missus est angelus qui ei dei indultum nunciaret, quia uiginti & uno diebus restitit ei princeps Persarum, enumerans peccata populi Iudaeorum, quod iuste tenebant captiui, & dimittit non deberet. **¶** Et ecce Michael unus, etc.] Resistente Persarum angelo precebat tuis & meae legationi qui orationes tuas deo offerrebam, uenit in adiutorium mihi angelus Michael, qui praestitit populo Israel. Principes autem primos, archangelos intelligimus. **¶** Et ego remansi tibi iuxta regem Persarum.] Regem Persarum angelum, id est, principem uocant: & ostendit quod iuxta Michaelem sit paululum moratus, qui contra principem Persarum loquebatur. **¶** Veni autem ut docerem te quae uentura sunt populo tuo in nouissimis diebus, quoniam adhuc uisio in diebus, etc.] Quod Daniel deprecatus est, hoc a deo meretur audire, quid futurum sit populo Israel: non in uicino tempore, sed in nouissimis diebus, id est, in consummatione seculi. Domine mi, in uisione tua conuersa sunt interiora mea in me. Sic Theodotio interpretatus est, iuxta illud quod in centesimo secundo psalmo legitur: Benedic anima mea domino, & omnia interiora mea nomen sanctum eius. Prius enim quam uisionem dei uidere mereamur, interiora nostra foras aspiciunt: cum autem uiderimus uisionem dei, conuertentur in nos interiora nostra, & toti in illis sumus. De quibus & in alio loco scribitur: Omnis gloria eius filia regum ab intus in fimbrijs aureis. **¶** Cumque loqueretur mecum, conualui, etc.] Loquere, etc.] Nisi enim confortasset eum tactus quasi filij hominis, & pauor recessisset ex corde, sacramenta dei audire non poterat, & idcirco nunc ait: Quia confortasti me, loquere domine. Tu enim fecisti ut possem & audire & sentire quae loqueris. **¶** Et ait: Numquid scis quare uenerim ad te? Et nunc reuertar ut praeliter aduersum principem Persarum.]

Ego autem ab anno primo Darij Medj stabam, ut rim ad te? Et nunc reuertar ut praeliter aduersum principem Persarum.] Quod dicit hoc est: Veni quidem ut docerem te exauditas preces tuas, sed reuerturus sum rursus, ut pugnem contra principem Persarum in conspectu dei, qui non uult populum tuum de captiuitate laxari. **¶** Cum enim egrederer, apparuit princeps Graecorum ingrediens.] Ego, inquit, egre diebar de conspectu dei ut tibi nunciarem quae uentura sunt populo tuo in nouissimis diebus: licet adhuc non sim securus, stante Persarum principe, & contradicente uispectione magi legationis: Haec princeps Graecorum, id est, Macedonum uenit bat & ingressus est in conspectu dei, ut excusaret Persarum principem atque Medorum, ut in locum eorum regnum Macedonum succederet. Et reuertamira sacramenta dei. Laxato enim de captiuitate populo Iudaeorum, Persarum regnum atque Medorum, interfecto Dario subuertit Alexander rex Macedonum, & princeps Graecorum uicit principem Persarum. **¶** Veruntamen annuncio tibi quod expressum est in scriptura ueritatis.] Et nemo est adiutor meus in omnibus his, nisi Michael princeps uester. **¶** Cap. XI. **E**go autem ab anno primo Darij Medj stabam, ut

minum, & me offerere orationes tuas, stat e regione princeps Persarum: & non uult populum tuum de captiuitate laxari. Ego autem quia uenit princeps Graecorum, & interim pugnat contra principem Persarum, habens illic Michaelem in adiutorium, donec illi inter se dimicant, referam tibi quae deus mihi futura praedixerit, & tibi narranda praeeperit. Nulli quod oras scripulis quare pro principe Macedonum, principem Graecorum dixerit, hoc est, Alexander enim rex Macedonum primum subuersa Graecia & subiecta potestati suae, in Persas arma corripuit. **¶** Et nemo est adiutor meus in omnibus his, etc.] Ego sum, inquit, angelus ille qui offero deo orationes tuas: & nullus est alius qui adiutor meus sit rogandi pro uobis deum, nisi Michael archangelus, cui creditus est populus Iudaeorum. Et interim hoc tempore ego & princeps Graecorum communi labore aduersum Persarum principem dimicamus. Reuolucenda sunt ueteres historiae, & consideranda: ne forte illud tempus significet, quando Persae a Graecis uicti sunt. Iuxta editionem uulgatam usque ad finem libri una putat uisio, quae anno tertio Cyri regis Persarum apparuit Danieli. Porro iuxta Hebraicam ueritatem, separata sunt quae sequuntur, & scripta ordine praeposito. De cuius causis supra diximus. Non enim sub Cyri anno tertio: sed sub Darij primo, qui subuertit Balthasar, narrantur ista quae scripta sunt.

CAP. XI.

Ego autem ab anno primo Darij Medj stabam, ut confortaretur & roboraretur, etc.] Ego, inquit Daniel, ab anno

psal. 103. b

Matth. 3. d

u. 7. 7. 4. b

psal. 74. b

101. 1. a

D

A. 21. a

psal. 44. c

A anno primo regis Darij qui subuerit Chaldaeos: & me
 de manu inimicorū quantum in se fuit, liberauit, ob cu
 stodiam meam etiam lacū leonum suo signās anulō, ne
 me aduersarij interficerent: stabam in conspectu dei, &
 rogabā eius clementiam pro eo qui me diligebat, ut cō
 fortaret, uel ipse uel
 regnū ei⁹ & roborar
 retur. Cumq; in ora
 tione persistere, hęc
 dñō respōdente co
 gnoui. cōsuetudinīs
 autē, pphetarū est re
 pēte, personas intro
 ducere sine ulla prę
 fatione uerborū: ut
 est illud in psalmo,
 xxxj. cū em̄ rogaf
 set dñm propheta,
 & dixisset: Tu es resu
 gium meū à tribula
 tione mea quę circū
 dedit me: exultatio
 mea, erue me à circū
 dantibus me: repēte
 persona dei introducit respondētis: In intellectum tibi
 dabo, & instrua te in uia hac qua gradieris, firmabo su
 per te oculos meos. Ergo & nunc narrante propheta,
 ab anno primo Darij Medi, stabam & deprecabar ut
 confortaretur & roboraretur eius imperium, Deus re
 pēte respondit. ¶ Et nunc ueritatem annūciabo, etc.]
 Hęc q; sensus: Quia uis nosse de Persarum regibus quā
 futurum sit, audi ordinē rerum, & ausculta quod quę
 ris. ¶ Et ecce tres adhuc reges stabunt, etc.] Quatuor re
 ges post Cyrum dicit in Perside resurrecturos, Camby
 sen filium Cyri, & Smerdem magnū, qui Pantapten fi
 liam Cambyse duxit uxore. Qui cū a septem magis
 fuisset occisus, & in locum eius Darius suscepisset impe
 rium, eadem Pantaptes nupsit Dario, & ex eo Xersem
 genuit filium, qui potentissimus rex & ditissimus, ad
 uersum Gręciam innumerabilem duxit exercitum, &
 ea gessit quę Gręcorum narrat historia. Succendit
 enim Athenas sub principe Callia, bellumq; eo tempo
 re gestum est in Thermopylis, & apud Salaminam na
 uale certamen, quando Sophocles & Euripides clari
 habebantur: & Themistocles in Persas fugiens, hausto
 tauri sanguine perijt. Frustra igitur quidam Darium re
 gem quartum, qui ab Alexandro superatus est, scribit:
 qui non quartus, sed quartusdecimus post Cyrum Per
 sarum rex fuit, quem septimo imperij sui anno & super
 rauit & occidit Alexander. Et notandum quod quatuor
 post Cyrum regibus Persarum enumeratis, nouē prę
 terierit & transierit ad Alexandrum. Non enim curę
 fuit spiritui prophetae historię ordinem sequi, sed prę
 clara quęq; perstringere. ¶ Surget uerō rex fortis, etc.]
 Persicus de Magno Alexandro rege Macedonum lo
 quitur: qui Philippi filius fuit: hic enim Illyricis Thra
 cibusq; superatis, uicta Gręcia, Thebisq; subuerfis,
 transiit in Asiam, & fugatis Darij ducibus, urbem Sar
 dis cepit: posteaq; capta India, & urbe Alexandria con
 dita, cum triginta & duos annos haberet annos, & duo
 decimum imperij annum, in Babylone ueneno perijt.
 ¶ Et diuidetur, etc.] Post Alexandrum in quatuor uen
 rōs coeli, Orientem uidelicet & Occidentem, Meridiem
 & Septentrionem, regnū illius diuisum est. In Aegy
 pto enim primus regnauit Ptolemæus Lagi filius, id est,
 ad Meridiem. In Macedonia Philippus, qui Arideus
 frater Alexandri, id est, ad Occidentem. Syria & Ba
 bylonis & superiorum locorum, Seleucus Nicanor,
 id est, ad Orientem, Asia & Ponti ceterarumq; in ipsa

plaga prouinciarū Antigonus, id est, ad Septentrionē. C
 Hęc secundū totius orbis plagas dicimus. Ceterū qui
 in Iudęa est, ad Aquilonē Syriam, & ad Meridiē Aegy
 ptum habet. Quod autē ait: Sed nō in posteros eius: hoc
 significat, quod liberos nō habuerit: sed regnū ipsius
 i alienos lacrauit: sicut
 excepto fratre Philip
 po q Macedonas te
 nuit. Neq; secundum
 potentia illi⁹ qua do
 minat⁹ est. Diuisum
 enim i quatuor par
 tes regnū imbecill⁹
 fuit: dū aduersum se
 dimicāt, & intestino
 furore bacchantur.
 ¶ Lacerabitur enim,
 etc.] Pręter regna
 quatuor Macedonię
 Asia, Syria, Aegypti
 etiā in alios obscuri
 ores & minores re
 ges Macedonum re
 gnū lacrauit est. Si
 gnificat autē Perdicā & Crateron, & Lyfimachū. Nā Cap
 padocia, & Armenia, Bithynia, & Heracilia, Bosphor⁹ q;
 & alia prouincia de potestate Macedonū recedētes, di
 uersos sibi reges cōstituerunt. ¶ Et confortabitur rex Aus
 tri.] Ptolemæū indicat filiū Lagi, qui primus regnauit
 in Aegypto: & uir prudentissimus fortissimusq; ac di
 tissimus fuit, & tanta potētia, ut Pyrrhum regē Epi
 rotarū expulsū restitueret in regnū, Cyrumq; obtinuerit
 & Phoenicem: uictō Demetrio filio Antigoni, Seleu
 co regni sui partē, quę ab Antigono fuerat ablata, resti
 tuerit: Caria quoq; obtineret, & multas insulas urbesq;
 & regiones: de quibus nō est huius temporis scribere.
 Idcirco autē cetera regna dimittens, Macedonia uideli
 cet & Asia tantū de Aegypto & Syria narrat regibus:
 quia in medio Iudęa posita, nunc ab illis, nunc ab istis
 regibus tenebatur. Et scriptura sancta propositum est,
 non externam absq; Iudæis historiam texere, sed eam
 quę Israeli populo copulata est. ¶ Et de principibus eius
 pręualebit, etc.] Iste est Ptolemæus Philadelphus, secū
 dus rex Aegypti, filius Ptolemæi superioris: sub quo Lxx.
 interpretes Alexandrię scripturam sanctam in Gręcum
 dicuntur uerisse sermonem: qui & Eleazaro pontifici
 multa Hierosolymā, & in templi donaria uasa transmi
 sit: cuius bibliotheca pręfuit Demetrius Phalerens, idē
 apud Gręcos orator & philosophus, tantaq; potētia
 fuisse narratur, ut Ptolemæum patrem uinceret. Narrāt
 enim historia habuisse eum peditum ducenta millia, e
 quitum uiginti millia, currū uerō duo millia, elephan
 tos quos primus eduxit ex Aethiopia, quadringentos.
 Naues longas quas nunc liburnas uocant, mille quin
 gentas, alias ad cibaria militum deportanda mille: aur
 quoq; & argenti grande pondus, ita ut de Aegypto per
 singulos annos quatuordecim millia, & octingenta ta
 lenta argenti acceperit, & frumenti artabas, quę mensu
 ra tres modios, & tertiam modij partem habet, quin
 quies & decies cētena millia. ¶ Et post finem annorū, etc.]
 Primum Syrię regnauit (ut diximus) Seleucus cogno
 mentō Nicanor. Secundus Antiochus, qui appellatus
 est Soter. Tertius est ipse Antiochus, qui uocabatur Soter,
 id est, deus. Iste aduersus Ptolemæum Philadelphum,
 qui secundus imperabat Aegyptijs, gessit bella q; pluri
 ma: & totis Babyonis atque Orientis uiribus dimica
 uit. Volens itaq; Ptolemæum Philadelphum post multos
 annos molestum finire certamen, filiam suam nomine
 Berenicen, Antiocho uxore dedit: qui de priore uxore
 nomine

A nomine Laodice, habebat duos filios: Seleucū, qui co
 gnominatus est Callinicus, & alterū Antiochum. Dedu
 xitq; eam usq; Pelusium: & infinita auri & argēti millia
 dous nomine dedit. Unde & p̄p̄p̄p̄p̄p̄, id est, dotalis ap
 pellatus est. Antiochus autē Berenicen consortem regni
 habere se dicit, & La
 odicen in cōcubina
 locū, post multū tē
 poris amore supera
 tus, Laodicē cū libe
 ris suis reduxit in re
 giā. Quę metuēs am
 bigui uiri animū, ne
 Berenicē reduceret,
 uirū p̄ ministros ue
 neno interfecit. Bere
 nicē autē cū filio q̄ ex
 Antiocho nat⁹ erat
 Ica didi & Gēno Ant
 iochię principib. oc
 cidendā tradidit: si
 liūq; suū maiore Se
 leucū Callinicū i pa
 tris loco regē cōstit
 uit. Et hoc est quod
 nūc dicit: Post mul
 tos annos Ptolemæ⁹
 Philadelphus & An
 tioch⁹ dōs faciūt ami
 citias: & filia Austri
 regis, hoc est, Ptole
 mæi ueniet ad regē
 aquilonis, i. ad An
 tiochū, ut interpretē
 ac uirū iugat amicit
 ias. Et nō poterit, in
 quit, obtinere, nec se
 mē illius stare in re
 gno Syrię: sed & ipsa
 Berenicē, & q̄ eā ad
 duxerunt, interficient. Rex quoq; Antiochus qui con
 fortabat eā, hoc est, per quē poterat pręualere, ueneno
 uxoribus occisus est. ¶ Et stabit de germine, etc.] Occisa
 Berenicē, & mortuo Ptolemæo Philadelpho patre eius
 in Aegypto, frater illius & ipse Ptolemæus cognomēto
 Euergetes, tertius successit in regnū, de plantatione &
 de germine radicis eius, eo q̄ esset germanus, & uenit
 cum exercitu magno, & ingressus est prouinciam regis
 Aquilonis, id est, Seleuci cognomēto Callinici, qui cū
 matre Laodice regnabat in Syria: & abusus est eis, & ob
 tinuit: intantū ut Syriā caperet & Ciliciā, superioresq;
 partes trans Euphratem, & propemodum uniuersam
 Asiam. Cumq; audisset in Aegypto seditionē moueri,
 diriplens regnum Seleuci, quadraginta millia talento
 rum argentū tulit, & uasa preciosa simulachraq; deorū,
 duo millia quingenta: in quibus erant & illa quę Cam
 byses capta Aegypto in Perlas portauerat. Demq; gens
 Aegyptiorum idololatrię dedita, quia post multos an
 nos deos corū retulerat, Euergeten cum appellauit, &
 Syriam quidem ipse obtinuit, Ciliciam autem amico
 suo Antiocho gubernādā tradidit, & Xanthippo al
 teri duci prouincias trans Euphratem. ¶ Filij autem eius,
 etc.] Post fugam & mortem Seleuci Callinici, duo filij
 eius Seleucus cognomēto Ceraunus, & Antiochus qui
 appellatus est Magnus, prouocati spe uictoriae & ultio
 ne parentis, exercitu cōgregato aduersus Ptolemæum
 Philopatorem arma corripunt. Cumq; Seleucus ma
 ior frater, tertio anno imperij esset occisus in Phrygia
 per dolum Nicanoris & Apaturij: exercitus qui erat in

Syria Antiochū fratrem eius cognomēto Magnū de Ba
 bylone uocauit ad regnum. Et propere eā nunc intert, q̄
 duo quidē filij prouocati sunt: & congregauerūt in ubi
 tudinē exercitū plurimorum. Sed q̄ unus Antiochus
 Magnus uenerit de Babylone in Syriā quę eo tempore
 tenebat a Ptolemæo
 Philopatore filio Eu
 ergetis: q̄ quartus re
 gnauit in Aegypto.
 Cūq; pugnalet ad
 uertum duces eius,
 imō proditiōe Theo
 dotij obtinuit: illi Sy
 riam, quę per succē
 sionē iā a regib. Aeg
 ypti tenebat, in tan
 tā uenit audaciā cō
 tēpta luxuria Philo
 patoris & magicis ar
 tib. q̄ in se uere di
 cebat, ut ultrō Aeg
 yptijs bellū conaret
 inferre. ¶ Et prouoca
 tus rex, etc.] Ptolemæ
 us em̄ cognomēto
 Philopator amilla
 Syria pditiōe Theo
 dotij, cōgregauit plu
 rimā multitudinē: &
 ingressus est aduer
 sus Antiochū Ma
 gnū, quē nūc regē a
 quilonis uocat: iuxta
 sitū Aegypti & Iudęę
 prouincia, idē em̄ lo
 cus pro qualitate re
 gionis, alteri ad Aus
 triū, alteri ad Aquil
 onē situs est. Verū
 gratia: Si deludē dā
 camus, Aegyptijs ad Aquilonē, Syrijs ad Austrum est.
 In eo ergo certamine iuxta oppidum Raphia, quod in
 foribus Aegypti est, omnē Antioch⁹ amillē exercitū: &
 per desertam Iugiens, penē captus est. Cumq; cepisset Sy
 riam, ad extremum federe & quibusdam conditioni
 bus pugna finita est. Et hoc est quod scriptura nunc di
 cit: Desicet uasa millia Ptolemæus Philopator, sed nō
 pręualebit. Aduersarium enim suum capere non po
 tuit. Quodq; sequitur: ¶ Et comertetur rex, etc.] An
 tiochum Magnum significat, qui contempta Ptolemæi
 Philopatoris ignauia, eo q̄ deperiret Agathocleā psal
 tiam, fratremq; eius & ipsum Agathoclen haberet con
 cubinum, quem postea Aegypti ducem constituit, in
 credibilem de superioribus locis Babylonis exercitū
 congregauit. Et Ptolemæo Philopatore mortuo, aduer
 sum filium eius, qui tunc quatuor annorum erat, & uo
 cabat Ptolemæus Soter, rupto federe mouit exerci
 tum. Tanta enim dissolutionis & superbie Agathocles
 fuit, ut subdita prius Aegypto prouincia rebellaret: ip
 saq; Aegyptus seditionibus uexaret, Philippus quoq;
 rex Macedonū & Magnus Antiochus pace facta, aduer
 sum Agathoclen & Ptolemæū Epiphane dimitta: & sub
 hac conditione, ut proximas ciuitates regno suo singū
 li de regno Ptolemæi iungerent. Et hoc est quod nūc di
 cit, multos cōsurgere aduersus regē Austrū, Ptolemæum
 scilicet Epiphane, qui erat a tate pueruli. ¶ Filij quoque
 pręuaricatorū populū, etc.] Pugnantibus cōtra se Magno
 Antiocho & ducibus Ptolemæi, in medio Iudęa posita
 in contraria studia scindebatur: alij Antiocho, alij
 Ptolemæo

A Ptolemao fauentibus. Deniq; Onias sacerdos assumptis Iudaeorum plurimis fugit in Aegyptum, & a Ptolemao honorifice susceptus, accepit eam regionem quae Heliopolis uocabatur, & concedente rege, templum extruxit in Aegypto simile templi Iudaeorum: quod permansit usq; ad imperium Vespasiani, annis ducentis quinquaginta. Ipsa autem urbs quae uocabatur Onias dimicantibus postea aduersus Romanos Iudeis, ad solam usq; deleta est, & neq; urbis neq; templi ullu restat uestigium. Sub occasione igitur Oniae pontificis infinita examina Iudaeorum Aegyptum cofugerunt. Eo tempore & Cyrenegora multitudo ne repleta est, afferebatur em Onias se Elia iam implere uaticinium scribens: Erit altare dnu in Aegypto, & titulus dnu in terminis ei. Et hoc est quod nunc dicit: Filij prauaricatorum populi tui, qui dereliquerunt legem dnu: uolentes in alio loco praeter quod insu erat deo uictimam immolare, extolent in superbia uisionem: hoc est, dnu praecipuum se implere iactabant. Sed corrueat: quia & templum & urbs postea destruentur. Cuius Antiochus teneret Iudaeam, missus Scopas Aetolus, dux Ptolemaei partium, aduersus Antiochum fortiter dimicauit: cepitq; Iudaeam, & opprimates Ptolemaei partium secum abducens, in Aegyptum reuersus est.

¶ Et ueniet rex aquilonis, etc. Antiochus enim uolens Iudaeam recuperare & Syriae urbes plurimas, Scopam ducem Ptolemaei iuxta fontes Iordanis, ubi nunc Paneas condita est, in inito certamine fugauit, & cum decem millibus armatorum obsedit clauum in Sidone. Ob quem liberandum missi Ptolemaeus duces inuictos Eropem, & Menoclem, & Damoxenon. Sed obsidionem soluere non potuit: donec fame superatus Scopas, manus dedit, & nudus cum socijs dimissus est. Quodq; ait: Comportabit aggerem: illud significat, quod praesidium Scopae in arce Hierosolymorum adnitentibus Iudaeis, multo tempore oppugnari, & ceperit alias urbes, quae prius a Ptolemaei partibus tenebantur, Syriae, Ciliciae, & Lyciae. Eo enim tempore captae sunt Aphrodisias & Soloe & Zephyrion & Mallos & Anemurium & Selenus & Coraceum & Coricus & Andriaca & Limyra & Patara & Xanthus: & ad extremum Ephesus, de quibus uniuersis & Graecia & Romana narrat historia. Quodq; intulit: Et stabit in terra inclita, & consumetur, siue perficiet in manu eius. Terram inclitam, siue uel Lxx. interpretati sunt, uoluntatis, hoc est, quae complaceat deo, Iudaeam significat, & proprie Hierusalem, in qua honorifice susceptos eos qui partium Scopae erant persecutus est. Pro terra inclita, quod interpretatus est Aquila, quae nos in hoc loco secuti sumus: Theodotio ipsum Hebraicum uerbum posuit.

¶ Et ponet faciem suam, etc. Hoc est Ptolemaeus: siue illud, hoc est regnum eius. Volens Antiochus non solum Syriam & Ciliciam & Lyciam, & alias prouincias quae Ptolemaei fuerant partium possidere: sed in Aegyptum quoque regnum suum extendere, filiam suam Cleopatram per Euclem Rhodium septimo anno regni adolecentem

despondit Ptolemaeo, & tertio decimo anno tradidit C data ei dotis nomine omni Coele Syria & Iudaea. Filiam autem foeminarum per uocatur, ut est illud poetarum: Sic ore locuta est: Vocemq; his auribus, hausi. ¶ Et non stabit, etc. Neq; enim obtinere potuit Aegyptum, quia

Ptolemaeus Epiphanes, & duces eius sentientes dolu, cautius se egerunt, & Cleopatra magis uiri partes quam patris sinit. Unde uertit se ad Asiam, & nauali certamine aduersum plurimas insulas dimicantibus, cepit Rhodum & Samum & Colophonem & Phocaeam & alias multas insulas. Sed occurrit ei L. Scipio Nafica cum fratre suo P. Scipione Africano, qui Hannibalem uicerat. Cum enim consul Nafica frater Africani hebetioris esset ingenij, & contra regem potentissimum leuatus ei bellum nollet credere, spontanea le-

gatione obtulit Africanus pro fratris iniuria. Victus ergo Antiochus, intra Taurum regnare iussus est, & inde fugit ad Apamiam ac Sulam & ultimas regni sui penetravit urbes. Cumq; aduersum Elmaeos pugnaret, cum omni est delatus exercitu. Et hoc est quod nunc scriptura dicit: quod d multas insulas ceperit, & uincente Romano, regnum Asiae perdidit, & opprobrium eius conuersum sit in caput eius, & ad extremum de Asia fugiens, reuersus sit ad imperium terra suae, & impegerit atque corruerit, & locus eius non sit inuentus. ¶ Et stabit in loco eius uilissimus & indignus, etc. Seleucum dicit cognomento Philopatorem, filium magni Antiochi, qui nihil dignum Syriae & patris gessit imperio, & absq; ullis praesidijs in gloriam perijt. Porro Porphyrius non uult hunc esse Seleucum, sed Ptolemaum Epiphaneum, qui Seleucum sit molitus insidias, & aduersum eum exercitum praeparauit, & idcirco ueneno sit interfectus a ducibus suis. Quod d cum unus ab illo quareret, tantis res moliens, ubi haberet pecuniam: respondit, sibi amicos esse diuitias. Quod d cum diuulgatum esset in populis, timuerunt duces ne auferret eorum substantiam, & idcirco eum maleficus artibus occiderunt. Sed quomodo potest in loco magni Antiochi stare Ptolemaeus, qui hoc omnino non fecit: maxime cum Septuaginta interpretati sunt, & stabit de ra dice eius plantatio: id est, de germine eius & semine, percutiens dignitate imperij: & in paucis diebus conteretur absq; ira & praetor. Hebraei uilissimum & indignum decore regio, Tryphonem intelligi uolunt, qui tutor pueri arripuit tyrannidem. ¶ Et stabit in loco eius despectus, etc. Hucusq; ordo historiarum sequitur, & inter Porphyrium ac nostros nulla contentio est. Caetera quae sequuntur usq; ad finem uoluminis: ille interpretatur super persona Antiochi qui cognominatus est Epiphanes, frater Seleuci, filij Antiochi magni: qui post Seleucum undecim annis regnauit in Syria, obtinuitq; Iudaeam, sub quo legis dei persecutio, & Machabaeorum bella narratur. Nostri autem haec omnia de Antichristo prophetari arbitrantur, qui ultimo tempore futurus est. Cumq; eis uideatur illud opponi, quare tantos in medio dereliquit sermo propheticus, a Seleuco usq; ad consumma-

A consummationem mundi: respondet quod & in prioribus historia ubi de regibus Persis dicebat, quatuor tantum reges post Cyrum Persarum posuerit, & multis in medio transiit, repente uenerit ad Alexandrum regem Macedonum, & hanc esse scripturam sanctae consuetudine, non uniuersa narrare sed ea quae maiora uideatur exponere. Cumq; multa quae postea lecturi & exposturi sumus super Antiochi persona conueniant: typum esse uoluit Antichristi habere: & quae in illo ex parte praecesserint, in Antichristo ex toto esse complenda. Ethuc esse more scripturae sanctae, ut futurorum ueritate praemittat in typis, iuxta illud quod de domino saluatore in septuagesimo primo psalmo dicit, qui praeuocatur Salomonis: & omnia quae de eo dicuntur, Salomoni non ualent conuenire. Neq; enim

permanit ille cum sole & ante lunam generationis generationum, neq; dominatus est a mari usq; ad mare, & a flumine usq; ad terminos orbis terrarum: nec omnes gentes seruiuerunt ei, neq; ante solem permansit nomen eius: nec benedicta sunt in ipso omnes tribus terrae, neq; omnes gentes magnificauerunt eum. Ex parte autem & quasi in umbra & imagine ueritatis in Salomone praemissa sunt, ut in domino saluatore perfectius implerentur. Sicut igitur saluator habet & Salomonem & caeteros sanctos in typum aduentus sui, sic & Antichristus pessimum regem Antiochi, qui sanctos persecutus est, templumq; uiolauit, recte typum sui habuisse credendus est. Sequatur igitur expositionis ordinem: & luxa utramq; explanationem, quid aduersarij, quid nostris uideatur, breuiter annotemus. Stabit, inquit, in loco Seleuci frater eius Antiochus Epiphanes, cui primum ab his qui in Syria Ptolemae fauebant non dabatur honor regius: sed postea simulatione clementiae obtinuit regnum Syriae. Et brachia pugnantis Ptolemaei & uniuersa uastantis, expugnata sunt a facie Antiochi atq; contrita. Brachia autem fortitudinem uocat: unde & magnus appellatur exercitus multituduo. Et non solum, ait, Ptolemaum uicit fraudulencia, sed ducem quoque foederis: hoc est Iudam Machabaeum superauit dolis. Siue quod dicit hoc est: Cum ipse obtulisset pacem Ptolemaeo, & fuisset dux foederis, postea est ei molitus insidias. Ptolemaum autem hic non Epiphaneum significat, qui quintus regnauit in Aegypto, sed Ptolemaum Philometorem, filium Cleopatrae sororis Antiochi: cuius hic auiculus fuit. Et cum post mortem Cleopatrae Eulalius eunuchus nutritus Philometoris, & Leneus Aegyptum regeret, & repeteret Syriae, quam Antiochus fraude occupauerat: non est inter autem quum & puerum Ptolemaum praesidium. Cumq; inter Pelusium & montem Casium commissent uicti sunt duces Ptolemaei. Porro Antiochus parces puero, & amicitias simulans, ascendit Memphim, & ibi ex more Aegypti regnum accipiens, pueriq; rebus se prouidere dicens, cum modico populo omnem Aegyptum subiugauit sibi, & abundantes atq; uberrimas ingressus est ciuitates. Fe-

litur. 5. & ueniet clam & obtinebit regnum in fraudulencia. Et brachia pugnantis expugnabuntur a facie eius & conteretur, insuper dux foederis. Et post amicitias cum eo faciet dolum, & ascendet, & superabit in modico populo. Et abundantes & uberes urbes ingredietur, & faciet quae non fecerunt patres eius & patres patrum eius: rapinas & praedam & diuitias eorum dissipabit, & contra firmissimas cogitationes inibit, & hoc usq; ad tempus. Et concitabitur fortitudo eius, & cor eius aduersus regem austri in exercitu magno. Et rex austri prouocabitur ad bellum multis auxilijs et fortibus nimis, & non stabunt, quia inibunt aduersum eum consilia. Et comedentes panem cum eo conterent eum, exercitusq; eius opprimetur, & cadet interfecti plurimi. Duorum quoque regum cor erit ut male faciant, & ad mensam unam mendacium loquentur, & non proficiet, quia adhuc finis in aliud tempus. Et reuertetur in terram suam cum opibus multis. Et cor eius aduersum testamentum sanctum, & fa-

ciat quae non fecerunt patres eius, & patres patrum illius. Nullus enim Iudaeorum absq; Antichristo in toto unquam orbe regnauit, & contra firmissimas cogitationes sanctorum inibit consilia, facietq; uniuersa usq; ad tempus, donec eum dei uoluntas facere ista permiserit. ¶ Et concitabitur, etc. Hae Porphyrius interpretat de Antiocho, qui aduersus Ptolemaum sororis suae filium profectus est cum exercitu magno. Sed & rex austri, id est duces Ptolemaei prouocabunt ad bellum multis auxilijs & fortibus nimis, & non poterunt resistere Antiochi consilijs fraudulenciae, qui simulabit pacem cum sororis filio, & comedet cum eo panem, & postea occupabit Aegyptum. Nostri autem secundum superiorum sensum interpretant omnia de Antichristo, qui nascitur est de populo Iudaeorum, & de Babylone uertur, primum superaturus est regem Aegypti, qui est unus de tribus cornibus, de quibus iam antea diximus. ¶ Duo rum quoque, etc. Nulli dubium est quin Antiochus pacem cum Ptolemaeo fecerit, & inierit cum eo conuiuium, & dolos machinatus sit, & nihil profecerit, quia regnum eius non potuerit obtinere, sed a militibus Ptolemaei electus sit. Verum ex eo quia scriptura nunc dicit duos fuisse reges, quorum cor fuerit fraudulencia, ut sibi mutuo malefacerent: hoc secundum historiam non potest demonstrari. Ptolemaeus enim paruus aetate erat, & deceptus Antiochi fraude, illi malum cogitare qui potuit. Unde uolunt nostri haec omnia referre ad Antichristum & ad regem Aegypti, quem primum superaturus est. ¶ Et cor eius, etc. Siue ut alius interpretatus est, & comminabuntur ei. Et Graecia & Romana narrat historia: postq; reuersus est Antiochus expulsus ab Aegyptijs, uenisse eum in Iudaeam, hoc est, aduersus testamentum sanctum, & spoliasse templum, & auri tulisse q; plurimum, postq; in arce praesidio Macedonum, reuersum in terram suam. Et post biennium rursum contra Ptolemaum exercitum congregasse, & uenisse ad austram. Cumq; duo fratres Ptolemaei Cleopatrae filij, quorum auunculus erat, obsiderent Alexandriae, legatos uenisse Romanos, quorum unus M. Popilius Lenas, cum cum statem inuenisset in litore, & senatus consultum dedisset, quod iubebat ab amicis populi Romani recedere, & suo imperio

Matt. 2. 4. sermo de latissimo persequitur est, quae nos breui copendio diximus. Nostri autem & melius interpretantur & rectius, quod sine mundi haec sit factura Antichristus, qui consurgere habet de modica gente, id est, de populo Iudaeorum: & tam humilis erit atq; despectus, ut ei non des honor regis, & per insidias & fraudulenciae obtineat principatum & brachia pugnantis populi Romani ex pugnabit ab eo & conteratur. Et hoc faciet, quia simulabit se ducem esse foederis, hoc est legis & testamenti dei. Et ingredietur urbes diuersas, & faciet quae non fecerunt patres eius, & patres patrum illius. Nullus enim Iudaeorum absq; Antichristo in toto unquam orbe regnauit, & contra firmissimas cogitationes sanctorum inibit consilia, facietq; uniuersa usq; ad tempus, donec eum dei uoluntas facere ista permiserit. ¶ Et concitabitur, etc. Hae Porphyrius interpretat de Antiocho, qui aduersus Ptolemaum sororis suae filium profectus est cum exercitu magno. Sed & rex austri, id est duces Ptolemaei prouocabunt ad bellum multis auxilijs & fortibus nimis, & non poterunt resistere Antiochi consilijs fraudulenciae, qui simulabit pacem cum sororis filio, & comedet cum eo panem, & postea occupabit Aegyptum. Nostri autem secundum superiorum sensum interpretant omnia de Antichristo, qui nascitur est de populo Iudaeorum, & de Babylone uertur, primum superaturus est regem Aegypti, qui est unus de tribus cornibus, de quibus iam antea diximus. ¶ Duorum quoque, etc. Nulli dubium est quin Antiochus pacem cum Ptolemaeo fecerit, & inierit cum eo conuiuium, & dolos machinatus sit, & nihil profecerit, quia regnum eius non potuerit obtinere, sed a militibus Ptolemaei electus sit. Verum ex eo quia scriptura nunc dicit duos fuisse reges, quorum cor fuerit fraudulencia, ut sibi mutuo malefacerent: hoc secundum historiam non potest demonstrari. Ptolemaeus enim paruus aetate erat, & deceptus Antiochi fraude, illi malum cogitare qui potuit. Unde uolunt nostri haec omnia referre ad Antichristum & ad regem Aegypti, quem primum superaturus est. ¶ Et cor eius, etc. Siue ut alius interpretatus est, & comminabuntur ei. Et Graecia & Romana narrat historia: postq; reuersus est Antiochus expulsus ab Aegyptijs, uenisse eum in Iudaeam, hoc est, aduersus testamentum sanctum, & spoliasse templum, & auri tulisse q; plurimum, postq; in arce praesidio Macedonum, reuersum in terram suam. Et post biennium rursum contra Ptolemaum exercitum congregasse, & uenisse ad austram. Cumq; duo fratres Ptolemaei Cleopatrae filij, quorum auunculus erat, obsiderent Alexandriae, legatos uenisse Romanos, quorum unus M. Popilius Lenas, cum cum statem inuenisset in litore, & senatus consultum dedisset, quod iubebat ab amicis populi Romani recedere, & suo imperio

Aperio esse contentus, & ille ad amicorū respōsionē con-
 filium distulisse: orbem dicitur fecisse in arenis baculo
 quē tenebat in manu, & circūscripsisse regē, atq; dixisse:
 Senatus & populus Romanus præcipiūt ut in isto loco
 respondeas quid consilij geras. Quibus dictis ille per-
 terit? ait: Si hoc pla-
 cet senatui & popu-
 lo Romano, receden-
 dū est: atq; ita statim
 mouit exercitū. Per-
 cussus autē dicit esse,
 nō q̄ interierit, sed q̄
 omnē arrogantiā pdi-
 derit magnitudinē.
 De antichristo nullū
 ambigit qn pugna-
 turus sit aduersus te-
 stamentū sanctū: &
 primū cōtra regem
 Aegypti dimitās, Ro-
 manorū pro eius au-
 xilio terreat. Hæc au-
 tē sub Antiocho E-
 piphane in imagine
 præcesserunt, ut rex
 sceleratissimus qui
 persecutus est populū
 dei præfigeret Anti-
 christū, q̄ Christi po-
 pulū psecutus est. Vnde multi nostrorū putāt ob sequi-
 tiā & turpitudinis magnitudinē, Domitium Nerōnem
 Antichristum fore. ^a ¶ Et reuertetur & indignabitur, etc.]
 Hæc plenius in Machabæorum gestis legimus, quod
 postquam eum de Aegypto pepulerunt Romani, indignans
 uenerit contra testamentum sanctuarij, & ab his
 inuitatus sit qui dereliquerant legem dei, & se ceremo-
 nijs miscuerant ethnicorum. Quod plenius comple-
 dum est sub Antichristo, qui indignabitur contra testamē-
 tum dei, & cogitabit aduersum illos quos uult le-
 gem dei derelinquere. Vnde significantius interpreta-
 rus est Aquila: Et cogitabit ut deseratur pactum sanctua-
 rij. ^b ¶ Et brachia ex eo, etc.] Pro brachijs alius interpreta-
 tus est semina, ut significaret stirpem & progeniem. Vo-
 lunt autem eos significari qui ab Antiocho missi sunt
 post biennium quā templum expoliauerat, ut tributa
 exigerent: à Iudæis, & auferrent cultum dei: & in tem-
 plo Hierusalem, Iouis Olympij simulacrū, & Antio-
 chi statuas ponerent: quas nunc abominationem deso-
 lationis uocat, quando ablatum est holocaustum &
 iuge sacrificium. Quæ uniuersa in typo Antichristi, no-
 strī præcessisse contendunt, qui seclusus est in templo
 dei, & se facturus ut deum. Iudæi autē hoc nec de Antio-
 cho Epiphane, nec de Antichristo, sed de Romanis in-
 telligi uolunt, de quibus supra dictum est: Et uenient
 trieres siue Itali atq; Romani, & humiliabitur. Post mul-
 ta, inquit, tempora de ipsis Romanis qui Ptolemæo ue-
 nere auxilio, & Antiocho comminati sunt, consurgit
 rex Vespasianus, surgent brachia eius, & semina Titus
 filius cum exercitu, & polluent sanctuarium, auferētq;
 iuge sacrificium, & templum tradent aeternæ solitudini.
^c ¶ Quippe & quos nos trieres & Romanos inter-
 pretati sumus, Hebræi Italos uolunt intelligi atq; Ro-
 manos. ^d ¶ Et impij in testamentum, etc.] Et hoc in Macha-
 bæis legimus, q̄ quidā simulauerint se legis dei esse cus-
 todes, & postea cum gentibus pactum fecerint: alij ue-
 rō permanserint in religione, quod & Antichristi tēpo-
 ribus futurū arbitror, quando refrigescet charitas mul-
 torum. De quibus dñs loquitur in Euangelio: Putas si-
 lius hominis ueniens inueniet fidem super terram?

¶ Et docti in populo, etc.] Quanta Iudæi ab Antiocho C-
 passi sunt, Machabæorū libri referunt, & triumpho eorū
 testimonio sunt: qui pro custodia legis dei stāmas,
 & gladios, & seruitutē, & rapinas, & penas ultimas su-
 stinuerunt. Quæ futura nemo dubitet sub Antichristo,
 multis resistētibus. po-
 tētiā eius, & in diuer-
 sa fugientibus. Quæ
 Hebræi in ultima e-
 uersione tēpli, quæ
 sub Vespasiāo & Tie-
 to accidit, interpretā-
 tur fuisse plurimos
 de populo qui sciret
 dñm suū, & pro cus-
 todia legis eius in-
 terfecti sunt. ^e ¶ Cūq;
 corruerint, etc.] Paruū
 auxiliū Mattha ^f Mach. 2. 4
 thia significari arbi-
 traū Porphyrius de
 monte Modin: q̄ ad
 uersum duces Antio-
 chi rebellauit, & cul-
 tū ueridei seruare co-
 natus est. Paruū autē,
 inquit, auxiliū uocat,
 quia occisus est in præ-
 lio Matthathias, &
 postea Iudas filius eius qui uocabatur Machabæus pu-
 gnans cecidit, & ceteri fratres eius aduersatorū fraude
 decepti sunt. Lege Machabæorū libros. Hæc, ait, omnia
 idcirco sunt facta, ut probentur & eligant sancti, & deal-
 bentur usq; ad tempus præfinitū, quia in aliud tempus
 erat dilata uictoria. Sub Antichristo paruū auxiliū no-
 stri intelligi uolunt, quia congregati sancti resistunt ei, ^D
 & utentur auxilio paruulo, & postea de eruditīs cor-
 ruent plurimi. Et hoc fiet ut quasi consentur in fornace
 & dealbentur & eligantur donec ueniat tempus præfi-
 nitum, quia uera uictoria in aduentu Christi erit. He-
 bræorum quidam hæc de Seuero & Antonino principibus
 intelligunt: qui Iudæos plurimum dilexerunt. Alij uerō
 de Iuliano imperatore: quod quando op-
 pressi fuerint à Caio Casare, & in captiuitatis angustijs
 multa perpessi, ille consurgat, Iudæos amare se simu-
 lans, & in templo eorum immolaturum se esse promit-
 tens: in quo paruam spem auxiliij habebunt, & applica-
